




THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
·LIBRARIES·
1817

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV. SECT. I.

CONTINENS

PHAEDRUM.

EDITIO SECUNDA

MULTO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

PLATONIS

PHAEDRUS

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA MULTIS PARTIBUS AUCTIOR ET
EMENDATIOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE,
SUMTIBUS HENNINGS.
MDCCCLVII.
1857

PROLEGOMENA

ad

PHAEDRUM.

Phaedrus Myrrbinusius, qui modo a Lysia venit, rhetore et orationum scriptore nobilissimo, cuius mirifice delectabatur scriptionibus, Socrati, cui forte obviam venit, magna cum voluptate narrat perpulcram ac scitam orationem ab illo secum esse communicatam. Fuisse autem eam argumenti amatorii, quandoquidem rhetor lepidissime demonstraverit, ei qui non amet potius quam amantibus esse gratificandum. Socrates summa rei accuratius audiendae cupiditate simulata continuo rogat hominem, ut, quantum memoriter fieri possit, plenius enarrare velit quae tanta cum animi oblectatione audiverit; neque enim sese ullo modo dubitare, quin, quum Lysiae artem tanti aestimet, totam illam paene edidicerit. Reluctatur Phaedrus modeste ac facit delicias. Tandem Socrates eum animadvertit libellum aliquem sub laevo tenere brachio. Ecce! ipsa est Lysiae declamatiuncula, quam ille nunc tanto minus recusat Socrati recitare, quo certius sperat futurum esse, ut huic non minus quam sibi placeat. Quocirca iam considentes ad consecratas diis ripas Ilissi sub umbra platani patulis diffusae ramis, explosa per occasionem sophistarum et rhetorum perversitate, qui in fabularum interpretatione argutiore plurimum operae ponebant, sui ipsorum cognitionem negligebant, summa otii suavitate Lysiae opus pertractare instituunt (p. 227 — 230 E.).

Recitat igitur Phaedrus Lysiae orationem audiente Socrate. Qua recitatione absoluta ille: Quid tandem, o Socrate, tibi de hoc opere videtur? Estne plane divinum et summa cum arte elaboratum? Cui Socrates urbanissima cum irrisione: Mehercle, inquit, prorsus obstupui, praesertim te intuens, qui inter legendum videbaris interdum singulari exsultare gaudio et furore nescio quo concitatus esse. Quocirca vix me continui, quin una tecum, o carum caput, et ipse debaccharer! Hic vero sentiens Phaedrus, se ab illo leniter rideri ac perstringi, serio sciscitatur, ecquem Graecorum putet ullo tempore de uno eodemque argumento tam multa atque praeclara disputavisse? Respondet Socrates, sese, etsi ad elocutionem potissimum atque formam orationis animum adverterit, tamen in ea esse opinione, ut sententias ne ipsi Lysiae quidem esse satisfacturas suspicetur, praesertim quum orator easdem res iterum iterumque inculcare non dubitaverit. Ac, si verum quaeratur, dudum a poëtis atque poëtriis meliora multo in lucem esse prolata, quorum recordatione repletum semet ipsum ait id esse effecturum, ut Lysia nec peiora nec pauciora dixisse videatur. Quibus auditis Phaedrus, tam inexspectata libri censura paene indignatus: Istud vero tu si perfeceris, o bone, in templo Iovis Olympii aureum te collocabo (p. 230. E. — 236. B.).

Itaque statim ab initio in mediam quasi rem perducimur. Audimus enim orationem Lysiae de amore scriptam; audimus item iudicium Socratis, de eius praestantia et virtute nequaquam sentientis honorifice. Nimirum insunt profecto in illa magna vitia miris modis cumulata. Nam primum quidem offendit nimia ieiunitas et putidum argutiarum frigus, quod eo est molestius, quo plus adest obscuritatis e verborum delectu et iunctura impeditiore enatae. Deinde nec vis et natura amoris certo constituta est, quum tamen neglecta eius definitione fieri nullo modo possit, ut ipsa disputatio via et ratione procedat. Praeterea etiam iusta desideratur partium descriptio ac lucidus ordo sententiarum. Denique quae de amore oratione satis impedita et confusa explicantur, ea manifesto iudicant Lysiam de eo declamitantem unice de vulgari et humiliore amore cogitare; sublimioris ac divinioris amoris notitiam habere nullam. Quae

omnia certissime arguunt, totam illam Lysiae scriptionem ita esse comparatam, ut, sive forma eius sive argumentum spectetur, ne vestigium quidem ullum subtilioris philosophiae in ipsa extare iudicari oporteat.

Atque hoc quidem est initium libri, quod pertinet usque ad p. 236. B. Audiamus iam continuo, qua ratione res porro agatur.

Accepta igitur rhetoris celebratissimi declamatione Socrates a Phaedro permovetur, ut illi vicissim suam aliquam opponat orationem. Quoniam autem in Lysiana scriptione iudicaverat neque omnia, quae dici potuissent, explicata esse, nec eo illustrata ordine, quem res et ratio postularet; ante omnia instituit de illo ipso argumento, quod tractaverat Lysias, orationem aliquam declamitare. Quam ob causam quia retinere coactus est vulgarem illam, quam Lysias suae subiecerat disputationi, amoris notionem, obvoluto capite se dicturum profitetur, ne pudore praepeditus in perorando ruat aut vacillet. Nimirum ita se significat nec sine verecundia de rebus tam humilibus verba facturum et invitum ad eam rem accedere. Docet igitur item, quod Lysias efficere studuerat, ei, qui non amet, potius esse gratificandum quam amanti. Sed est eius oratio omnibus iis insignis virtutibus, quae vitiis in Lysia notatis sunt contrariae. Adest subtilior rei, de qua agitur, definitio; sententiae ipsae dilucidae et perspicuae, nec temere disiectae aut perturbatae; facilis verborum copulatio et iunctura; denique omnia ita instituta, ut singula appareat prudenti consilio ad causam obtinendam delecta et adornata esse. Etenim exorsus Socrates ab amoris definitione, quem vult esse cupiditatem, quae sine ratione atque mente incitate feratur ad voluptatem e corporis pulcritudine redundantem, deinde usque ad p. 241. D. ostendit, quantum ille tum animis amicorum (p. 239. B. C.) tum corporibus (p. 239. C. D.) tum etiam externis vitae conditionibus, hoc est, fortunae (p. 239. E. 240. A.) et vitae suavitati atque iucunditati (p. 240. B. — 241. C.) nocere soleat.

Iam vero Socrates, absoluta oratiuncula illa, quam ad Lysianae orationis similitudinem comparatam pro eadem caussa habere instituerat, tandem, ut ait, admonitus a daemonio suo, ut stolidum istum et im-

pium sermonem, quo numen amoris divinum violasset, quam primum expiet, continuo parat palinodiam, atque superiori declamationi pulcherrimam opponit orationem, qua divini vis amoris non minore subtilitate quam elegantia illustratur. Cuius orationis argumentum quia magnum momentum facit ad libri sententiam et omnem fere Platonis philosophiam recte percipiendam, paullo copiosius enarravisse non erit inutile aut a nostro instituto alienum.

Quod igitur Socrates superiore disputatione pronuntiaverat, amorem ideo esse damnandum, quia contineretur insania quadam et furore, id nunc ante omnia retractandum censet, ideoque docet, furorem divinitus inflatum multo esse potiorem ac praestantiorem humana prudentia ac temperantia vel maxima. Obtingunt nobis utique, inquit, maxima bonorum per furorem divino quodam munere hominibus impertitum, et ipsa μαντική nomen invenit a μανία, quasi μανική quaedam. Eiusmodi autem furoris quum quattuor genera distinguere liceat, augurationem, initiationem et expiationem, poëtarum enthusiasmum atque divinum amorem, tum quartum omnium est praestantissimum ac nobilissimum. Continetur enim hoc furoris genus in amore, quo pectus eius movetur et concitatur, qui conspicatur id, quod pulcrum est. Cuius rei caussae ut intelligantur, res altius repetenda est atque vis et natura animi humani ac divini diligentius consideranda (p. 245. B.).

Et primum quidem animum omnem apparet esse immortalem, propterea quod principium motus sui in se ipso habet (p. 245. C. — 246. A.). Sed quae sit eius species, id quia patefacere est difficillimum, imaginis involucro uti licebit. Sit igitur animus omnis simillimus bigis alatis cum auriga. Et deorum quidem equi et aurigae omni ex parte perfecti sunt. Alia autem ratio est ceterorum vehiculorum, quibus unus equus bonus est iunctus, alter malus et contumax, ut aurigae imperium multo plus habeat difficultatis. Ex quo intelligitur, qui factum sit, ut humani animi olim labem contraxerint. Magnum enim intercedit discrimen inter mortale animal atque immortale. Nam animus omnis natura sua curat atque gubernat ea, quae sunt inanimata, totumque mundum alia atque alia forma indutus permeat. Quamdiu igitur manet

perfectus et alatus, sublimis fertur, rerumque universitatem gubernat; sed alis amissis cadit deorsum, donec nactus sit aliquod corpus, in quo sedem quasi suam ac domicilium figat. Itaque animum cum corpore copulatum animal mortale intelligimus; sed animal immortale informamus Deum, quanquam eius notitiam, si verum quaerimus, habemus nullam (p. 246. A. — D.).

Quonam autem modo eveniat, ut humani animi et una cum diis immortalibus olim in rerum divinarum contemplatione versati sint, et nihilominus a pristina illa fortuna sua atque dignitate defecerint, id Socrates deinceps magnifica declarat imagine.

'Dii immortales, inquit, quoniam ita sunt beatissimi, ut facillime ac saepissime conspiciant ipsam iustitiam, sapientiam, pulcritudinem in loco supra coelum evecto collocatam; duodecim dii maiores una cum suis agminibus, relictis sedibus suis, sola Vesta in illis remanente, summum coeli verticem petunt: quo in itinere magnus ille in coelo dux Iuppiter curru alato primus vehitur; ceteri dii suo quisque ordine subsequuntur. Et huius quidem spectaculi longe beatissimi, quoniam a diis omnis abest invidia, etiam animi humani olim participes esse potuerunt. Quamquam inter hos atque deos plurimum intercedit discriminis. Nam deorum equi maxima facilitate illuc proficiscuntur; ceteri, quia disparis naturae sunt, magno labore et contentione eodem enituntur, feroci et cotumàci equo ad inferiora ruente et vi alarum fatiscente. Et ii quidem animi, qui sunt perfecti, ubi in coeli dorsum pervenerunt, ibidem consistunt, et in orbem circumacti quaecunque in se sunt absoluta atque divina in regionibus illis superioribus intuentur. Locum autem illum, ipso coelo excelsiorem, nemo quisquam aut adhuc descripsit, aut ullo unquam tempore pro dignitate celebraturus est. Habet enim omne id, quod nec colorem aut formam aliquam refert, neque ullo sensu percipitur, sed ab uno animi auriga conspici, cognosci et intelligi potest. Haec igitur ubi conspexit animus, continuo iis mirifice delectatur, nutritur, corroboratur, nec umquam ab eorum consideratione avertitur, usque dum ad eum circumactus est locum, unde initium ceperat rerum per se spectatarum beata contemplatio. Hinc vero aeterno

nutritus pabulo in sedem suam revertitur, ubi auriga equis suis ambrosiam atque nectar praebet. Haec vero deorum vita est (p. 246. D. — 247. E.). Aliorum autem animorum, qui deos sequuntur, varia est conditio atque multiplex. Nonnulli enim, qui quidem deos optime sint secuti, verum item conspiciunt, quamquam ea in re propter mali equi ferociam neutiquam fruuntur placida illa deorum securitate et tranquillitate. Alii, ab equis vehementius perturbati, hic et illic tantum caput ad sublimiora extollunt, ideoque ipsam rerum veritatem partim vident partim non vident. Multi denique perpetuo intra coeli verticem versantur, nec umquam ad magnificum illud spectaculum perveniunt: qua in via magno cum tumultu agitati aurigarum vitio vel alas amittunt, vel crura frangunt, vel aliis modis violantur ac debilitantur. Causa autem, quamobrem animi tanto desiderio campi aeternae veritatis lustrandi capti tenentur, haec est. Lex fatorum stat immutabilis, ut, qui animus in coelesti illo itinere veri aliquid viderit, is ad alteram usque periodum omnis mali expers maneat; qui autem nihil veri perceperit, aut oblivione occupatus vel pravitate corruptus alas amiserit ideoque deorsum ad terram delapsus fuerit, is in terrestria corpora includatur. Quamquam animi in prima quidem generatione non in bestiarum, sed in hominum migrant corpora, ea conditione, ut rerum species discernere didicerint. Est autem fortuna eorum pro varietate scientiae et cognitionis, quam olim adepti sunt, admodum varia ac diversa. Nam qui plurimum veri in regionibus coelestibus vidit animus, is in sapientis, honesti et sapientiae atque amoris studiosi corpus migrat. Ab hoc proximo distat intervallo qui regis corpus invadit, legibus et imperio nobilitati. Tertium tenet locum qui descendit in hominem civitatis familiaeque regendae et rei faciendae peritum. Quartus est ordine et dignitate qui in viro laboris patiente et in exercendis sanandisve corporibus occupato figit domicilium. Quinti ordinis animi vitam nanciscuntur in vaticinando aut in initiis mysteriorum occupatam: sexti poëtas, septimi opifices et operas, octavi sophistas aut factiosos atque populares, noni denique tyrannos intrare coacti sunt. Atque hi animi omnes, ubi morte e corporibus suis rursus discesserunt, in

locum vel poenarum vel praemiorum perveniunt, et exactis millenis annis accipiunt potestatem eligendi sibi nova corpora et nova vitae genera sive hominum sive bestiarum. Nec tamen una eademque omnium fortuna est. Nam qui animus ter sibi, exacto millenorum annorum spatio, vitam philosophi vel viri pueros cum philosophia amantis (παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας) elegerit, is absolutus iam pennas denuo recuperat, quibus, ut antea, ad sublimia evehi, deum aliquem consectari, et contemplari coelestia queat. Qui autem sunt in numero octo classium reliquarum animi, hi absoluta demum decies mille annorum periodo in primam illam conditionem restituuntur (p. 247. E.. — 249. B.).

Iam vero illustrata animi humani natura ac vita coelesti Socrates denique ad illud accedit, cuius caussa totam hanc disputationem susceperat, hoc est ad vim et naturam amoris philosophi explicandam. Pergit igitur ita disputare.

Hominis natura atque indoles, inquit, ita fert, ut quae in rebus singulis quasi dispersa cernuntur rerum genera, ea mente sua comprehendat et tamquam in unum colligat. Quo quidem continetur recordatio eorum, quae olim animi nostri in coelesti illo deorum consortio spectaverunt. Quocirca philosophi animus citius recuperat alas, ut qui perpetuo versetur in recolenda atque instauranda divinarum rerum memoria. Quod si qui reprehendunt tamquam dementiae argumentum, ii quid rei sit, ne suspicari quidem videntur. Nimirum idearum notitiam animi nostri e vita anteacta secum hanc in vitam attulerunt: quae tamen notitia quoniam eorum lapsu quasi obscurata est, philosophi hoc unum agunt maxime, ut vero investigando atque perquirendo amissam cognitionem, quantum fieri possit, recuperent. Atque hoc loco iam tandem ad illud furoris genus pervenimus, quod continetur amore. Etenim philosophi revera divino quodam agitantur spiritu, qui eos semper ad coelestem illam evehit pulcritudinem, quam in vita superiore conspexerunt. Quae si sub oculos esset subiecta, profecto admirabiles excitatura esset amores sui. Verumtamen quum veri, boni, iusti, sancti effigies in his terris nulla cernatur, nam cogitando tantum et ratiocinando ea assequimur; tamen pulcrum, quod

illic summo splendore lucebat, hic habet splendida sui simulacra. Nam pulcra percipiuntur sensibus, et vero etiam visu, hoc est sensuum acutissimo. Quocirca conspecto hic apud nos pulcro aliquo veri illius recordamur pulcri, olim in deorum consortio conspecti, ideoque continuo illuc evolare gestimus. Quo studio qui inflammati sunt, ii recte appellantur amatores. Neque tamen omnes rebus pulcris conspectis verae illius atque divinae pulcritudinis recordantur. Unde fit, ut qui illius sunt immemores, ad pulcrum, si quem vident, incitate ferantur et pecudum ritu, nulla eius reverentia tacti, unice corporis voluptates quaerant. Qui est amor ad libidinem proclivis. Qui autem more philosophorum mente et cogitatione sua perpetuo versatur in eo, quod per se verum, bonum, pulcrum est, contemplando, is conspecto aliquo pulcri quasi simulacro continuo recordatur veri illius pulcri, quod olim in coelesti spectaverat vita, ideoque hominem pulcrum intuens summa inflammatur rerum divinarum cupiditate, in qua cupiditate nihil plane inest libidinis aut turpitudinis, sed una cernitur coelestis pulcritudinis reverentia atque studium. Quocirca talis amator eum, quem amore suo complectitur, tamquam deum aliquem colit adeoque studet omni cumulare honore et beneficio. Habet autem hic amor [cuius (p. 251 — 252. C.) egregia exhibetur descriptio] eam vim, ut homines evehat ad deorum immortalium imitationem ac similitudinem. Nam unusquisque amantium quaerit et sectatur aliquem similem ei deo, quem ipse olim in pristina illa vita praecipuo coluit studio. Quem ubi invenit, et semet ipsum et amatum formare atque componere studet ad illius similitudinem. Atque hac ratione intelligitur, qui fiat, ut et diversus sit amandi modus, nec amor omnibus similiter prosit. Nam qui Martem olim secuti sunt, ii et ipsi sanguinolenti sunt, et talem item sibi exoptant amicum; pariterque reliqui prouti Iunonem, Apollinem, Bacchum, alios deos olim coluerunt, ita Iunonios, Apollineos, Bacchicos, pueros in deliciis habent. Perfectissimi autem omnium et sanctissimi amatores sunt qui olim Iovem, hoc est *νοῦν βασιλέα*, summam rationem, omnia in rerum universitate sapientissimis consiliis moderantem atque gubernantem, sunt sectati. Hi enim diligentissime

considerant, num amicus, quem sectantur, philosophus sit natura et ad imperandum natus: et ubi talem invenerunt, eundem omni studio et reverentia prosequuntur, eoque ipsi quoque in memoriam redeunt eorum, quae olim in Dei consortio versantes divina cum oblectatione spectaverunt (p. 249. C. — 253.). Nec vero ad generosum hunc divinumque amorem sic statim ac sine labore et contentione virium pervenitur. Nam conspecto pulcro adolescentulo inter equos et aurigam animorum oritur fere certamen vehementissimum. Quippe pravus ille et contumax equus, cuius vel externa species arguit lubidinem, tum continuo omnibus viribus ad voluptatis fructum contendit, ita ut vel optimus eius ferociam aegerrime perdomet. Sed fit tamen aurigae prudentia et constantia atque alterius equi bene morati fortitudine, ut ille et freno coërceatur et aurigae pareat. Quod sicubi factum est, quo ipse amator incaluit amore, eodem iam incenditur etiam alter, qui amatur. Nam quemadmodum ille ex hoc per oculos hausit effluvium pulcritudinis, quo quidem incaluit ita, ut germinare in animo inciperent alae; sic amantis desiderium imaginis instar in amati animo repercutitur, eumque ita emollit et irrigat, ut in eo item alae succrescant. Qua ratione evenit, ut alter alterum mutuo amplectatur amore, atque ambo beatam et concordem degant vitam, cui summa praemia sunt proposita. Etenim amor eorum prorsus est philosophus, nec libidinis turpitudine commaculatus. Sin autem amantes et amati non quidem philosophiae virtute insignem, at tamen ambitiosam et honoris laudisque studiosam agunt vitam, quae a malae existimationis nota aliena sit, fit sane interdum, ut incauti ac praeter deliberatam voluntatem ad amoris minus generosi fructum abripiantur. Sed his nihilominus haud parvum amatorii illius furoris praemium obtingit, quum non turpi libidini fuerint dediti, sed sibi ab ea pro viribus temperaverint. Etiamsi enim e vita discedentes nondum alas recuperaverint; tamen iamiam in eo versantur statu, ut eorum alas mox progerminaturas esse sperare liceat. Qui autem eius utitur consuetudine, a quo non redamatur, huius fortuna longe est tristissima. Nam eius animus, posteaquam e corpore excessit, per novem millia annorum in his terris te-

mere volutatur atque sine ratione apud inferos oberrat (p. 253 — 256. E.). His omnibus denique Socrates hunc subiungit Epilogum. Haec tibi, dilecte Amor, inquit, palinodia pro virium mearum modulo exsoluta est ac dicata: quam ut hoc modo caneremus et verbis proferremus poëticis, a Phaedro coacti sumus. Tu vero et iis ignoscas, quae antea dicta sunt, et haec propitius a nobis accipias, quamque mihi largitus es artem, eam ne unquam auferas neve imminuas. Si vero hactenus aliquid vel a Phaedro vel a me dictum est numine tuo indignum, Lysias tamquam eius rei auctor accusandus est, quem tandem averte ab huiusmodi sermonibus et totum ad philosophiam converte. Nam ita etiam Phaedrus hicce, eius amator, mutabit mentem, atque in amoris et sapientiae studio vitam transiget (p. 257. A.).

Hoc igitur est tertiae orationis argumentum. In qua sive elocutionem sive res et sententias consideres, nihil profecto desiderabis, quod ad summae artis laudem ac praestantiam requiratur. Sed haec ipsa res quoniam altioris est indaginis, nunc in argumento libri enarrando continuo perrexisse iuvabit.

Phaedrus igitur, audita praeclara illa Socratis oratione sese dubitare fatetur, num Lysias unquam eiusmodi orationem in medium prolaturus sit, si cum Socrate velit de virtutis ac laudis praestantia contendere. Praeterea etiam sese dicit magnopere vereri, ne rhetor clarissimus in posterum plane a scribendo abstineat, propterea quod nuper admodum a viro quodam civili invidioso *τοῦ λογογράφου* nomine appellatus sit. Quo audito Socrates tum Lysiam carpit leniter propter scribendi intemperantiam, tum data occasione etiam viros civiles urbane ridet lepideque cavillatur, quandoquidem homuncionem istum arbitratur neutiquam sibi videri orationum scribendarum studium ex animo vituperavisse; nam istiusmodi homines, qui versentur in tractanda republica, plerumque nihil ardentius optare solere, quam ut aliquod ingenii sui monumentum, veluti legem aliquam vel edictum nomine suo insignitum, ad posteritatis memoriam prodere liceat. Quo iudicio tum vana et inanis superbia istiusmodi hominum notatur, tum scriptioni isti civili tamquam per occasionem suum statuitur pretium utpote a sapientiae studio plane aversae. (p. 257. D. — 258. D.). Parant

vero haec omnia transitum ad eam, quae deinceps agitatur, quaestionem. Nam inde a p. 258. D. instituitur disputatio de recta ac vitiosa scribendi dicendique ratione. Ad quod quidem argumentum considerandum quum Phaedrus promtus paratusque sit, quippe inde voluptatem vere ingenuam redundaturam esse existimans, tum Socrates venuste et urbane etiam cicadas ait in vicinia cantantes ipsos adhortari videri, praesertim quum eae Calliopae et Uraniae nuntient, quinam inter homines philosophiam colant et in tractanda arte musica occupati vitam degant (p. 258. E. — 259. E.) — Instituitur autem harum rerum disputatio sic, ut una eademque opera simul binae quaestiones pertractentur, sicuti haud obscure p. 277. B. — E. Cap. LXII. et LXIII. indicatum est. Nam dum disquiritur, quanam conditione scriptio librorum laudibilis et quando turpis existimanda sit, simul etiam illud ostenditur, quod et ipsum ad rem praesentem vel maxime pertinet, quid in rerum ac sententiarum tractatione artis rationi consentaneum esse censeri debeat. Itaque ubi primum suscepta est de optimo scribendi genere disputatio, principio quidem (p. 259. E. — 262. C.) graviter copioseque docetur, ad veram germanamque dicendi laudem omnino requiri veritatis scientiam, sine qua ne ea quidem consistere possit rhetorica, quae unice aucupetur speciem verisimilitudinis. Ex quo perspicuum esse debet, primum quidem doceri hoc, rerum inventionem, quam rhetores vocant, totam ducendam esse ex philosophiae scientia et cognitione. Hoc autem demonstrato deinde etiam ulterius proceditur. Ostenditur enim luculentissime, accuratiore Lysianae orationis censura instituta, scientiam et philosophiam etiam ad duas alias eloquentiae partes requiri, quandoquidem non modo τὸ ἔντεχνον, quod in apta sententiarum dispositione atque coniunctione cernatur, inde suspensum sit (p. 262. C. — 268. A.); verum etiam vis ipsius et efficacitas in animis legentium vel audientium ex eadem pendeat; ad utrumque enim opus esse arte dialectica, qua rhetores arguuntnr vulgo male carere, cuiusque ratio data rei opportunitate in illustriore luce collocatur (p. 268. A. — 274. B.). Quocirca toto hoc

loco imprimis id agitur, ut philosophiam etiam ad definitionem et dispositionem rerum ac sententiarum requiri doceatur, qua una maxime vera ipsius laus contineatur, atque praeterea etiam illud demonstretur, vim eloquentiae in animis hominum sive persuasionem ita demum existere, si eloquentia rerum scientia et cognitione sustentetur. His autem expositis reditur tandem rursus ad quaestionem ab initio propositam de scriptionis laude atque dignitate recte aestimanda, *εὐτρεπείας γραφῆς πέρι καὶ ἀπρεπείας*, (ut est p. 274. B.). Quo quidem loco, rhetorica rursus cum dialectica in certamen commissa, scriptio iudicatur utilis quidem esse admonitionis caussa, sed vivo sermoni neutiquam aequiparanda, quippe qui ad animos erudiendos et sapientiae opibus locupletandos longe plurimum valeat (p. 274 B.). Ex quibas omnibus denique efficitur, ut *artis ratio in scriptura* ibi demum agnoscenda sit, ubi primum quidem veritatis scientia et cognitio suppetat; deinde clara atque evidens rei, de qua scribatur, definitio et explicatio reperiatur, notionum generibus atque formis subtiliter distinctis atque coniunctis; denique varia scribendi genera animi indole et natura accurate cognita animorum varietati sapienter attemperentur. Dignitas autem atque laus scribendi ex eo pendere iudicatur, ut quis non temere dicat vel scribat, superbiens etiam iudiciorum suorum firmitate aut perspicuitate, sed cum scientia agat, veritatis per omnia quam maxime studiosus (p. 277. B. — 278. E.). — Haec igitur est ratio ac descriptio disputationis uberrimae deinceps explicatae; qua investigata iam ad singula lustranda accedimus.

Suscipiens igitur Socrates quaestionem de recta scribendi dicendique ratione (p. 259. D.) ante omnia docere instituit, iis, quae bene pulcreque dicta futura sint, necessario hoc proprium èsse oportere, ut is, qui verba faciat, naturam eius rei cogitam perspectamque habeat, de qua explicare constituerit. Itaque rhetoricam censet veri scientia et cognitione nullo pacto carere posse. Quod quidem primum est, quod in ea requiritur. Quibus ita positis deinde ea sententia ita confirmatur, ut quae contra dici possint, subtiliter examinentur atque refellantur. Quamobrem falsum esse arguitur quod vulgo statuatur fieri posse, ut

quis vel non perspecto vero, bono, iusto, honesto, bene dicendi laudem adipiscatur, quia scilicet rhetorica non tam veritatem, quam veritatis speciem consectetur, ideoque non vere bona et honesta, sed ea tantum, quae multitudini videantur, curare soleat. Quod si recte ita iudicatur, inquit Socrates, rhetoricam apparet non solum perquam ridiculam fore, ut quae veritatis rationes, etiamsi maxime essent apertae atque evidentes, perverteret (p. 260. B. C.), sed etiam perniciosam, quippe quae boni et mali, turpis et honesti, utilis et inutilis discrimina temere negligeret petulanterque confunderet. (Ibid. C. D.). — Iam vero si forte ad eius defensionem afferatur, ipsam certe neminem impedire aut prohibere, quominus verum cognoscere studeat, sed nihilo secius ita esse comparatam, ut bene dicendi laudem sine veritatis cognitione tueri possit, in promtu sunt argumenta validissima, quibus ea sententia refutetur. Est enim ars oratoria sine dubio ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, ars quaedam animos oratione flectendi atque ducendi (p. 261. A. coll. p. 271. D.), regnans illa non solum in iudiciis et conventibus publicis, sed etiam in privatorum hominum circulis et pariter res leves atque magnas gravesque tractans. Quae quum speciem tantum ac verisimilitudinem sectetur ideoque id agat, ut audientes vel legentes in fraudem et errorem inducantur, sponte intelligitur, hoc ipsum munus suum si recte obire velit, nihil ipsi magis esse necessarium quam recti verique scientiam et cognitionem. Nam qui quem fallere ac decipere conatur ipseque sibi ab errore cavere studet, eum certe necesse est rerum similitudines ac dissimilitudines accurate discernere. Quod certe nullo modo fieri potest ab eo, qui non cuiusque rei naturam bene cognitam habeat, qua demum intellecta alterum poterit callide a vero ad contrarium abducere, dum ipse fraudem sollerter declinet. Itaque consequens est, ut is, qui neglecta veritatis scientia opinionibus tantum indulgeat, ridiculam quandam rhetoricam factitaturus sit, adeoque omnis artis expertem (p. 259. D. — 262. D). — At nimirum quum ipsa materia arti oratoriae subiecta rerumque ac sententiarum inventio ea sit, quae sine veritatis scientia iudice Socrate revera nihil ad dicendi laudem tuendam sustinen-

damque valeat, tum etiam illud ipsum, quod modo attigit, τὸ ἔντεχνον, sine veri cognitione nullo modo consistere posse arbitratur. Quod quidem planum facit exercendo de Lysiae oratione iudicio, cui additur etiam censura artificiorum illorum, quae rhetores vulgo mirum quantum iactare solebant, ita quidem ut simul quanta sit hoc in genere dialecticae praestantia, clarissime ostendatur. Arguitur igitur Lysias primum eo nomine inertiae, quod eam rem, de qua verba facienda essent, ab initio non definiverit (p. 264. E. sqq.). Etemim quum duplex sit rerum genus, alterum certarum et evidentium, alterum ambiguarum atque incertarum, arti rhetoricae, etiamsi fallere conetur, tamen hoc propositum esse oportere statuitur, ut cognito utriusque generis discrimine eam rem definiat accuratius, de qua suscipiatur oratio. Quare Lysiae ostenditur ante omnia amoris vim ac naturam definiendam fuisse, quum manifestum extet amorem esse rem perquam ambiguam neque hominibus vulgo satis cognitam, id quod etiam orationes superiores satis demonstraverint. Praeterea vero Lysias etiam ideo reprehenditur et castigatur, quod nullo servato sententiarum ordine per totam orationem omnia temere proiecerit confuseque miscuerit, ut nulla plane intelligatur caussa et ratio, cur singula hoc vel illo loco ab eo posita sint neque sese alio exceperint ordine (p. 264. B.). Quippe consentaneum esse iudicatur, unamquamque orationem oportere comparatam esse similiter atque animal bene a natura fabricatum, ut corpus habeat, quod nec capite nec pedibus sit truncatum, et extremas partes referat tam inter se quam cum toto corpore apte convenientes. Nempe caussam utriusque vitii omnisque inertiae modo animadversae Socrates in eo quaerendam esse censet, quod a Lysia neglecta sit ars illa notiones cernendi atque coniungendi, qua dialectica contineatur. Quae quidem qualis sit, deinceps ita explicatur, ut omnem eius vim rationemque exinde cognoscere videamur. Describuntur enim iam celeberrimae illae διαιρέσεις et συναγωγαί, disiunctiones et conductiones, sine quarum usu Platone iudice nec verum falsumve diiudicari nec consequentia cerni nec repugnantia animadverti nec ambigua distingui possunt; de quibus quidem rebus

(p. 265. D. — 266. C.) haec fere disseruntur. Duplex est, inquit Socrates, artis ratio, quae in cognoscendis iudicandisque rebus longe valet plurimum. Primum enim ita fieri potest, ut quis ad unam speciem atque formam a se cognitam et perspectam referat et conducat quae multifariam dispersa sunt, ita quidem, ut definiendo declaret ac patefaciat, quidnam illud sit, de quo dicere animum induxerit. Quod ipsum antea in amore animadvertimus, cuius definitione demum exhibita fieri poterat, ut oratio in eius virtutibus aestimandis iudicandisque recte ac sollerter versaretur. Sed suppetit etiam alia via et ratio eaque illi contraria et adversa. Quae quidem locum habet, quum quis illud, quod in unum coniunctum est, secundum species atque formas rite disiungit et articulatim dividit, nec vero malorum coquorum more violenter diffringit. Cuius dividendi rationis exemplum supra ipsi proposuimus, quo loco varia furoris genera enumerabamus, usque dum tandem, quem quaerebamus, reperiremus furorem divinum. Hae vero divisiones et conductiones tam ad cogitandum quam ad dicendum plane sunt necessariae; ac si quis unum illud et multa (ἓν καὶ πολλά) h. e. genera et formas idearum s. notionum, recte potest discernere et coniungere, is merito dialectici nomine insignitur et tamquam sapiens vere divinus summis laudibus ornari debet. Haec igitur Socrates (p. 265. D. — 266. C.) de dialectica, quibus apertum est methodum disserendi analyticam atque syntheticam, quam hodie vocant, elegantissime illustrari. Expositis autem his dialecticis praeceptionibus vir sapientissimus rursus revertitur ad artem rhetorum, quos quidem copiosa disputatione eademque festivae urbanitatis salibus maxime referta ostendit a dialecticae laude adeo esse alienos, ut unice haereant in artificiis istis suis mero usu collectis et a ratione alienissimis (p. 266. C. — 268. ff.). Quippe arguuntur illi non dialecticam, non veri reperiendi artem, non denique rerum scientiam et cognitionem tenere, sed unice usurpare artificia quaedam ex vitae communis usu repetita, quae licet ad persuadendum subinde aliquid valeant utpote ad opinionis speciem comparata, tamen ad veri scientiam et cognitionem nihil quidquam conferant. Quorsum referuntur quae vulgo in rhetorum

scholis praecipiantur de prooemiis, de narrationibus, de verisimilibus, de testimoniis et probationibus, de argumentorum confutatione, de laudationibus et vituperationibus, de affectuum movendorum auxiliis, de tropis et figuris, de elocutione, aliis id genus rebus similibus. Nimirum ista omnia quum oratori nota esse debere facile concedatur, tamen eadem iudicantur neutiquam ad ipsam rhetoricam pertinere, sed esse potius τα πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα (p. 269. B.). Quocirca carpuntur atque vellicantur dehinc rhetores et sophistae, qui in istis omnia inesse rati istiusmodi artes non sine fastu iactavissent, Theodorus Byzantius, Evenus Parius, Tisias, Gorgias, Prodicus, Polus, Protagoras, Thrasymachus Chalcedonius, Lysias, denique universa cohors rhetorum ac sophistarum, qui sese in isto campo exercuissent. Reiectis vero et explosis pravis istis opinionibus de arte rhetorica susceptis (p. 268. A.) quaeritur porro subtilius, quamnam et quando ista omnia habeant vim et efficaciam (τίνα καὶ πότ' ἔχει τὴν τῆς τεχνης δύναμιν) ad persuasionem in animis efficiendam. Etenim vim dicendi Socrates censet minime posse istis rhetorum artificiis tuto comparari. Quemadmodum enim nemo possit artem medicam factitare, quia quaedam noverit medicamenta, corporis natura non perspecta, aut artem exercere tragicam, quia quasdam orationes lamentabiles declamitare didicerit, aut harmoniae peritus haberi quoniam sciat chordam acutam atque gravem moderari ac temperare, quandoquidem ista omnia nihil sint nisi parva quaedam disciplinae universae initia, neque ipsam artem medicam, tragicam, musicam conficiant; ita etiam bella ista rhetorum artificia nondum efficere arbitratur, ut oratio in animis audientium vel legentium iustam vim habeat planeque ad persuadendum fiat accommodata (p. 268. A. — 269. C.). Si igitur quaeritur, inquit, unde et quomodo veri rhetoris et vi persuadendi pollentis ars comparari queat, omnino quidem responderi potest, quod verissime ita statuitur, ad perfectam eloquentiam haec tria requiri: ingenium, doctrinam, et exercitationem; id quod etiam de aliis rebus ita iudicari solet. Sed quantum ex his ad dicendi artem rationemque pertineat, neutiquam ex Tisiae aut Thrasymachi praeceptis iudicandum est,

verum intuendum potius exemplum Periclis oratoris perfectissimi. Quippe habent omnes omnino artes praeclarae atque magnae hoc sibi proprium, quod sibi quasi deposcunt abstrusiorem philosophiae quaestionem subtilioremque pervestigationem naturae, ex qua una demum nascitur celsum illud, magnificum atque efficax, quod eloquentiae quoque propositum esse debet. Quod quum Pericles acute pervidisset, continuo sibi persuasit ad praeclaram naturae indolem, qua fuit ornatus, accedere oportere etiam doctrinae et rationis conformationem. Quum igitur incidisset in Anaxagoram, acutum talium rerum scrutatorem, istiusmodi quaestionibus ac meditationibus adsuefactus et ad cognoscendam mentis et amentiae naturam per illum deductus fecit profecto quod ad comparandam eloquentiae laudem sine dubio plurimum valere iudicari debet. Traduxit enim ex philosophia Anaxagorae ad artem oratoriam quaecunque ad eam colendam ornandamque maxime conducere viderentur. Quippe est sane artis oratoriae plane eadem ratio, quae est artis medicae. In utraque enim naturam cognitam perspectamque habeas plane necesse est, siquidem ars medica corporis, ars oratoria animi notitiam accuratiorem requirit. Qua si quis careat, is certe numquam ex arte aget, sed mero usu sine ratione collecto corpori valetudinis caussa medicamenta, animo autem ad efficiendam persuasionem orationes adhibebit. Quod quam sit perversum et calamitosum, nemo est quin sponte animadvertat. Iam vero animi naturam quis quaeso est qui sibi persuadeat sine universi cognitione posse perspici et intelligi? Enimvero Hippocrate quidem iudice ne corpus quidem sine illius adiumento satis noscitur, ut profecto nullo negotio intelligatur, eandem ad animi notitiam multo etiam magis necessariam esse. Ex quibus omnibus apertum esse debet, ad consequendam dicendi laudem atque virtutem etiam propterea opus esse philosophia, quod vis et efficacia eloquentiae inde pendet, ut orator animos moveat atque flectat; id quod certe sine interiore mentis animique notitia fieri non potest. — His vero de philosophiae scientia ad eloquentiae usum necessaria disputatis ostenditur deinde etiam, qua via et ratione ei versandum sit, qui aliis persuadere velit, quandoquidem ipsi non modo naturae scientia, qua-

lem philosophia suppeditet, sed etiam dialectica subtilitate opus sit. De qua re inde a p. 270. C. — 272. B. fere haec disputantur. In explicanda cuiuslibet rei natura, inquit Socrates, ante omnia quaeratur necesse est, simplex an multiforme sit id, in quo voluerimus et ipsi artificiosi esse et alios artis peritos efficere; deinde si simplex sit, vis eius exploranda est videndumque quid cuique natura facere et quid a quoque pati queat. Sin autem multiplex sit ac plures species habeat, has dinumerari oportet et in unoquoque, sicuti in singulis, considerari, quid cuique facere et quomodo a quoque per naturam suam affici possint. Quod ipsum imprimis etiam oratorem ita facere oportet, quippe qui exploratam habere debeat animi naturam, cui orationes adhibiturus sit. Describendus igitur ipsi omni diligentia et quasi in conspectu ponendus animus est, ut appareat, utrum natura sua unus ac similis sit, an secundum corporis figuram multiformis; deinde vero etiam videndum, quid animus cuique rei inferre et quid a quoque natura sua pati possit. Quo duplici munere peracto sequitur deinde tertium quiddam. Dispositis enim orationum (λόγων) pariter atque animi generibus cognitisque variis eorum affectionibus etiam omnes caussae persequendae sunt, ita ut sua cuique attribuatur, eoque modo demonstrandum, qualis animus qualibus orationibus quam ob caussam necessario ad persuasionem vel adducatur vel non adducatur. Neque enim aliter fieri poterit, ut quid ex arte vel dicatur vel scribatur. Nam quum vis orationis (λόγων δύναμις) sit flexanima (ψυχαγωγία), rhetorem certe novisse oportet, quotnam animus tamquam species et formas habeat, earumque proprietates tamquam in numerato habere. Quibus ita distinctis idem etiam varia orationum genera discernet, quibus animi hominum, pro sua quisque indole ac natura, ad persuasionem moveantur. His omnibus autem via et ratione cognitis oportet ipsum denique etiam ad vitae veritatem rerumque usum accedere diligenterque observare, quomodo res sese habeant vel fiant, quo facilius discat intelligere et animadvertere, quid et locis et temporibus et hominibus conveniat; alioquin enim solis confidet magistrorum praeceptionibus usu carentibus. Quicunque igitur iudicare potest atque di-

cere, qualis homo qualibus orationibus ad persuasionem adducatur, praesentemque perspiciens sibi ipse potest indicare, hunc esse talem vel talem, eique adhibendas esse has vel illas orationes, quique praeterea tenet opportunitatis notitiam, qua dicendum et tacendum, itemque breviloquentia, affectuum commotione, aliis orationis formis utendum sit, eum fatebimur utique artem dicendi pulcre ac perfecte tenere; sin autem horum aliquid desit, aliter certe existimari oportebit. Quod negotium quum sit haudquaquam leve, profecto ea via et ratio perficiendi operis ineunda est, quae, vitatis ambagibus ac difficultatibus non necessariis, proxime ad finem propositum perducat (p. 270. C. — 272. C.). — Iam vero his ita disputatis etiam hoc nomine rursus subiungitur iudicium de vulgaribus rhetorum studiis. Pergit enim Socrates deinceps sic fere disserere. At enim vero nostri quidem rhetores, inquit, hos tantos labores in condiscenda arte oratoria omnino opus esse negant. Quippe versantur illi in ea opinione, ut veri scientiam et rerum vel etiam hominum curam nihil ad se pertinere existiment. Nam in iudiciis quidem rerum veritatem minime curari solere; unam spectari probabilitatem et verisimilitudinem, cuius solius ratio ducenda ab eo sit, qui artificiose ac sollerter dicere velit. Etenim ne ea quidem, quae revera facta sint, veritati convenienter esse referenda; captanda potius esse probabilia aut verisimilia (τὰ εἰκότα) tam in accusando quam in defendendo, veritate rerum valere iussa. Quod quidem etiam Tisias ita statuit, qui neutrum litigantium iubet verum confiteri sed utrumque callidis ac fallacibus uti mendaciis. In quo illi rursus non vident, quod res ipsa loquitur, ad efficiendam verisimilitudinis speciem veritatis cognitionem unice esse necessariam, sine qua nec id, quod sit verisimile aut veridissimile, ullo modo reperiri aut iudicari queat. At enim vero qui tam humiliter de rhetorica sentiunt, ii certe nec vident, quid ei denique sit propositum. Nam qui in ea discenda atque colenda nulli labori atque operae parcendum esse arbitrantur viri sapientes, ii certe non hoc consilio ita faciunt, ut dicant et agant apud homines, sed illud potius spectant, ut diis grata possint dicere atque facere pro viribus. Neque

enim vir sapiens sibi putabit in eo elaborandum esse, ut iis, qui revera una cum ipso servi sunt, gratificetur, sed illud potius aget, ut dominis bonis et a bonis oriundis, hoc est diis, semper gratus et acceptus sit vereque placeat. Quae quidem artis oratoriae virtus ac praestantia quum tanta sit, ut ipsa nihil maius et excellentius fingi aut cogitari liceat, certe nec moleste ferendum est, si qua ipsius ratio ac disciplina, utpote cum veri investigatione coniuncta, plus operae ac laboris sibi deposcat, quam quis exspectaverit. Nam pulcra expetentibus profecto honestum et gloriosum videri debet fortiter et constanter perferre quae illorum caussa subeunda ac toleranda sint (p. 272. C. — 274. B.).

Atque his quidem expositis finitur aliquando disputatio de eo, quod in orationibus sit arti conveniens quidve ei contrarium. Quo facto tandem suscipitur disputatio, cum altera illa artificiose iuncta et copulata, de recto scripturae usu, disquiriturque subtilius, qua conditione scribendo operam dare deceat et quodnam pretium litterarum scriptioni statuendum sit. Enimvero adumbrata ac descripta specie et imagine perfecti rhetoris, qui idem sit perfectus dialecticus, utpote optimam tenens veri reperiendi et explicandi rationem cum veritatis studio arctissime coniunctam, sanequam etiam suscipienda fuit huius rei explicatio. Neque enim rhetorica ista, quae taxatur, una dictione continebatur, sed vel maxime pertinebat etiam ad orationum scriptionem, neque dialectica absolvebatur sola veritatis commentatione, verum etiam docendo et sermocinando prodesse studebat. Accedit huc, quod omnis disputatio profecta est a scripta quadam Lysiae oratione, ut plane consentaneum sit, sermonem denique rursus reverti ad scribendi studium, quod inter rhetores maxime vigebat. Quocirca vel has ob caussas harum rerum quaestio nunc institui debuit, ut taceamus de aliis. Redit autem summa disputationis fere huc.

Revertamur, inquit Socrates, aliquando ad id, unde superior artis oratoriae censura cepit initium. Quaeramus enim, quemnam usum scriptio litterarum habeat et quibus ea finibus regenda sit. Et usum quidem eius quod attinet, iuvabit ante omnia narrationis cuiusdam meminisse,

quae de Theutho Aegyptio atque Thamo, Thebarum Aegyptiarum rege, memoriae prodita est. Audivi enim, Naucrati, urbe Aegypti, fuisse aliquem de priscis illius terrae diis, nomine Theuthum, qui quum numerum, computandi artem, geometriam, astronomiam, calculorum ac tesserarum lusum, tum etiam litteras scribendique artem invenisse narratur. Quum autem illis temporibus totius Aegypti rex esset Thamus, ad hunc Thebas venisse ferunt Theuthum ipsique artes ostentasse a se inventas. Ibi vero quum de aliarum artium utilitate multa in utramque partem disputata essent, Theuthus, de litterarum quoque utilitate interrogatus, hoc dedit responsum. O rex, inquit, litterarum scientia Aegyptios sapientiores magisque memores efficiet; memoriae enim et sapientiae erit subsidium. Quo facto rex, illi adversatus, Tu vero, artis a te inventae captus amore, iusto benignius de eius usu videris statuere. Etenim ista quidem scientia animis sine dubio afferet oblivionem propter memoriae neglectionem, quippe quum homines scripto confidentes extrinsecus per aliena signa, non intrinsecus per se ipsos recordaturi sint, ut non memoriae, sed recordationis adiumentum inveneris; sapientiam vero discipulis opinatam, non veram subministras; multa enim percipientes sine disciplina et institutione videbuntur multarum rerum scientes esse, quamvis revera maximam partem inscii sint, ac molesta etiam erit cum iis consuetudo, quippe qui opinati, non veri et germani sapientes evasuri sint (p. 274. B. — 275. B.). Haec igitur Socrates, significans praeterea, in eiusmodi narrationibus antiquitus proditis non temere offendendum, sed unice illud spectandum esse, quid in ipsis veri contineatur (p. 275. B. C.). Nimirum indicat ille hac narratione sua, litterarum usurpatione liberam mentis ingeniique agitationem, qualem philosophia exigat, utique auferri et impediri adeoque in animis vanam sapientiae opinionem procreari, quae verae scientiae intus in animo oriundae plurimum officiat, ut facile appareat, philosophiam, hoc est liberam veritatis investigationem et agnitionem, ab ipso scripturae ut externo cuidam scientiae vel potius recordationis adiumento ac subsidio tamquam e regione poni. Quibus ita expositis pergitur etiam ad aliud quid, quandoquidem docetur, scriptam orationem, si ad vivi ser-

monis institutionem comparetur, non adeo magni faciendam esse. Scripta enim oratio, ut ait Socrates, similis est picturae. Huius enim fetus, licet vivi videantur, tamen, si quid eos interroges, affectata cum gravitate egregie tacent. Eadem vero ratio est etiam scriptae orationis. Haec enim quum intelligentiae speciem prae se ferat, tamen omnino muta est; unum idemque semper dicit, et quum versetur inter intelligentes pariter atque eos, ad quos nihil pertineat, nec loqui scit nec tacere, ubi deceat. Quin etiam si quando male taxatur iniusteque reprehenditur, eget semper defensore parente suo, quandoquidem ipsa se tueri ac defendere non potest. Multo aliter vero existimandum est de vivae orationis usu, quae natura sua est longe melior scriptione longeque praestantior. Habet enim illa eam vim, ut scientia et cognitio in discentium animis tamquam inscribatur, estque plane idonea ad caussam suam defendendam, praesertim quum et loqui et tacere sciat apud quos debeat. Nimirum scriptam orationem patet denique nihil esse aliud quam vivae orationis adumbratam quandam imaginem, quae ab illius praestantia longissime distare existimanda est. Quemadmodum igitur prudens agricola semina ea, quae velit esse frugifera, haudquaquam serio in hortos Adonidis inarabit, quo scilicet ea intra octo dies videat laete progerminantia, sed istud lusus tantum et oblectationis gratia faciet, illa autem semina, quae serio curet, ei solo committet, cui ipsa committi conveniat, atque satis habebit, si octavo mense post ad maturitatem pervenerint; ita etiam is, qui iusti, boni, honesti habet cognitiones (ἐπιστήμας), non serio illa in aqua scribet ac per orationes atramento propagabit, quae nec vera perspicue explicare nec iudiciorum suorum rationem reddere queant, sed potius, sicuti facile iam existimari potest, liberalioris oblectationis gratia hortulos quasi litterarios conseret ac, si quando scribet, ita scribet, ut sibi condat commentarios, quo appropinquante obliviosa senectute et sibi et aliis omnibus eadem studia persequentibus habeat quo laetetur, hortulos istos suos tenera fronde virentes conspiciens. Nimirum quod tempus alii tribuunt ludis, compotationibus, aliis similibus voluptatibus, id ille honestae oblectationis gratia ad scribendum conferet eoque

modo quasi ludens liberaliter vitam deget. Verum enim vero quum res longe pulcerrima sit, de iusto, bono, honesto sermonibus tamquam ludere scribentem, tum multo pulcrius erit quod ad has res conferetur studium, si quis utens arte dialectica, ubi animum nactus fuerit idoneum, plantet ac serat cum scientia sermones, qui et ipsi sibi et satori auxiliari possint nec steriles sint, sed semen in se contineant, unde alii recentes in aliis ingeniis progerminent, qui, illud nunquam ut intereat, efficiant eiusque participi tantam afferant felicitatem, quanta maxima mortali nato obtingere possit (p. 275. C. — 277. A.). — Haec igitur Socrates hactenus. Quae quorsum pertineant, nemo, opinor, facile dubitabit. Quemadmodum enim in superioribus scriptionis ratio atque dignitas comparata est cum libera mentis cogitatione, ita hoc loco scriptae orationis institutio contenditur cum vivi sermonis efficacitate, quae scriptae voci longissime anteponitur. Nimirum pertinent haec omnia denique item ad illustrandam dialecticae praestantiam ac virtutem. Quippe continetur illa non una tantum tacita mentis cogitatione, sed multo latius patet, quandoquidem, sicuti vel nomen eius indicat, etiam sermocinando, colloquendo, disserendo prodesse atque veri, boni et honesti scientiam et cognitionem aliis impertire conatur. Quo nomine vel imprimis arcta necessitudine cum amore philosophiae continetur, cui tamquam ars quaedam amatoria suppetias fert planeque famulatur. Quocirca ei librorum scriptio opponitur, sicuti antea ipsi rhetorica e regione collocata est. Ex quo et ipso virtus eius et praestantia clarissime elucet. Quamquam tota haec pars disputationis videtur etiam ad aliud quid spectare, siquidem Plato in ea tecte significavit, quamnam esse vellet scriptorum suorum cum viva oris institutione coniunctionem ac necessitudinem. Verum istud quidem in praesenti mittamus, de quo alio loco disputandi occasio erit. Pergamus potius in enarrando dialogi argumento, cuius postrema particula fere huc redit (p. 277. A. sqq.).

Posteaquam enim finita est disputatio de scriptione et vivae vocis institutione, Socrates nunc demum decerni atque iudicari posse ait, quid quum de laude scribendi operae, tum de ipsis ora-

tionibus vel ex arte vel sine arte scriptis existimari oporteat. Et artis quidem rationem, sicut modo demonstratum sit, in eo positam esse censet, ut quis primum quidem veram rei naturam, de qua dicturus aut scripturus sit, perspectam habeat; deinde ut ipsam universam definire (genus eius indicare) definitamque rursus in species atque formas ad individuam usque naturam dividere ac cernere possit; tum ut et animi naturam pariter explorare formamque orationis cuique animi naturae convenientem reperire queat; denique ut sciat orationem cuiusque animi naturae attemperare, animo multiplici multiplices et varias, simplici contra simplices orationes adhibens (p. 277. B. C.). Laudem vero ac turpitudinem orationum sive dicendarum sive scribendarum item ex iis, quae antea disputata sint, nullo negotio aestimatum iri arbitratur. Nam sive Lysias sive alii ita scribant, ut, quum nihil certi de iusto aut iniusto, de bono aut malo, aliis rebus similibus, noverint, tamen in scriptis suis multum inesse certi ac perspicui opinentur, hoc omnino longe turpissimum atque vere probrosum censeri oportere existimat. Sin autem aliquis de scriptis orationibus, cuiuscunque eae generis sint, ita sibi persuadeat, ut sicuti per lusum quendam scriptae ac litteris mandatae sint, ita nec magno studio dignae habendae videantur, quandoquidem vel optimae earum scientibus non nisi recordationis caussa sint destinatae; atque contra existimet, in iis unis atque solis, quae docendi atque instituendi caussa fiant et proposita veritatis persuasione revera in animis de iusto et pulcro et bono inscribantur, clarum quiddam et evidens et perfectum inesse, easque oportere quasi filias cuiusque germanas coli, utpote in ipsius animo natas, cuius filiae et sorores sint habendae quae in animis aliorum sint procreatae; hunc vero virum talem esse arbitratur, cuius similis ut ipse iuxta cum Phaedro aliquando existat, intimo pectore optandum videatur (p. 277. A. — 278. B.).

Atque his omnibus ita dilucidatis postremo, sicuti par fuit, disputatio rursus ad Lysiam revertitur, a quo ab initio progressa erat. Quod quidem ita fit, ut celeberrimo oratiori iam omnis philosophiae laus eripiatur atque simul significetur, quam spem adhuc

Lysias fefellerit, eam postero tempore impleturum esse Isocratem, in quo eluceat ingenium ad philosophiae laudem egregie comparatum. Qua ratione manifestum est rursus rhetoricam et philosophiam inter se opponi et quodammodo in certamen committi, quandoquidem Lysiae ut rhetori a philosophiae studio alieniori opponitur Isocratis iuvenis (νέος), qui spem faciat ita aliquando futurum esse, ut rhetorica cum philosophia concilietur. Qua ratione quod supra disserendo est expositum, iam duorum clarorum rhetorum — nam Isocratis quoque nomen tum satis celebratum fuit — illustri exemplo confirmatur. Disputat autem Socrates hunc fere in modum. Sed satis iam, inquit, lusum esto super sermonibus. Et tu quidem, o Phaedre, nunc i atque dic Lysiae, descendisse nos ad Nympharum fontem et museum ibique sermones audivisse qui nos iuberent nunciare Lysiae et cuicunque alii orationum scriptori, sive poetae sive legum civilium conditori, eum, qui cum veritatis scientia scripta componeret, et si qua de iis interrogaretur, iis quae dixisset auxiliari ac patrocinari posset, ita quidem, ut etiam profiteretur, ea, quae litteris consignavisset, admodum levia esse atque vilia ad illa comparata, hunc igitur minime ab iis, quae scripsisset nominandum esse, sed ab illis, ad quae serio studium suum contulisset quaeque mente animoque suo meditatus esset. Nam licet ipsum appellare sapientem nefas videatur, quoniam hoc nomen in unum deum convenit, tamen aut p h i l o s o p h i (amantis sapientiae) aut simili aliquo nomine ornandus erit. Eum vero, qui nihil habet praestabilius quam quae multum diuque sursum deorsum vertens ac modo addens modo demens aliquid scripserit, iure poëtam vel orationum scriptorem vel legum auctorem nominabimus. Quibus verbis apertum est philosophiae scriptoni principem locum vindicari; poesi, arti oratoriae et scripturae civili locum assignari aliquanto inferiorem. Haec vero posteaquam Phaedrus iussus est Lysiae, amico suo, nunciare, hic vicissim ad Socratem: „Quid vero? tu quomodo facies? neque enim par est Isocratem, amicum tuum, silentio transmittere. Huic igitur tu quid tandem renuntiabis?“ Cui Socrates respondet: „Iuvenis adhuc, o Phaedre, Isocrates est; quid tamen augurer de ipso, lubet dicere. Videtur enim

esse meliore natura et ingenio, quam ut cum Lysiae orationibus comparetur, ut minime sit mirandum, si, quum aetate procedente in hoc ipso orationum genere, cui nunc studet, magis quam viri pueris, praestet iis omnibus, qui unquam orationes attigerint, et diviniore instinctus spiritu ad maiora usque eluctetur; inest enim, o bone, philosophia quaedam in viri mente. Haec igitur ego horum deorum iussu Isocrati ut deliciis meis renuntiabo, tu vero ista Lysiae ut tuis.“ — De qua re posteaquam inter colloquentes convenit, denique Socrates, priusquam iam domum revertantur, deos precandos censet, coram quibus sermones superiores instituerint. Itaque extremo sermone has facit preces: O care Pan et quotquot hic estis dii, detis mihi hoc, ut pulcer fiam intus, externa vero omnia quae habeo interioribus amica sint et respondeant. Utinam unum sapientem pro divite habeam; auri vero copia tanta mihi obtingat, quantam secum portare et abducere nemo quisquam possit nisi vir bonus ac sapiens. Neque enim pluribus mihi opus est.

His dictis colloquium denique finitur et ambo discedunt (p. 277. H. — 279. C.).

Enarravimus quanta maxima fieri potuit perspicuitate libri argumentum. Sequitur iam, ut quaerendum sit, quidnam universo operi ut summum et extremum propositum putari debeat, ad quod denique omnia atque singula, quae in eo exposita leguntur, tamquam ad commune quoddam principium referantur. Neque enim supremo totius sermonis fine non perspecto fieri unquam poterit, ut singulae ipsius partes aut recte percipiantur aut prudenter aestimentur.

Dici autem non potest in quam diversas partes omni fere aetate ea de re disputatum sit. Nam de veterum quidem criticorum variis sententiis et opinionibus si quaerimus, audivisse iuvabit Hermiam, saeculi quinti fere medii p. Chr. n. philosophum Alexandrinum, de quo v. Photius Biblioth. 242. p. 341. ed. Bekker. Is enim in Commentariis in Phaedrum p. 62. ed. Ast. haec narrat: *Συνελόντες οὖν*, inquit, *τὸ ὑλικὸν τοιοῦτον· περὶ ἔρωτος, φασί, προηγουμένως ὑφηγεῖται, καὶ καθ' ὃν ἄν τις τρόπον τοῦτο, ὃ εἴτε φυσικὸν εἴτε θεῖον κίνημα τῆς ψυχῆς, τὸ ἐρωτικὸν λεγόμενον, ἐπιστρέψῃ ἐπὶ τὸ κρεῖττον καὶ παραπαιδαγωγήσῃ εἰς ὠφέλειαν ἑαυτοῦ καὶ*

τοῦ κοινωνοῦντος, καὶ πῶς χρὴ βιῶναι. οἱ δὲ περὶ ῥητορικῆς, καὶ προτρεπτικὸν εἶναι Φαίδρου εἰς φιλοσοφίαν, κ. τ. λ. — ὡς οὖν εἰς μεγάλα μέρη τεμεῖν, εἰς δύο ταῦτα διέλοι ἄν τις τὸν σκοπόν, ἓν μὲν περὶ ἔρωτος, ἓν δὲ περὶ ῥητορικῆς, κ. τ. λ. — ἐπεὶ δέ εἰσί τινες οἱ πλείους λέγοντες καὶ διαφόρους τοὺς σκοπούς. οἱ μὲν γὰρ εἰρήκασι περὶ ψυχῆς, οἱ δὲ περὶ τἀγαθοῦ, — οἱ δὲ περὶ τοῦ πρώτου καλοῦ. πάντες οὗτοι μέρων τινῶν τῶν ἐν τῷ διαλόγῳ δραξάμενοι περὶ τούτων ἀπεφήναντο τὸν σκοπόν, ἕνα δὲ πανταχοῦ εἶναι τὸν σκοπόν, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα παρειλῆφθαι, ἵνα ὡς ἐν ζώῳ, πάντα τῷ ἑνὶ συντάττεται. διὸ περὶ τοῦ παντοδαποῦ καλοῦ φησὶν ὁ Ἰάμβλιχος εἶναι τὸν σκοπόν, ὡς ἐφεξῆς ἐροῦμεν. et p. 64. οἱ μὲν περὶ ῥητορκῆς εἶναι τὸν διάλογον ἀπεφήναντο, εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ μόνην καὶ τὰ τέλη ἀποβλέψαντες· οἱ δὲ περὶ ψυχῆς, ἐπειδὴ περὶ ἀθανασίας αὐτῆς μάλιστα ἐνταῦθα ἀποδείκνυσιν· οἱ δὲ περὶ ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἀφορμὴ τοῦ λόγου ἐκ τούτου γεγένηται, κ. τ. λ. Haec igitur Hermias de veteribus criticis. Cuius narrationi fidem faciunt etiam secundariae tituli inscriptiones vel in codd. mss. vel etiam apud veteres scriptores, qui Phaedri mentionem faciunt, repertae. Nam multi libri mss. post Φαῖδρος addunt ἢ περὶ ἔρωτος, ut est etiam apud Diogen. Laert. III. 58. secundum Thrasyllum; alii subiungunt ἢ περὶ ψυχῆς, quod ipsum etiam Clemens Alex. habet Strom. V. p. 678; alii adiiciunt ἢ περὶ καλοῦ, quod praeter alios tuetur praestantissimus Platonis codex Clarkianus (Bodleianus); alii etiam aliter. Recentiorum autem interpretum et criticorum iudicia si quis requirit, sunt illa tam varia tamque diversa ac multiplicia, ut omnia atque singula vel memorare longum sit, nedum ut ea referre aut percensere consultum videatur. Quamobrem satis erit, opinor, indicavisse eos, qui de his rebus nuper ita disputaverunt, ut vel quid ipsi de Phaedro sentirent, vel quid aliis placuisset, exposuerint subtilius et copiosius. Adeundi igitur hoc nomine imprimis sunt Fr. Schleiermacher Prolegom. ad Opp. Plat. Vol. I. 1. p. 48. sqq. et Praef. ad Phaedr. Vol. I. p. 53. sqq. Jos. Socher De Scriptis Plat. p. 301. sqq. Fr. Ast. De Vita et Script. Plat. p. 82. sqq. Phil. von. Heusde Init. Phil.

Plat. Vol. I. p. 138. sqq. Car. Fr. Hermann Gesch. d. Plat. Philos. I. p. 515 sqq. cum ann. Aug. Bernh. Krische, Ueber Platons Phaedrus. Götting. 1848. p. 133. sq. C. Steinhart, in libr. Platons Werke übersetzt von Hier. Müller mit Einleit. begleitet von C. Steinhart. Leipz. 1848. Vol. IV. p. 18. sqq. Franc. Susemihl, Genetische Entwickel. der Plat. Philos. P. I. p. 68. sqq. et p. 55. sqq. Aug. Arnold, Platons Werke einzeln erläut. u. in ihrem Zusammenhange dargestellt Erf. 1855. Part. II. p. 1—29. Jul. Deuschle Comment. in Caesars Zeitschrift für Alterthumswissensch. a. 1854. Vol. I. fol. 4. 5. et 6. p. 26. sqq. et in libello: Ueber Platonische Mythen etc. Hanau, 1854. 4. Eduard Zeller in opere Pauly: Realencyclopädie der class. Alterthumswissenschaft Vol. V. p. I. 691. ut alios taceamus. Nimirum ab his omnibus facile discas, recentiore quoque aetate similiter ut olim de Phaedro iudicatum esse diversissime, quandoquidem alii philosophum nihil nisi id egisse censuerunt, ut rhetoricam reprehenderet et exagitaret, utpote carentem dialecticae praesidio et adiumento; alii ipsum statuerunt hoc imprimis spectavisse, ut, quanta esset dialecticae vis in scribendo ac docendo, certius intelligeretur; alii eum iudicarunt ostendere voluisse divinum idearum amorem ac divinioris vitae studium ad studia humana omnia regenda, ornanda et nobilitamda plurimum valere; alii etiam alia in medium attulerunt *).

---

*) Iuvabit, opinor, duumvirorum praestantissimorum sententiam hic paucis retulisse, quos multi nuper tamquam egregios quosdam duces hac in caussa sequuti sunt, ut profecto multum referat, quid illi senserint, aliquatenus saltem cognovisse. Etenim Fr. Schleiermachus, qui de Phaedro tum Prolegg. ad Opera Plat. Germ. Vol. I. p. 48. sqq. tum Praef. ad Phaedr. Vol. I. p. 55. sqq. copiose disseruit, argumentum totius libri atque summam denique eo redire censet, ut artem dialecticam doceatur unam esse rectam cogitandi atque disserendi magistram (*die Kunst des freien Denkens und Mittheilens*) ideoque reliquarum artium omnium imprimisque oratoriarum parentem atque procreatricem. Hoc autem quum illud sit, ad quod denique omnia tamquam ultimum atque summum contendant, tum eadem opera etiam ideas illustrari arbitratur, ut ad quas dialectica spectet et ex quibus suspensa sit. Quae quidem ideae quod splendidissima quidem oratione illuminentur, sed tamen ostententur tantummodo fabulari arte in coelesti sede collocatae,

Verum enim vero quum nullo non tempore mirum quoddam studium in tractanda huius rei quaestione eluxerit, siquidem omni aetate probe intellectum est de eo Platonis opere quaestionem agitari, quod ad omnem viri sapientissimi doctrinam et rationem

---

vult illud ita fieri propterea, quod philosophus eas, utpote recens inventas, tum primum tamquam flagranti quodam novi amoris ardore descripserit et repraesentaverit, quandoquidem Phaedrus dialogus a Platone admodum adolescente necdum satis in dialecticis exercitato scriptus putari adeoque pro ipsius primitiis haberi debeat. Unam rhetoricam autem censet cum dialectica in certamen committi, non poesin aut alias artes liberaliores, propterea quod ea exempli loco commodissime proponi potuerit, quia rhetores ac sophistae maxime vim dicendi et persuadendi iactaverint. De qua viri praeclari ratione ne quid dubitationis relinquatur, non a re alienum erit ipsius verba apposuisse, unde illa maxime cognoscitur. Scripsit igitur Praefat. ad Phaedr. p. 65. sq. haec: «*Auf solche Art also werden wir immer weiter getrieben bis zur innersten Seele des ganzen Werkes, welche nichts anderes ist, als der Inbegriff jener höhern Gesetze, nämlich die Kunst des freien Denkens und des bildenden Mittheilens, oder die* **D i a l e k t i k**. *Für welche hier alles Uebrige nur Zurüstung ist, um sie auf socratische Weise entdecken zu lassen durch Aufzeigung ihres Geistes in einem bekannten Einzelnen, und zwar dem, worin fast ausschliesslich wissenschaftliche Form theils allgemein anerkannt war, theils leicht aufzuzeigen. Nicht nur aber als die Wurzel ieder andern abgeleiteten Technik will Plato uns diese Kunst rühmen, sondern in allen andern Künsten zwar sollen wir sie erkennen, sie selbst aber soll dann Jedem als etwas viel höheres und ganz göttliches erscheinen, welches keineswegs etwa um jener willen, sondern nur um sein selbst und um des göttlichen Lebens willen soll gelernt und geübt werden. Der* **u r s p r ü n g l i c h e** *Gegenstand der Dialectik aber sind die Ideen, welche er daher auch mit aller Wärme der ersten Liebe aufstellt, und so ist die Philosophie selbst und ganz dasjenige, was Plato hier als das Höchste und als Grundlage alles Würdigen und Schönen anpreiset, für die er allgemeine Anerkennung in diesem Besitz siegreich zu fordern weiss. Und eben weil die Philosophie hier ganz erscheint, nicht nur als innerer Zustand, sondern als ihrer Natur nach sich äussernd und mittheilend, so musste auch der Trieb zum Bewusstsein gebracht und dargestellt werden, welcher sie von innen herausdrängt, und welcher eben nichts anderes ist, als jene ächte und göttliche Liebe, die sich über jede andere auf irgend einen Nutzen ausgehende eben so weit erhebt, als die Philosophie ihrer Natur nach jene untergeordneten Künste übertrifft, die sich auch mit einer Lust oder einem Gewinn spielend begnügen.*

esset longe gravissimum; tamen nondum inventum esse videtur, quod sublatis omnibus dubitationibus praestantissimi libri intelligentiam omni ex parte aperiret aut communibus hac in caussa hominum exspectationibus plane satisfaceret. Ambigunt enim

---

Denn so sehr auch die gelungene Befriedigung jenes Triebes das Werk der Kunst sein muss und der anordnenden Besonnenheit; so erscheint doch der Trieb selbst als ein ursprüngliches, immer reges in der Seele des Gebildeten und Vollkommenen, seinen Gegenstand ausserhalb suchendes, also als Leidenschaft und göttliche Eingeistung. Hierdurch also lösen sich alle Aufgaben, und dieses bewährt sich als die wahre, alles hervorbringende, belebende und verknüpfende Seite des Werkes." Cum his conferas quae idem disputavit Prolegg. in Plat. Opp. Vol. I. p. 48. sqq. Itaque virum egregium apparet Phaedro hoc tamquam summum atque ultimum propositum esse censuisse, ut vis et efficacitas dialectices, qualem Plato informavit, in artium liberalium usu perspicua luculentius demonstraretur; id quod mirabiliter sane praeteriit Suckowium in libro multa mirabilia continente „*Die wissenschaftliche und künstlerische Form der Platon. Schriften. Berlin* 1855. 8. p. 196. sqq. quamvis ille sese Schleiermacheri mentem praeter ceteros scilicet perspexisse glorietur adeoque profiteatur, se ab illius sententia profectum in praeclara illa inventa incidisse, de quibus fuse exposuit. Secuti autem sunt summi viri auctoritatem quum alii multi, tum A. B. Krischius in libro supra laudato, qui verissime perspecta Schleiermacheri sententia p. 133. haec scripsit: *Als Kern des ganzen Gesprächs erscheint also die Lehre von der Dialektik als der Kunst des Denkens und des Seins der von der Methodik des Wissens und dem Inhalte desselben, welches beides sich ächt sokratisch* (minime vero!) *in dem Begriffe der Dialektik durchdringt."* Sed haec de sententia Schleiermacheri; de qua quid existimemus, perspicuum fiet ex iis, quae de universi Phaedri argumento et consilio disputavimus. Neque enim dialecticae explicationem pro primaria operis parte ducimus, nec rhetoricam putamus omnium artium liberalium vices sustinere, nec idearum doctrinam obiter aut leviter censemus illustratam esse, nec Phaedrum habemus pro opere iuvenili, denique nec artem essendi, ut cum Scholasticis loquamur, ullam cogitari posse censemus. Sed festinamus ad cognoscendam alterius Platonicae sapientiae arbitri sententiam. Quod dum facimus, tristis sane mentem subit recordatio. Luxerunt enim nuper Caroli Friderici Hermanni obitum praematurum omnes communiter, quotquot studia antiquitatis vel colunt vel diligunt; luximus imprimis etiam nos, qui Platonicorum studiorum communione inde ab anno 1828

viri doctissimi ad hunc usque diem vehementer de rebus maximis, unde iudicium de universi operis argumento, arte et compositione, vel maxime suspenditur, imprimisque incerti sunt et consilii inopes haerent de necessitudine et coniunctione, quae inter

---

coniuncti cum eo viximus, praeserim quum nulla umquam inter nos in maxima saepe sententiarum discrepantia animorum dissensio exorta sit. Nempe et ille pro humanitate sua facile ferebat dissensionem amici, et ego viri omnia veritatis amore cum indefesso litterarum studio coniuncto metientis eiusque et ingeniosissimi et animo liberrimi auctoritatem ita reverebar, ut quidquid tandem pronuntiasset, id solerem diligentius usque expendere, priusquam ipsi quidquam regererem. Ita viximus συμφιλολογοῦντες prope annos triginta, coniuncti studiis, coniuncti animis, ab inani ambitione et invidia procul remoti. Huius igitur amici sententiam ita exponemus, ut simul gratam eius memoriam pie recolamus. Perspexit igitur Hermannus pro eo, quo erat ingenii acumine, nullo negotio, hominum doctorum de Phaedro iudicia ideo potissimum tam varia ac diversa extitisse, quia quae essent tantummodo singularia atque nihil nisi partem aliquam universae disputationis efficerent, accepta essent pro communibus, ita ut inde etiam dialogi summa definiretur. Itaque ipse celsius quiddam atque altius indagandum statuit, quo invento quum omnibus ac singulis dialogi partibus iusta dignatio impertiretur, tum etiam perspicua fieret universi operis ars et compositio. Quamobrem ipse studium aeternae veritatis vel idearum illud esse indicavit, in quo totius sermonis tamquam cardo verteretur. Statuit igitur in Phaedro denique hoc doceri, omnia studia et consilia humana ad divinae veritatis cognitionem et intelligentiam tamquam summam agendi legem atque normam dirigi et gubernari oportere, siquidem futurum sit. ut tum a turpi lubidine tum ab humili et sordida sentiendi ratione tuta et immunia praestentur, idque imprimis etiam de amore et arte oratoria ita existimandum esse, ex quibus ille naturalem sectetur pulcritudinem, haec vero propositam habeat artificiosam venustatis gratiam. Sed audivisse iuvabit etiam ipsius verba (p. 515.), quibus sententiam suam aperuit luculentissime: „*Suchen wir das geistige Band auf, das im Sinne des Urhebers beide Theile* (de amore et de rhetorica) *aus demselben Ganzen hervorgehen liess, so ist dieses kein anderes als die Richtung nach Oben, nach dem Begriffe und der in diesem enthaltenen Wahrheit, die durch alle irdischen Bestrebungen hindurch gehen soll, um sie vor Willkühr und Gemeinheit zu bewahren, und die namentlich auch denjenigen Thätigkeiten des Menschen, die auf natürliche oder künstlerische Schönheit gerichtet sind, Weihe oder Maas verleihen muss, während Liebe sowohl als Schönrednerei verwerflich werden, sobald*

doctrinam amatoriam in priore sermonis parte explicatam atque disputationem prope per reliquum dialogum de artis rhetoricae vilitate et inertia agitatam intercedere existimanda sit. Ex quo profecto manifestum esse debet omnibus, rei admodum difficilis quaestionem nondum satis profligatam et ad exitum perductam esse. Id quod tanto confidentius ita statuere licebit, quod ipsum Platonem extremum quiddam atque summum ob oculos habuisse clarissime ex eo apparet, quod p. 264. omnem orationem, hoc est omne artis oratoriae opus, censuit simillimum esse oportere animalis corpori bene structo atque fabricato, ut unum quasi corpus efficiat omnibus numeris absolutum atque singulis membris suis apte secum conveniens. Itaque sperare sane audemus facilem nobis veniam impertitum iri, si data hac opportunitate experiamur, num qua rei admodum difficili et obscurae aliquid novae lucis affundere possimus. Videmur enim quaestione eius identidem repetita animadvertisse, suppetere utique viam aliquam atque rationem, qua densae istae tenebrae adhuc libri intelligentiae offusae si non omnes, at certe maximam partem dispellantur. Quocirca nobis licebit, quid de tota caussa sentiamus, pro viribus explicare. In qua tamen explicatione propter huius editionis legem ea tantum proponemus, quae ad universum librum pertinent, ampliorem singulorum locorum dilucidationem, ex interiore philosophiae penu depromtam, alio loco atque tempore daturi. Iuvabit autem primum hic in principio disputationis paucis indicavisse, quaenam sit nostra de re admodum controversa opinio. Quo facto ordine deinceps explicabimus, quae ad eam illustrandam opus fuerint. Videtur enim nobis Plato, quum ipsorum temporum opportunitate

---

sie als Brücke zum Begriff und zur Befriedigung der Genusssucht dienen und diese zum höchsten Maasstabe nehmen, so dass Plato, indem er scheinbar nur vor zwei ganz heterogenen Verirrungen seiner Zeitgenossen warnt, zugleich in der richtigen Anwendung beider Triebe den Weg zu gleichem Ziele zeigt.“ Haec igitur ille; quem certe omnis posteritas grata fatebitur quum de omni antiquitatis doctrina, tum imprimis etiam de Platonis interpretatione praeclare meritum esse.

ad illustrandam philosophiae dignitatem et praestantiam invitatus esset, in hoc libro litteris exarando id consilii sequutus esse, ut, dum rhetoricam abiectae humilitatis pariter atque turpis inertiae a philosophiae neglectione profectae convinceret, eadem opera reclusis ultimis sapientiae fontibus, in diviniore animi vita positis, luculente demonstraret, unam philosophiam, utpote natura sua in idearum appetitu atque comprehensione et in commentatione dialecticaa (*im dialektischen Denken*) contentam, certissimam esse et alte magnificeque cogitandi et recte iudicandi, dicendi atque docendi magistram, rhetorica ista, quae se unam dicendi docendique artificem iactaret, longe superiorem. Quam sententiam etiam simplicius sic exprimere licebit, ut Platonem dicamus falsam rhetoricam vanitatis coarguendo philosophiam docuisse natura sua unicam esse scientiae tam adipiscendae quam propagandae et tradendae procreatricem. Simplicissima profecto sententia, quam quis vix crediderit homines doctissimos tam diu fallere ac latere potuisse; sed eadem tam artificiose ac sollerter a Platone tractata, ut ob id ipsum diligentiorem explicationem utique videatur requirere. Quamobrem licebit quae posuimus singula ordine deinceps exponere dilucidius. Censuimus autem primum coniunxisse Platonem cum rhetoricae reprehensione philosophiae laudes. Deinde eum id sic instituisse iudicavimus, ut illas ex ultimis fontibus ac principiis philosophiae duxerit. Denique eum pravam atque falsam rhetoricam impugnasse significavimus. Quocirca primum quidem breviter explicabimus de artificio, quo philosophus rhetoricae reprehensionem cum philosophiae illustratione coniunxerit. Deinde disquiremus de fontibus ac principiis philosophiae, ex quibus ipsius virtutem ac praestantiam declaraverit. Tum ostendisse iuvabit, quaenam viguerint illis temporibus inter Athenienses artis oratoriae studia. Quibus expositis postremo considerandis potioribus universi operis partibus id efficere studebimus, ut quibus caussis et rationibus nostra

de totius operis argumento sententia nitatur, quam clarissime appareat. Quae tamen omnia quo plus etiam lucis accipiant, denique etiam quaestio de temporibus suscipienda erit, quibus Phaedrum litteris consignatum esse verisimile sit. Haec igitur omnia ordine deinceps exponere conabimur, in qua quidem re versabimur ita, ut simul universum Phaedri argumentum veluti obiter collustretur et ad pleniorem intelligentiam provehatur.

Itaque primum quidem diligenter tenendum est, quo non animadverso iudicia hominum de Phaedri arte et compositione sane mirifice perturbata sunt, Platonem in hoc opere condendo eodem usum esse artificio, quo in plurimis aliis sermonibus artificiosius elaboratis usus esse reperitur, ut duo simul argumenta pari opera pertractaverit, quorum alterum ad communem hominum vitam eiusque mores, instituta studia, consilia denique, aestimanda atque iudicanda refertur, alterum versatur in ratione ac doctrina sapientiae explicanda atque illustranda, ita quidem, ut utrumque denique ad eundem omnino finem pertineat, communique scribendi consilio inserviat. De qua quidem philosophi sollertia quoniam explicatius diximus in Prolegomenis ad Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. XLI. sqq. ed. 3. ed. Goth., non est cur hoc loco uberius exponamus. Etenim in Phaedro quum ars rhetorica inscitiae et inertiae arguatur, ita ut ipsam argumentis subtilissimis demonstretur sine philosophiae praesidio et adiumento nullo pacto consistere posse utpote a studio veritatis plane aversam, tum etiam philosophiae virtus ac praestantia eo modo illuminatur, ut reclusis ultimis ipsius fontibus, in animi vita divina et nativa indole positis, principia eius atque elementa vel in infinita quadam idearum appetitione et primitiva earum comprehensione vel in dialecticae commentatione quaerenda esse ostendatur atque indidem etiam doceatur, quanta quamque admirabilis ipsius vis et efficacitas sit in hominibus ad veri scientiam et cognitionem erudiendis atque instituendis. Nimirum utrumque argumentum, quantumvis primo adspectu diversum sit, tamen, ubi rem diligentius consideraverimus, tam arcto vinculo contineri fatendum est, ut ad summum ultimumque finem, universae scriptioni propositum planissime accommodatum habeatur. Nam

quod philosophiae tamquam species quaedam et imago exhibetur, unde non modo dignitas ipsius et maiestas, sed etiam utilitas atque vis salutaris cognoscatur, valet hoc profecto item ad arguendam demonstrandamque rhetorices quum humilitatem tum vanitatem atque inertiam. Quod autem longo copiosoque sermone ostenditur, quam nihili facienda sit ars ista oratoria, quae vulgo summis extollatur laudibus et multis videatur plane admirabilis, id vicissim eiusmodi est, ut ad illustrandam philosophiae praestantiam et excellentiam egregie comparatum sit, praesertim quum isto pacto etiam clarius intelligatur, quantam ipsa in dicendo quoque atque docendo vim et potestatem habeat. Etenim est sane utriusque rei tam arcta necessitudo, ut adeo dubitare liceat, utrum argumentum pro potiore ducendum sit. Nam disputationem de rhetoricae pretio ac dignitate institutam vel ideo pro primaria operis parte habendam putaveris, quia huic uni omnis dialogi scena et quasi apparatus adaptatus est, ut non tam de philosophia quam de rhetorica agi videatur. Ubi autem consideraveris rerum ipsarum, quae tractantur, magnitudinem atque gravitatem, certe item ambiges, num iis potius, quae de philosophia sunt disputata, primarius locus attribuendus sit, quandoquidem quae de immortali animorum vita, de divinae veritatis amore, de idearum resuscitandarum facultate, de sapientiae in animis hominum propagandae studio, de dialecticae natura, usu et exercitatione, aliis id genus rebus, explicata sunt, certe tam sunt gravia et ponderosa tamque arcte cum omni philosophiae doctrina et ratione coniuncta, ut reliqua omnia, quae ad artem rhetoricam taxandam referuntur, prae iis admodum levia ac minuta videri debeant. At nimirum pertinent denique omnia communiter, ut diximus, ad summum illum finem, in illustranda virtute et praestantia philosophiae conspicuum, ad quem utique universi operis scriptio referenda est, videturque philosophus prudentissimo consilio speciem et formam dialogi rerum rhetoricarum disputationi attemperavisse, quia ipsa tempora, quibus liber scriptus est, ita tulerunt, ut imprimis artis rhetoricae ratio ducenda videretur; de qua re infra disputabitur explicatius. Verum satis de his. Pergimus ad alterum illud, de quo supra

diximus hoc loco explicari oportere. Considerandum est enim, qualem Plato philosophiae rationem animo informaverit, et quaenam voluerit esse eius tamquam principia atque elementa. De qua re paulo uberius exposuisse iuvabit ipso argumento postulante.

Discessit autem Plato in informanda philosophiae notione longissime ab hominum nostrorum more et consuetudine. Neque enim philosophiam voluit esse doctrinam aliquam ex rerum certarum scientia et notitia conflatam et certo quodam ordine compositam ac descriptam. Imo totam illam, ipso philosophiae nomine viam monstrante, in uno sapientiae, hoc est rerum per se absolutarum sive idearum intelligentiae et cognitionis studio, ad quod animi nostri divino beneficio destinati essent, quaerendam esse iudicavit. Etenim plenam certamque rerum divinarum et natura sua sempiternarum scientiam et cognitionem philosophus in unum tantum Deum, numen perfectissimum, convenire censuit; in hominis naturam cadere negavit, quippe cuius ea esset imbecillitas et infirmitas, ut ipsam rerum vim naturamque penitus perspicere nullo modo posset. De qua re v. Parmen. p. 134. C. Phaedr. p. 278. D. ibique ann. Itaque mortalibus nihil nisi studium cognoscendae absolutae veritatis eiusque rei facultatem quandam tribuit, ipsam scientiam veritatis eripuit; in illo ipso autem veritatis studio philosophiae munus et officium contineri arbitratus est. Haec igitur natura et vis philosophiae est, quam Plato animo informatam tenuit; haec est notio eius, quam mente sua effinxit; haec denique est sententia, a qua profectus omnem eius doctrinam eleganter explanavit. De qua re praeclari sunt loci De Rep. II. p. 375. E. sqq. V. p. 474. C. Phaedon. p. 64. A. sqq. Gorg. p. 482. A. sqq. Phaedr. p. 276. A. sqq. 278. D. Symp. p. 204. A. De Rep. V. p. 485. B. ubi inter alia leguntur haec: *τὸν δὲ δὴ εὐχερῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γεύεσθαι καὶ ἀσμένως ἐπὶ τὸ μανθάνειν ἰόντα καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτον δὲ ἐν δίκῃ φήσομεν φιλόσοφον.* His vero ita exploratis nec illud iam habebit explicationem difficilem, de quo nunc potissimum quaerere attinet, quidnam tandem sit, in quo denique ultimus philosophiae fons summumque principium contineatur. Facile enim intelligitur, istiusmodi stu-

dium scientiae et cognitionis, in quo vir sapientissimus philosophiam cerni iudicavit, si non omnino vanum futurum sit, duo sibi tamquam elementa deposcere: alterum acriorem quemdam veritatis sensum vehementioremque appetitum, quo animus quasi ultra se elatus perpetuo ad veritatem amplexandam excitetur, moveatur, auferatur; alterum instrumentum quasi quoddam, cuius usu fieri queat, ut nativa ista sciendi aviditas, quantum fieri possit, expleatur et ad scientiae perspicuitatem perducatur. Etenim alterum sine altero esset profecto mancum ac debile, siquidem nec nativus ille animi appetitus per se solus cognitione veritatis cum conscientia veri potiri posset, nec artis usus a veri cupiditate seiunctus ad sapientiae possessionem satis efficax foret. Hoc igitur acumen Platonis haudquaquam praeteriit. Itaque continuo ille statuit verissime, fontem philosophiae ex ultimo ac supremo ipsius principio manantem duplicem esse, naturalem quemdam mentis animique motum et appetitum, quo usque ad veri scientiam et cognitionem auferamur, atque artem homini item a natura tributam, qua illi desiderio animi plenius possit satisfieri. Nimirum ille quidem est tamquam ignis quidam atque fomes, in quo sapientiae studium accenditur et inflammatur, quo extincto aut non bene nutrito ipsa animi vita sanequam periclitaretur. Haec autem, ipso illo excitata animi impetu et effecta, est quasi illius perfectio et absolutio, quippe quum igni tamquam lucem intelligentiae ac scientiae afferat. Et appetitum quidem illum philosophus amoris nomine insignivit; artem autem ei tamquam ministrantem dixit dialecticam, res prima quidem specie multum diversas, sed re ipsâ indissolubili vinculo nexas et sociatas, quae coniunctae demum omnem philosophandi vim et rationem absolvunt. Quippe ambo ista philosophandi principia denique in unum coeunt eo, quod primitus in aeterna animi vi ac natura sunt posita, qua ille non modo inde a primordiis suis proprio atque libero motu viguit, sed etiam idearum comprehendendarum facultate ornatus et instructus fuit. Id quod liquido apparet ex Phaedro, ubi animi humani eo ipso, quod sempiternas rerum species in vita coelesti ac divina intueri potuerint, etiam artis dialecticae participes facti esse, hoc est, ideas com-

prehendisse, dicuntur; de qua re v. p. 246. sqq. et p. 249. C. Itaque Plato prudentissime in Phaedro ita instituit, ut utrumque istud philosophiae principium tamquam in unum coniunctum descripserit et illustraverit, non quo duas res inter se diversas explicare voluerit, sed quod acutissime pervidit, esse hunc fontem philosophiae, quamvis re et usu duplicem, tamen vi et natura sua unum eumque talem, ex quo omnis philosophiae ratio ac disciplina proficisceretur.

Sed quo clarius etiam intelligatur, quaenam summi philosophi de his rebus sententia fuerit, age utrumque illud, in quo origines atque caussas philosophiae quaerendas censuit, consideremus seorsum. Quo modo etiam id effectum iri speramus, ut ad ea, quae in Phaedro de his rebus tradita leguntur, rectius intelligenda atque iudicanda tamquam aditus aperiatur.

Itaque Plato primum quidem philosophiae principium voluit esse nativum quemdam animi sensum et appetitum, quo homines sapientiores identidem ultra vitae mortalis conditionem mente animoque suo elati infinito quodam cum desiderio scientiam et cognitionem divinae veritatis appetant; quem animi habitum et affectum amorem dixit. Quapropter ante omnia id nobis erit agendum, ut quaenam sit amoris istius indoles et natura, diligenter exquiramus, quandoquidem alioquin vix futurum erit, ut quorsum haec philosophiae Platonicae pars omnino pertineat aut quomodo sit accipienda, plane intelligamus. Retulit autem philosophus, si quid iudicare possumus, amorem suum neutiquam ad teneriorem aliquem animi affectum, qui inter amantes atque amatos intercedat, eosque diviniore quodam beatitatis sensu perfundat, qualem hodie fere intelligunt, qui amorem Platonicum in ore habent. Imo totum illum voluit pertinere ad absolutae veritatis studium, quandoquidem eum, ut modo diximus, nihil aliud esse censuit, quam interiorem quemdam animi instinctum et quasi furorem animis divinitus ingeneratum, quo sapientiae studiosi ad veritatis aeternae admirationem atque contemplationem cieantur atque rapiantur. Quem quidem animi habitum et affectum quod amorem et dixit et revera esse iudicavit, id etiamsi nobis primo adspectu mirum accidat, tamen sedulo cavendum est, ne pro inani

luxuriantis ingenii commento habeamus. Repetendum enim rei iudicium est primum ab honestis illis amoribus, qui inter adultiores et adolescentes in Graecia vulgo colebantur quique virtutis civilis adiuvandae atque roborandae gratia suscepti non modo non turpes habebantur, verum etiam publicis legibus et moribus commendati et permissi erant; de quibus praeter alios consulas Frider. Iacobs: *Vermischte Schriften*. Vol. III. p. 214. sqq. Ottfr. Müller: De Doriensibus. Vol. II. p. 290. sqq. Meier in Erschii et Gruberi Encyclop. Sect. III. Vol. IX. p. 149. sqq. Krause in Agon. et Gymnastic. Graecor. Vol. II. p. 943. sqq. Bernhardy Hist. litter. Graec. Vol. I. p. 42. sqq. Cramer *Geschichte des Unterrichts im Alterthume*. Vol. I. p. 194. sqq. Nec vero in hac caussa negligendum est exemplum aut Socratis, qui artem amatoriam profitebatur, aut Pythagoreorum, quorum sodalitia ad philosophandi consuetudinem comparata erant; a quibus quid Plato profecisse videatur, paucis declaravimus in Prolegg. ad Symposium p. LXIX. sqq. ed. Goth. tert. Sed clarissima lux rei primo adspectu satis mirabili affundetur, ubi diligentius perpenderimus Platonis de ideis sententiam, quam qui non percepissent, ii nec fieri potuit quin doctrinae philosophi parum aequi et idonei iudices existerent. Quapropter ea de re exponere non a proposito alienum putamus. Statuit igitur Plato, posteaquam certiora aliquando atque firmiora iecerat doctrinae suae fundamenta, praeeuntibus Parmenide, Empedocle, aliis, quorum doctrinam ad suam accommodavit rationem, mundum esse tamquam duplicem, alterum idearum, qui complecteretur aeternas rerum species, sive ideas, una tantum mente comprehensibiles, sensibus non subiectas, quas quidem videtur intellexisse aeternas numinis divini cogitationes rerum omnium vim et veritatem in se continentes, quarum animi quodammodo possent fieri participes vel capaces; alterum rerum adspectabilium, qui ad intelligibilis mundi exemplum esset compositus et conformatus. Et illi quidem proprium tribuit hoc, quod haberet ea, quae perpetuo vi sua constarent, sempiterna essent, nec ullam unquam subirent naturae suae mutationem, quae vocavit τὰ ὄντα, τὰ ὄντως ὄντα, vel τὰ ἀληθῶς ὄντα. Huius autem cum Heraclito eam rationem iudicavit esse,

ut quae ad eum pertinerent, ea non esse (εἶναι) sed fieri (γίγνεσθαι) dicenda essent, quippe quae numquam certo consisterent, sed perpetuo quasi flumine agitarentur. De qua ipsius sententia v. Phaedon. p. 80. A. B. sqq. Tim. p. 28. A. 52. D. De Rep. VI. p. 507. C. sqq. Sympos. p. 211. A. C. Phileb. p. 15. A. 53. D. sqq. Quorsum pertinet imprimis etiam praeclarus ille locus Phaedri p. 247. A. sqq., ubi quod species sive ideae in coeli superficie eaque non ahenea, sicuti quibusdam visum est, sed potius aetherea et liquida, spectandae proponuntur, vehementer iudicio suo falsi sunt qui id proprio sensu acceperunt, quum ex toto loco appareat, philosophum ideas ibi non alio modo finxisse adspectabiles, quam quo alibi etiam verba θεᾶσθαι, ὁρᾶν, βλέπειν, al. ad animi mentisque contemplationem transferuntur; de quo usu loquendi v. Ast. ad Politiam p. 573. et Creuzer. ad Plotin. De Pulcritud. p. 36. et 210. Verum hoc tamquam per occasionem; redimus ad propositum. Distinxit igitur philosophus duplicem mundum, alterum intelligibilem, alterum adspectabilem. Hoc vero mundi discrimine constituto consequens esse iudicavit, ut veritatis scientia et cognitio nomine suo digna (ἐπιστήμη) ex unis ideis repetenda esset; rebus adspectabilibus atque sensuum perceptioni subiectis nihil nisi opinio (δόξα), quae esset quasi illius umbra, relinqueretur. v. Tim. p. 28. A. Phaedon p. 65. D. 74. B. sqq. De Rep. p. 477. Phileb. p. 15. A. 59. C. Symp. p. 211. A — C. Phaedr. p. 247. E. sqq. A. p. 250. E. al. Neque vero ad veritatis scientiam arbitratus est ab aliis perveniri posse nisi ab iis, qui perpetuo in rerum aeternarum memoria instauranda atque recolenda versarentur. Id autem ideo fieri posse censuit, quia animi humani, priusquam in hoc mortali corpore includerentur, olim in vita diviniore una cum diis immortalibus versati essent, in qua ipsis rerum divinarum spectandarum oblata esset opportunitas. v. Phaedon. p. 73. A. 75. B. sq. 79. D. 102 — 107. C. Phaedr. p. 249. E. 250. A. 247. C. De Rep. VII. p. 534. B. C. Tim. p. 30. B. Quod quomodo interpretandum sit, in aprico est. Quippe animi humani Platonis iudicio ex numine divino tamquam delibati primitus diviniorem liberamque a mortalitatis

imbecillitate degerunt vitam. Quocirca ipsis a divino ortu adhuc recentioribus etiam propior ad divinarum rerum cognitionem accessus patuit. Inde igitur philosophus fieri posse iudicavit, ut animi, utpote olim divinarum rerum notitia imbuti, postea quoque in illarum redeant memoriam adeoque admirabili quadam earum contemplandarum cupiditate incendantur, quae affectum amoris referat. v. Phaedr. p. 247. D. sqq. coll. Phaedon. p. 75. E. Iam vero hoc si dubitetur quomodo ita fieri queat, ipsa idearum vis ac natura secundum Platonem ita comparata est, ut fieri non possit quin animum earum noscendarum cupidum simili amori affectu cieat atque moveat. Quippe propria est ideis summa perfectio et absolutio, nihil ut illis fingi aut cogitari queat excellentius. v. Phaedon. p. 78. D. 80. B. Theaet. p. 205. D. E. Sophist. p. 245. A. al. Quamobrem etiam quidquid in rerum natura extat, ad earum exemplum ac similitudinem expressum et conformatum est, refulgetque earum species etiam in rebus adspectabilibus, ita ut hae, quamvis natura sua sint imperfectae, tamen eatenus veritatis et essentiae, quam dicere licebit, participes fiant, quatenus idearum referunt similitudinem. v. Tim. p. 28. A. C. 29. A. 30. A. Phaedon. p. 30. B. 75. A. sqq. Phaedr. p. 250. B. Sophist. p. 246. B. Theaet. p. 186. C. al. Sed quum ideae hac virtute sua conspicuae sint et illustres, tum eaedem etiam immensa quadam excellunt pulcritudine. Quidquid enim bonum est ac perfectum, idem secundum Platonem etiam pulcrum sit oportet, quandoquidem bonum et pulcrum tam arcta continentur necessitudine, ut alterum ab altero nullo modo seiungi ac divelli queat; de qua philosophi sententia v. Phileb. p. 64. D. Tim. p. 87. C. Hipp. mai. p. 296. A. — 297. D. Symp. p. 261. C. D. Lysid. p. 216. D. Protag. p. 358. B. Men. p. 77. B. Lgg. V. p. 728. A. IX. p. 859. D. Pulcritudo enim ipsius iudicio nihil est aliud, quam summae absolutaeque perfectionis species animis contemplantium ita obiecta, ut suavitatis ac voluptatis sensum cieat, et ineffabilem quandam pariat oblectationem et admirationem. v. Tim. p. 87. D. De Rep. VI. p. 486. E. Phileb. p. 64. E. sqq. Politic. p. 284. B. al. Quapropter pulcritudo in iis omnibus cernitur, quae naturae suae perfectione

splendent, imprimisque enitet e iam in animi virtute ac sapientia, ut ille pulcerrimus censeri debeat, in quo boni honestique animi decor cum externa eius specie atque forma expressus cernitur, v. De Rep. III. p. 402. D. IV. p. 444. D. Theaet. p. 176. C. Symp. p. 212. A. Haec igitur quum sit idearum virtus, certe non est mirandum, quod earum contemplatio in animis hominum vehementissimum ciet amoris affectum. Nam quidquid pulcrum est, idem etiam amorem sui excitat (Phaedr. p. 238. C.), quemadmodum vicissim amor omnis ad pulcrum contendit. Quippe alterum semper oritur atque gignitur ex altero, quoniam pulcritudo amorem procreat, amor autem sicuti pulcro nascitur, ita etiam semper ad pulcrum refertur adeoque ex pulcro pulcrum gignere connititur. v. Sympos. p. 202. sqq. et 210 — 212. Iam vero pulcritudinis species non modo est perfectissima, verum etiam longe evidentissima et lucidissima. Habet enim ea hoc sibi proprium et peculiare, quod, quum aliae ideae non cernantur oculis, tum ipsa in rebus adspectabilibus clarius expressa conspicitur. v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. 249. D. E. Ex quo efficitur, ut ea animum moveat utique vehementius maximumque sui excitet desiderium. v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. p. 249. D. E. 251. E. 254. B. Haec vero quum Platoni ita placuisse exploratum habeatur, perspicuum inde esse debet, quidnam tandem illud sit, in quo amor philosophus secundum eius sententiam denique contineatur. Positus enim est in interiore quodam animi desiderio rerum divinarum per earum pulcritudinem, etiam in rebus adspectabilibus enitentem, excitato. Ex hoc ipso autem intelligi item licebit, quidnam discriminis philosophus inter amorem vulgarem atque celsiorem illum vereque divinum intercedere voluerit. Plurimum enim referre iudicavit, num ii, qui amore incensi sint, in conspectu pulcritudinis e corporibus elucentis simul memores fiant pulcritudinis divinae, an huius immemores una maxime corporum venustate sensibus percepta oblectentur. Nam hoc quidem qui faciunt, ii etsi ipsi quoque pulcritudine moventur, tamen quia sensibus tribuunt omnia, amorem colunt vulgarem et ad turpitudinem lubidinis abiectum, non coniunctum illum cum scientiae studio v. Phaedr. p. 243. C. 251. E. 256. A. sqq. Sympos. p. 180.—185.

Quocirca illos tantum sapienter colere amorem arbitratur, qui pulcra conspicati non haereant in una corporum venustate admiranda, sed animis suis altius evolantes divinam recordentur idearum pulcritudinem ideoque earum studio ita incensi sint, ut etiam pulcritudinem in corporibus radiantem cum sancta quadam reverentia intueantur divinae vitae memores. Atque hoc ipso studio adipiscendae veritatis intelligentiae et instaurandae idearum recordationis vita animi vere divina et immortalis absolvitur. Eo enim efficitur beatissimus ipsius animi concentus, siquidem eo omnes ipsius vires in concordiam rediguntur, quum iracundia et cupiditas rationi, quae est pars eius praestantissima, obediant et obtemperent, unde vera virtus et sapientia efflorescit, ut philosophia recte dici possit maxima musica et philosophus idem sit vere μουσικός. v. Phaedon. p. 61. A. ibique ann. et Phaedr. p. 248. D. ubi vid. commentar. coll. p. 249. A. sqq. Indidem etiam nascitur generosa quaedam animi altitudo, quae spreta et contemta sensuum et cupiditatum humilitate usque celsa tantum et magnifica spectat, quandoquidem animus ad ideas conversus numquam humi abiectus est, sed alte sentit atque cogitat ideoque omnia studia et consilia ad leges divinioris sapientiae gubernat et moderatur. Est enim homini tali studio dedito similitudo (ὁμοίωσις) cum deo proposita, ut nec in dicendo nec in agendo aliud quid sequatur, quam quod deo gratum et acceptum sit, adeoque vere pie sancteque vitam agere studeat. v. Theaetet. p. 176. B. — E. De Republ. IV. p. 500. C. D. X. p. 613. A. Legg. IV. p. 716. B. C. Phaedon. p. 64. A. 69. B. 81. A. Phaedr. p. 273. E. Quamquam ad hanc tantam amoris virtutem ac praestantiam ipso Platone iudice non statim, sed pedetentim demum pervenitur, ut quasi gradus quidam sint, per quos ad illam paullatim escendi debeat. De qua re praeclarus est locus Sympos. p. 206. B. — 212., ubi Diotima describit viam et rationem, quae ineunda sit, quo paullatim a singulorum corporum contemplatione ad ipsam pulcritudinis speciem omnibus numeris absolutam perveniatur; memorabiles item loci sunt Phaedr. p. 249. A. sqq. 250. A. — 253. E. coll. Legg. VIII. p. 837. B. — D. De Rep. IV. p. 403. A. sqq. VI. p. 490. A. B.

Et hactenus quidem amorem Platonicum vidimus consistere in aestu quodam ac fervore animi, quo sapientiae studiosi ad amplectendam divinam veritatem fere inscii auferantur. Sed neutiquam amor ille his unis continetur finibus; imo patet etiam aliquanto latius. Neque enim valet tantum ad suscipiendum et fovendum proprio pectore sanctum istum sensus ardorem, quem modo descripsimus, sed pertinet etiam eo, ut in aliorum quoque animis idem veritatis studium, quo quis ipse flagret, incendatur atque inflammetur. Quippe est haec, iudice Platone, omnino amoris vis et natura, ut pulcrum non solum appetat, verum etiam ex pulcro generare cupiat. Quamobrem qui amant more philosophorum, ii non modo fetus sapientiae suis ipsorum animis fovent ac suscipiunt, sicut docetur Phaedr. p. 249. C. — 253. E. coll. De Rep. VI. p. 490. B., verum etiam pulcram prolem ex pulcro gignere et procreare gestiunt, illis consimiles, qui pulcrum corpus amantes pulcros fetus inde gigni cupiunt. De qua re praeclare disputatur a Diotima in Sympos. p. 204 — 209. D., qui locus ad rem obscuriorem dilucidandam omnium est uberrimus. Pertinet igitur amor divinus, qualem Plato informavit, etiam ad vitam mortalium communem, habetque eam vim et efficacitatem, ut studium sapientiae etiam inter homines quam maxime adaugeatur et amplificetur. Fert enim ipsius natura sic, ut qui eo incensi et inflammati sint, ii nihil studiosius expetant nihilque vehementius concupiscant, quam ut non modo ipsi sapientia augeantur, verum etiam in animis aliorum quam praestantissimos eius fetus gignant atque procreent. Atque haec ipsa caussa Platoni visa est esse, cur amatores philosophi usque sollicite anquirant curioseque circumspiciant et indagent adolescentes ad eam rem idoneos, hoc est tales, quorum in animis sperare liceat sapientiae semina feliciter ad bonam frugem esse perventura. Quales sicubi invenerunt, continuo eos sectantur, amant, diligunt, ac memores divinae pulcritudinis studiosissime id agunt, ut eos ab ignorantiae tenebris liberatos ad coelestis veritatis lucem traducant. v. Phaedr. p. 251. sq. Itaque philosophus, etiam habita philosophiae ratione, iuniores statuit naturae quadam lege ab adultioribus ad maiorem prudentiam et sapientiam insti-

tuendos esse. In quo quum puerorum amorem inter populares suos civilis virtutis et prudentiae caussa cultum ob oculos habuerit, tum rem omnem provexit etiam aliquanto ulterius, quandoquidem inde philosophiae latius propagandae rationem atque disciplinam repetiit. Beatissimam vero iudicavit eorum conditionem, qui isto pacto coniuncti vitam degant. Nam si illi amatores, inquit, quanto ipsi studio amatum amplectuntur, tanto vicissim ab eo redamantur, utrique profecto maximae potiuntur felicitatis fructu, siquidem utrinque fiunt laetissimi in virtutis ac sapientiae studio progressus. Quo ipso efficitur, ut ambo pulcri amore incitati atque sustentati in hac vita mortali non modo divinarum rerum contemplatione ineffabili cum voluptate fruantur, verum etiam eam nanciscantur virtutem, ut animus ipsorum ad celsiora erectus rursus eius felicitatis particeps fieri queat, qua olim in vita diviniore usus fuit. v. Phaedr. p. 246—256.

Atque haec quidem de amore Platonis, quem iam satis, opinor, apparuit nihil esse aliud nisi divinum quendam mentis animique instinctum et appetitum, quo sapientiae studiosi perpetuo ad absolutae veritatis studium concitentur et a rerum humilium cogitatione avocati ad magna, celsa, divina convertantur.

Pergimus ad dialecticam, quam Plato sicuti cum coelesti idearum spectatione natam esse censuit, ita etiam cum amore divino arctissime cohaerere arbitratus est.

Vidimus igitur in animis divino amore instinctis et concitatis largissimum contineri philosophiae fontem, unde primitus omnis eius vis atque copia manare existimanda sit. At enim vero etiamsi huius amoris maxima sit ad illam utilitas uberrimusque fructus, siquidem per eum sapientiae desiderium perpetuo in animis cietur adeoque idearum beata contemplatio efficitur; tamen opus item est arte aliqua atque facultate, qua fieri possit, ut animus eorum, quae amare, appetere et cum voluptate intueri didicerit, conscius sibi fiat. Talem vero artem et facultatem Plato censuit esse dialecticam. De cuius quidem caussis et originibus ubi quaerimus, orta est ipsa item in vita coelesti una cum idearum spectatione, sicuti perspicue docetur Phaedr. p. 249. B. sqq., ubi lege divina ita constitutum esse iudicatur, ut non alii

animi humana corpora intrare possint, quam qui iam in vita divina hauserint idearum notitiam, quandoquidem homini divinitus id muneris sit impertitum, ut rerum species et formas non modo intueri, sed etiam iungere ac secernere queat. Nimirum significatur isto modo, indolem ac naturam animi humani iam primitus eam extitisse, quae dialecticae esset capax atque particeps; v. etiam Phileb. p. 16. C. et de iis, quae divino munere dicuntur hominibus obtigisse vel obtingere, commentar. ad Phaedon. p. 85. C. D. edit. 3. Quod autem eadem etiam vitae humanae obtigit, eius rei caussa summi philosophi iudicio haec est. Etenim animi humani licet olim divinae vitae participes facti sint, tamen propter naturae suae infirmitatem, qua deos neutiquam aequarunt (Legg. X. p. 903. B. sqq.), fatiscente paullatim nativa rerum divinarum appetitione, quae in Phaedro alis currui adscriptis denotatur, (v. p. 246. C. D. E. p. 248. B. C. p. 249. A. al) atque saeviente usque vi cupiditatis (sive equi ferocientis) in hanc vitam mortalem delapsi sunt. Qua quidem status sui mutatione quum orbati essent pristina illa idearum spectatione, continuo factum est, ut in oblivionem eorum venirent, quae olim in divina vita didicissent. Relicta tamen ipsis est facultas quaedam pristinae scientiae et cognitionis rursus instaurandae. Potest enim animus in se collectus et a corporis communione avocatus diligenti rerum divinarum meditatione idearum memoriam quodammodo redintegrare. Quod ipsum munus dialectices est, quod in mortali hac vita obire licet. v. Phaedr. p. 249. B. coll. Phaedon. p. 75. B. — 76. E. Men. p. 86. A. Tim. p. 30. B. De Rep. VII. p. 534. B. C. Quod quum uni maxime philosophi agere soleant, quippe qui in iis, quae vi sua constant et natura sua aeterna sunt, considerandis atque discendis, praeter ceteros studiose versari soleant, iidem merito habentur d i a l e c t i c i. v. Sophist. p. 253. E. Phaedon. p. 65. A. 67. B. De Rep. V. p. 475. B. 59. — 477. A. p. 479. A. — 480. A. VI. p. 484. B. 485. B. 486. A. VII. p. 534. C. IX. p. 582. C. al. Quamobrem dialectica revera etiam omnium artium regina quasi atque princeps habenda est, quum ea mentem divinae luce veritatis collustret. v. Phileb. p. 57. E. sqq. Theaet. p. 176. C. De Rep. VII. p. 531. D. et 534.

E., quo postremo loco ea omnium doctrinarum ad liberalem mentis animique cultum necessariarum apex sive θριγκός appellatur. Iam vero si quaerimus de materia ipsi subiecta, tota illa pertinet ad τὸ ὂν vel τὸ ταὐτόν, estque plane ἡ περὶ τὰ ὂν καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταὐτὸν ἀεὶ πεφυκὸς ἐπιστήμη, quemadmodum describitur Phileb. p. 58. A. Quocirca neutiquam confundenda est cum arte logica nostra, quae meras rimatur cogitandi formas atque notiones, vera essentia, quam dicere licebit, carentes et inanes. Subiectas enim sibi habet ideas (ἰδέας, εἴδη), quae veram rerum vim et naturam continent, quamquam eae mentis notionibus utique sunt convenientes, v. De Rep. VI. p. 511. B. VII. p. 532. A. X. p. 596. A. Sophist. p. 218. C. Parmen. in., ut nec a metaphysica, quae vocatur, diversa sit, sicuti dudum perspexerunt Cassiodor. De Artibus c. 3. Isidorus Orig. II. 24. alii multi. Quin etiam valet ad cognoscendam singularum rerum cum tota rerum universitate coniunctionem ac necessitudinem, sine qua quum nulla omnino disciplina tum nec ars rhetorica ullo modo consistere potest. v. Phaedr. p. 259. C. D. et 261. C. sqq. Itaque ipsi omnino proposita est scientia et cognitio eorum, quae sempiterna sunt quaeque vi ac natura sua perpetuo constant, nulli subiecta rerum adspectabilium vicissitudini ac mutationi. De ratione autem atque via ubi sciscitamur, qua doctrina praestantissima secundum philosophi sententiam in obeundo munere et officio suo utitur, proprium ipsi hoc esse iudicatur, ut rerum genera ac formas rite secernat, distinguat, iungat, copulet, eoque modo efficiat, ut rei cuiusque natura quam accuratissime pervestigetur, exploretur, intelligatur. Ex quo oriuntur celeberrimae illae διαιρέσεις et συναγωγαί, disiunctiones et conductiones, quarum Plato tantam vim esse iudicavit, ut sine iis nec verum falsumve diiudicari nec cerni consequentia nec repugnantia animadverti aut ambigua distingui posse existimaverit, quae quidem quum alibi tum maxime in Phaedro p. 263. E. — 266. C. et p. 270. C. — 272. D. et p. 276—279 illustrantur. Nimirum sunt hae divisiones et conductiones ad cogitandum pariter atque ad dicendum plane necessariae, ac si quis potest unum et multa, ἓν καὶ πολλά, h. e. genera et partes, recte discernere, is merito habetur dialecticus

atque adeo sapiens vere divinus. Quippe pendent inde etiam variae concludendi atque argumentandi rationes, quibus vel verum investigatur atque comprobatur vel falsum arguitur et refellitur, ut ex illis unis maxime omnis artis usus suspensus videatur. conf. Phileb. p. 16. D. sqq. 57. E. 59. B. C. Politic. p. 285. A. sqq. Sophist. p. 253. B. D. E. 254. D. sqq. Theaet. p. 146. E. Parm. p. 135. D. 136. D. Cratyl. p. 390. C. De Rep. V. p. 454. A. VI. p. 511. B. VII. p. 532. B. — D. p. 533. C. 534. E. Sympos. p. 209. B. sqq. Praeterea vero dialectica etiam quaerendo, sciscitando, sermocinando, disserendo efficit, ut in animis gignatur veri rectique intelligentia, valetque hoc in genere tantum, ut vivae vocis institutionem, qua utitur, omni librorum scriptioni longissime anteponendam esse unicuique largiendum sit. De qua re longo et copioso sermone explicatur Phaedr. p. 274. C. sqq., quocum loco contendas etiam Phileb. p. 57. E. sqq. Theaet. p. 176. C. De Rep. VII. p. 531. D. Atque ex his omnibus sponte iam intelligitur, quanam coniunctione ac necessitudine nobilissima ars cum divino amore, antea adumbrato, contineri existimanda sit. Nimirum est ea profecto ars vere amatoria dicenda. Nam primum quidem amori illi divino subvenit in comparanda rerum scientia et cognitione, cuius cupiditate animi eorum incensi sunt, qui dediti sunt sapientiae studio; v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. 249. D. E. 251. E. 254. B. Deinde eundam adiuvat etiam eo, quod qui tali amore incaluerunt, ii etiam scientiam et sapientiam, ut fert amoris natura, in aliorum animis propagare cupiunt; v. Symp. p. 204. — 209. C. Phaedr. p. 249. C. — 253. E. De Rep. VI. p. 490. B. Est enim etiam in dicendo vis eius maxima efficitque una hoc, ut vulgaris rhetorica ipsius demum ope fiat, quod alioquin frustra fieri studeat, ψυχαγωγία, cuius praesidio et adiumento conversantium animi ad verae sapientiae laudem instituantur; v. Phaedr. p. 261. coll. p. 271. D. Haec vero omnia quum ita sese habeant, sequitur profecto, ut philosophus item sit non modo dialecticus, sed etiam ἐρωτικός. Amat enim et consectatur non solum quaerendi sed etiam disserendi et colloquendi opportunitatem, quo amori subveniatur, adeoque lubentissime usurpat sermones,

non quidem tales, quales vulgo scriptis probantur, sed potius vivos et animatos, quibus in animis colloquentium tamquam viva veritatis scientia generetur atque alatur. Etenim nihil profecto est laudabilius, nihil excellentius, nihil denique magnificentius, quam si quis idoneum nactus ingenium sermones in eo cum scientia serat, qui semina reddant fecunda ac frugifera. Ad quam operam minime comparandus est labor eorum, qui in scribendis orationibus vel libris versantur. Nam quae litteris sunt perscripta, etiamsi valeant ad commonitionem et vacillanti memoriae subveniant, tamen ad mentis ingeniique eruditionem parum ac prope nihil prosunt; de quibus rebus copiosissime explicatur Phaedr. p. 276. — 279. C.

En habes iam descriptionem initiorum philosophiae, qualem Plato informavit, quae vel in animo divinae veritatis amore pleno vel in artis dialecticae usu atque facultate posita esse intelleximus. Quae quidem omnia quid momenti faciant ad Phaedri sententiam atque artem recte intelligendam atque aestimandam, postea apparebit. Nam priusquam accedamus ad huius rei disputationem, paucis adhuc explicandum est de studiis rhetoricis, quae Athenis viguerunt, quaeque in Phaedro reprehendi et exagitari meminimus. De qua quidem re haec fere exposuisse satis erit.

Constat igitur artem rhetoricam Athenis maxime inde a Periclis aetate excultam esse. Nam licet eloquentia dudum inter Graecos viguisset, tamen olim ea ab solo ingenio profecta artis cultu caruerat, neque, teste Cicerone in Bruto c. 7., Athenis ante Periclem ulla littera extitit, quae ornatum aliquem haberet et oratoris esse videretur. Etenim ex quo tempore civitas nobilissima populari potentia et litterarum studiis laetius florere coeperat, factum est, ut etiam eloquentia ad maiorem quandam perfectionis laudem perduceretur et imprimis a Pericle, qui usus erat Anaxagorae Clazomenii disciplina et institutione, ad maiorem sententiarum ubertatem proveheretur. v. Phaedr. p. 278. E. sqq. Cuius aetati qui fuerunt suppares, Alcibiades, Critias, Theramenes, idem illud sequuti sunt, ut inanium verborum flumine tamquam inhibito nervose dicerent, quo maior

appareret vis sententiarum. Fuerunt enim, Cicerone iudice, grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, subtiles, acuti et sententiis magis quam verbis abundantes (De Orat. II. 23.). Itaque tum dicendi ratio Athenis utique in melius est mutata, et quodammodo primum nata atque educata. Hoc autem dum ita accidit, singulari fortuna evenit, ut eodem fere tempore ratio ac disciplina rhetorices in Sicilia nasceretur, qualem nec Athenis superiora tempora vidissent. Etenim invaluit tum in illa terra imprimisque Syracusis, tyrannide Thrasybuli Olymp. LXXVIII. 3. — 466. a. Chr. n. sublata, democratia et restituta maior populi libertas, quae libertas publica, ut fit, etiam crebriorem dicendi usum peperit. Cuius rei caussae peculiares secundum Aristotelem narrantur a Cicerone Brut. c. 12. §. 3. sqq. De Orat. III. c. 38. §. 8. sqq., quocum consentit etiam Diod. Sicul. XI. 87. qui imprimis genus dicendi iudiciale studiosius excultum esse memoriae prodidit. Narratur autem hoc in genere primus excelluisse Corax quidam, a tyranno secundus, licet etiam Empedocles Agrigentinus circa artem dicendi sive rhetoricen aliqua movisse, h. e. inchoasse, feratur, sicuti testatur Quint. III. 1, 8. Diog. Laert. VIII. 57. et Sext. Fmp. p. 370. ed. Fabr. Corax enim ille dicitur primus in comitiis populi habuisse orationem ad certas quasdam artis regulas a se inventas compositam; quum autem pristino honore per invidiam adversariorum esset spoliatus, privatis in scholis artem illam fertur tradidisse atque τέχνην ῥητορικὴν litteris consignavisse, quae bene ornateque dicendi praecepta complecteretur. v. Cic. Brut. c. 12. Quint. Institutt. Or. III. 1, 8. et de τέχνῃ Coracis Aristot. Rhet. ad Alex. c. 1. Quocirca ille communi prope omnium consensione pro rhetorices inventore habetur, quippe qui primus orationis artificiose conformandae praecepta tradiderit. Inter huius vero discipulos maxime inclaruisse narratur Tisias, qui sese item dicendi magistrum professus est ac primum Syracusis, deinde Thuriis in scholis docuit eloquentiam, ubi eum audivit etiam Lysias, quo tempore is Thuriis commoratus est. v. Plutarch. Vitt. X. Orator. p. 835. D. Cic. De Orat.

I. 20. Brut. 12. Sext. Emp. adv. Math. II. 96. p. 306. ed. Fabr. Suidas s. v. Λυσίας. Photius Cod. 262. p. 289. ed. Bekk. Idem postea etiam Athenas est profectus, ubi inter auditores etiam habuit Isocratem v. Dionys. Hal. De Isocrat. I. Pausan. VI. 17, 8. coll. Spengel. Artium Scriptt. p. 37. sqq. Scripsit vero hic quoque τέχνην sive artem rhetoricam, magistri aemulatus exemplum; v. Plat. Phaedr. p. 267. A. 269. D. 273. A. ibique ann. Sed accuratiorem artificiosae eloquentiae notitiam princeps in Graeciam pertulit Gorgias Leontinus, de cuius legatione ad Athenienses pro civibus suis Olymp. LXXXVIII. 1. quarto anno belli Peloponnesiaci suscepta narrat Diod. Sic. XII. 33. Quamquam idem fortasse iam antea Graeciam peragraverat, de qua re v. ann. ad Plat. Gorg. p. 52. ed. 2. Goth. Cum quo quod in Phaedro non uno loco (p. 267. B. 273. B. C.) simul memoratur Syracusanus Tisias, videtur id quum ad studiorum rhetoricorum communionem tum ad itineris in Graeciam suscepti societatem pertinere; v. Pausan. VI. 17. Ab hoc vero tempore rhetorica, artis praeceptis exornata, ab Atheniensibus singulari plane studio videtur celebrata esse. Quippe capiebantur illi tanto magis ipsius illecebris ac lenociniis, quo magis vigente imperio populari sperari poterat maxima inde in res privatas emolumenta atque commoda redundatura esse. Quod ipsum magis etiam incendit et inflammavit studia eorum, qui eam factitabant, imprimis sophistarum, qui ei operam dare studiosius coepissent. Coluerunt enim eam Thrasymachus Chalcedonius, Hippias Eleus, Alcidamus Elaeites, Evenus Parius, Polus, Licymnius, Prodicus, alii, de quibus v. Quintil. III. 1. 8. Plat. Phaedr. p. 261. B. — 267. D. ubi v. ann. Quamquam ea statim ab initio etiam multiplici labe fuit affecta, ut eo nomine Platoni imprimis valde displicuerit. Quippe praecepta illa, quae tradebantur, licet callidissime essent excogitata, tamen non erant a ratione ducta, sed mero usu collecta, ut ad sapientiae disciplinam parum aut nihil valerent. Studia porro et consilia ipsius non ad veritatem sed ad verisimilitudinis speciem, etiam cum fraude coniunctam, referebantur, unde ipsi rhetores fere τὰ εἰκότα iactabant, id quod iam Tisias et Gorgias, artificiosae istius eloquentiae

principes, ita fecisse narrantur; v. Plat. Gorg. p. 454. A. B. 455. A. 459. sqq. Phileb. p. 58. Phaedr. p. 261. B. C. et p. 267. A. Accedebat ad haec, quod sophistae artem suam, qua argute et speciose in contrarias partes disputare solebant atque captiosis utebantur verborum pariter atque sententiarum praestigiis, cum arte oratoria consociabant, unde iam Gorgias palam se paratum professus est ad respondendum et dicendum de qua re quisque audire vellet; v. Plat. Gorg. p. 447. C. Men. p. 70. C. Schol. ad. Phaedr. p. 267. B. Aristot. Rhet. III. 17. Denique inani artis et ingenii splendori tribuebantur omnia; rebus ipsis atque veritati et recte cogitandi rationi parum aut nihil, ita ut nativa Atticae eloquentiae sanitas per eam utique non mediocriter corrumperetur atque recta et lucida elocutio adventiciis artificiosi ornatus veneribus non una ex parte laborare inciperet. Sed haec quidem de rhetorices ratione et usu, quatenus ad dicendum spectabat. Explicandum iam est etiam de usu ipsius in scribendo. Etenim ex quo artificiosa ista dicendi disciplina in medium prodiit, Athenis etiam factum est, ut mos orationum scribendarum invalesceret, quae ad artem ingeniique virtutem ostentandam comparatae essent, et in quibus de industria varia orationis ornamenta tamquam constiparentur; v. Cicer. Orator. c. 11. et 12. coll. c. 61. §. 207. sqq. In quo genere Gorgias videtur tamquam signifer atque princeps extitisse; v. Cic. l. c. Philostr. p. 500. coll. Westermann. Histor. Eloquent. Gr. I. p. 44. sq. quem mox etiam alii ducem sequuti sunt, ut Alcidamas, Thrasymachus Chalcedonius, Licymnius (v. Westerm. l. c. p. 46. sq.) quum interim alii in una artis ratione ac doctrina colenda subsisterent; v. Phaedr. p. 261. sqq. Extitit vero non ita multo post Gorgiam, qui istum orationum scribendarum atque evulgandarum morem proveheret etiam ulterius. Fuit is Antiphon Rhamnusius. Hic enim princeps fuisse narratur, qui aliis iudiciales orationes scriberet, quibus ipsi uterentur in iudicio, si qua fortunae eorum atque caput in periculo versarentur; v. Cic. Brut. c. 12. Quint. Instit. III. 1. Philostrat. p. 500. Photius s. v. Ἀντιφῶν. coll. Ruhnk Opusc. I. p. 156. ed. Bergm. Quamquam idem ille, ne videretur scilicet aliis ulla

in parte esse inferior, etiam sophisticas composuit declamationes, ut cum genere scribendi iudiciali etiam alterum illud, in quo uno maxime Gorgias excelluisset, vitatis tamen inanibus rhetorum Siculorum artificiis, coniunxisse videatur. Quorsum sine dubio pertinet, quod Cicero Brut. c. 12. postquam Gorgiam narravit paratos habuisse locos communes, quum singularum rerum laudes et vituperationes conscripsisset, deinde etiam Antiphontem Rhamnusium affirmat similia quaedam conscripta habuisse; pertinent item verba Platonis Phaedr. p. 269. A. ubi ille, *μελίγηρος Ἄδραστος* appellatur, et alia quaedam reconditiora, de quibus v. Ruhnken. l. c. p. 158. et Meier. Commentat. III. De Andocidis Orat. contra Alcibiad. p. 12. Ex quo tempore *ἡ λογογραφία*, quam Plato vocat Phaedr. p. 257. E. et 258. B. utroque in genere videtur nacta esse non paucos admiratores, evenitque sic, ut tam rhetores quam sophistae in ea factitanda studiosius elaborarent; v. Plat. Euthydem. p. 289. C. D. E. Inter eos vero, qui hanc laudis viam ingressi sunt, postea procul dubio praeter ceteros excelluit Lysias, orator Atheniensis longe clarissimus, de quo ut hoc loco breviter exponatur, ipsum Phaedri argumentum postulat *).

Natus est igitur Lysias Athenis vel potius Syracusis archonte Philocle, Olymp. LXXX. 2. vere anni 458. a. Chr. n. Quam temporum rationem, Dionysii, Plutarchi, Photii (Cod. 260.) auctoritate firmatam, ponderatis rerum omnium momentis etiam nunc unice veram putamus, licet nuper extiterint, qui eam vocarent in controversiam **). Pue-

---

*) Pluribus de eo disputavimus in Commentat. Lysiaca ad illustrandas Phaedri Plat. origines. Lips. 1851. 4. ubi p. 18. de loco Plutarchi quae scripsimus, ea sic accipias, ut nihil iam nisi *ἑκατόν* cum Meursio in *δέκα* mutandum censeamus.

**) Fr. Vater in Klotzii Annal. phil. et paed. Suppl. T. IX. p. 165 — 196. et Ant. Westermann. Praefat. ad Lys. Oratt, ap. Bern. Tauchnitz p. VI. sqq. Qui quod oratorem natum esse volunt Olymp. LXXXVII. 1. — 432. a. Chr. n. viginti septem post quam vulgo putatur, ideoque ipsum Isocrate quattuor vel quinque annis minorem faciunt, id quum disertis aliorum scriptorum testimoniis adversatur, tum pugnat egregie cum loco Platonis Phaedr. p. 279. D. ubi Socrates: «Adolescens etiam nunc,

rulus quindecim annorum Olymp. LXXXIV. 1.—444. a. Chr. n. comitante fratre natu maiore Polemarcho, cuius Plato in Phaedro p. 257 B. propter studium philosophiae, cui deditus erat, honorificam facit mentionem, una cum aliis colonis Atheniensibus Thurios migravit, in qua urbe nuper demum fundata (v. Diod. Sic. XII. 10. ibique Wessel.) Cephalus pater, homo dives et opulentus, qui dudum hortatu Periclis, hospitis sui, fortunarum suarum sedem Athenas transtulerat, videtur κληροῦχος fuisse atque collata pecunia partem agrorum possedisse. Itaque Lysias, quamvis etiam tum adolescens ac prope puerulus esset, una cum Polemarcho fratre Thurios est profectus, ut ambo locatam ibi a patre bonorum portionem capesserent et fortasse etiam novam agri Thurini partem acquirerent. Ex quo natus est error personati Plutarchi p. 37. ed. West. qui caussam itineris ab iis Thurios suscepti Cephali parentis obitum fuisse scribit, quem tamen multo post adhuc in vivis fuisse constat. Ibi vero Lysias deinde mansit perpetuo usque ad Olymp. XCII. 1. — 412. a. Chr. n. quo quidem triginta duorum ferme annorum spatio non modo rei familiaris copias amplissimas contraxit, sed etiam doctrinae et

---

o Phaedre, Isocrates est; sed quid de eo augurer, iubet dicere; maiore enim mihi videtur ingenio esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparandus sit. De adolescente igitur Plato Socratem pro futuro iussit augurari meliora. Quid igitur? quum Lysias dicatur exspectationi minus respondisse, nonne apertum est ipsum ut aetate provectiorem reprehendi, qui adhuc spem fefellerit, ut etiam ad suscipiendum aliquando philosophiae studium cohortandus sit? Nimirum Lysias si fuit Isocrate natu minor, certe non huius adolescentia, sed maior aetatis maturitas memorari debuit. Nec vero ex loco Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 310. ed. Reisk. = 34. ed. Westerm. sequitur quod inde consequi censuerunt. Nam ut scriptor de Andocidis natalibus falsus sit, quod sane concedendum videtur, tamen ex illo errore non efficitur, ut etiam de Lysiae temporibus aliter quam vulgo traditum est existimandum sit. Nempe Plutarchus cum ea quam per errorem suscepisset de Andocidis tempore natali sententia comparavit tempus, quo Lysias natus fuit, ut in altero errare, in altero verum prodere potuerit. De aliis vero argumentis, quibus probatum iverunt natale tempus Lysiae ultra viginti sex septemve annos prorogandum esse, multum veremur ne ea speciosa magis quam vera sint.

eruditionis opes satis magnas collegit, quippe quum Thuriis etiam artium ac doctrinarum studia in honore haberentur, ut homines docti omnis generis frequentes illuc convenirent. v. Strabo XIV. 1. Diog. Laert. VIII. 2. Plin. Nat. Hist. XII. 4. Atque tum etiam Tisiam, rhetorem Syracusanum, ibi audivit, qui post litem cum Corace, magistro suo, agitatam illuc concesserat; v. Phot. Suid. s. *Λυσίας*. Paus. VI. 17, 8. Dionys. al. Cui quidem artis oratoriae studio postea ita semper mansit deditus, ut in eo uno vitae suae quasi tabernaculum collocaret. Itaque etiam posteaquam rerum suarum sedem transtulit Athenas, quod Olymp. XCII. 1. — 412. a. Chr. n. facere coactus est utpote a Thurinis Atticismi accusatus, nihil antiquius sibi duxit, quam ut artem rhetoricam coleret. In quo quid sequutus sit, discimus a Cicerone, qui in Bruto c. 12. auctore Aristotele haec memoriae prodidit: Nam Lysiam primo profiteri solitum artem dicendi; deinde quod Theodorus (Byzantius ille, de quo v. Comment. ad Phaedr. p. 266. E.) esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere coepisse, artem removisse. Professus igitur ab initio artem rhetoricam est, eiusque docendae provinciam in se suscepit. Postea autem, quum Theodorum animadvertisset in artis ratione ac doctrina adeo excellere, ut laudum suarum splendore eo nomine ceteros omnes superaret, misso doctoris rhetorici munere, quod susceptisset, sese ad unam maxime orationum scriptionem transtulit, in qua deinde singulari studio et ardore ita elaboravit, ut Antiphontem aemulatus non modo rhetoricas sed etiam iudiciales orationes componeret, eo modo laudi suae optime consultum fore arbitratus. Incertum est vero, ex quonam tempore, mutatis pristinis consiliis suis, orationes scribere instituerit. Quamquam verisimile est, eum scribendi initium fecisse ab orationibus ad artis et ingenii ostentationem comparatis, quippe quod genus scribendi cum magistri rhetorices professione arctius sane coniunctum fuit, ut illud fortasse iam ut rhetoricae praeceptor coluerit. Quod eo certius esse videtur, quod iam ante Olymp. XCIII. 3., quo tempore colloquium in Phaedro Platonis habitum fingitur, hoc

orationum genere clarus extitit. Iudiciales autem orationes vulgo putant ab eo inde ab Olymp. XCIV. 2. demum, hoc est inde ab anno 403. a. Chr. n., compositas esse, quoniam in oratione contra Eratosthenem, caedis Polemarchi, fratris sui, auctorem, illo anno habita §. 3. professus est, sese numquam antea aut suam ipsius aut alienam caussam egisse. Et est sane haec ipsius oratio inter eas, quas adhuc superstites habemus, tempore prima. Quamquam iudicium illud per se admodum lubricum est et incertum, quum verba πράγματα πράξας possint etiam ad litis actionem referri, siquidem Lysias usus est iure ἰσοτελείας, ut in caussis agendis nec patrono sive παραστάτῃ uti coactus fuerit; v. Boeckh. Oecon. Att. Vol. I. p. 197 ed. 2. et Meier et Schömann De Lite Attica p. 561. coll. Cicer. Brut. 16, 63. Verum hoc quidem utut sese habet, illud certe exploratum habetur, nullam iudicialium orationum Lysiae adhuc superstitum ante illud tempus litteris esse perscriptam. Nec tamen inde concludi licet a Lysia post Olymp. XCIV. 2. nullas amplius declamationes sophisticas scriptas esse. Imo coluit ille sine dubio hoc quoque genus scribendi perpetuo, quod ita etiam maior nominis celebritas futura visa est, praesertim quum Antiphon quoque ita fecisset. Quod ne temere ita statuisse videamur, certe non desunt caussae et rationes huius sententiae nostrae satis, opinor, idoneae. Pertinet enim huc ante omnia illud, quod ipsi ingens paene scriptorum declamatoriorum numerus tribuitur, quandoquidem scripsisse perhibetur λόγους ἐπιδεικτικοὺς καὶ πανηγυρικούς, ἐγκώμια, λόγους ἐρωτικούς, ἐπιτροπικούς, συμβολαίους, ὀρφανικούς, βουλευτικούς, δικανικούς, ἐπιστολὰς ἐρωτικάς, alia id genus opera, de quibus plenius exposuerunt Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 762. sqq. et Westermann. Histor. Eloq. Gr. Vol. II. p. 278. sqq. et 287. sqq. Quae qui vel leviter consideraverint, ii vix sibi persuadebunt omnia illa ante Olymp. XCIV. 2. scripta esse, quo tempore ille pauculorum tantum annorum tempus Athenis transegerat. Ad hoc vero accedit etiam disertum rei testimonium. Vocatur enim Lysias in Demosthenica oratione contra Neaeram, quam verisimiliter circa Olymp. CX. 1. scriptam putant, §. 21.

ὁ σοφιστής. Quod quidem nomen etsi bene meminimus etiam de rhetore usurpari, ut Plat. Gorg. p. 520. A., tamen sine dubio non tam ad iudicialium quam ad sophisticarum orationum scriptorem designandum pertinuit. Quamobrem inde non iniuria licet coniicere, Lysiam revera ad summam usque senectutem in scribendi genere ad artis ostentationem comparato occupatum fuisse, ut vel post mortem sophistae nomine appellari potuerit. Denique huc facit etiam oratio Lysiae funebris etiam nunc superstes; quae licet a criticis quibusdam nuper in fraudis suspicionem adducta sit, tamen vel unius Aristotelis testimonio contra malas suspiciones tam firmiter munitur, ut quantumvis a iudicialium Lysiae orationum simplicitate et munditie longissime recedat, tamen celeberrimo oratori sine ulla dubitatione assignanda videatur. Ea vero scripta est Olymp. XCVI. 3. aut secundum alios Olymp. XCVIII. 2. Quod si vere ponitur, hinc quoque manifestum fit, Lysiam nec senem illi scribendi generi omnino valedixisse, quod quum ipse olim unice adamasset, tum imprimis a scholae Siculae assectatoribus inde a Gorgiae aetate mirum quantum celebratum erat. Quamquam illum posteriore vitae suae aetate praecipue scriptioni orationum iudicialium operam dedisse sanequam verisimile est. In qua opera usque ad obitum suum, qui incidit in Olymp. C. 2. — 379. a. Chr. vel posterius paullo tempus, adeo constanter perseveravit, ut etiam grandi senectute praestantissimi oratoris atque scriptoris orationum laude floruerit.

Haec igitur ac talia fere fuerunt studia oratoria, quae Athenis inde a belli Peloponnesiaci tempore viguerunt. Quae certe dubitari non potest quin etiam aetate Platonis maxime fuerint celebrata, quandoquidem etiam multo tempore post plurimi extiterunt, qui quantam vim haberet accurate elaborata et quasi facta oratio bene sentientes vel coram populo et in iudiciis disertius verba facerent vel a foro et concione remoti orationes in usum aliorum et ostentandae eloquentiae gratia litteris consignarent. Certe ingens olim extitit numerus scriptarum orationum, ex quibus sanequam paucas adhuc superstites habemus, quas critici Alexandrini, utpote suo iudicio maxime probatas, in decem principum oratorum canonem receperunt. Neque

ullo modo veridissimile est paullatim ita evenisse, ut eloquentiae auctoritas quum aliarum doctrinarum tum imprimis philosophiae studiis vulgo longissime anteponeretur. Id quod etiam apud Isocratem non uno loco testatum legimus.

Quo facilius profecto fieri potuit, ut Plato, perspectis infucatae istius rhetorices vitiis, de quibus supra dictum est, animum induceret, quid de illa sentiret, aliquando palam declarare, ita futurum esse ratus, ut philosophiae dignitas et auctoritas sua vindicaretur. Quod quum alibi opera tamquam subseciva facere conatus sit, tum de industria egit in duobus maxime dialogis, Gorgia et Phaedro, qui libri, quantumvis alioquin inter se non parum discrepent, tamen hoc quidem nomine arctiore quadam continentur necessitudine. Etenim in Gorgia rhetorica ideo potissimum reprehenditur et castigatur, quia rationes suas ab honestate seiunctas habeat et fallax sit atque fraudulenta voluptatis et utilitatis administra; quamquam illi data opportunitate etiam artis laus eripitur p. 469. C. sqq. coll. p. 455. B. sqq. et p. 459. In Phaedro autem eadem cum philosophia in certamen commissa artis nomine privatur atque humilitatis et inscitiae coarguitur, quoniam a praestantissima sapientia aliena sit, quae una possit dicendi docendique studia et regere sapienter et vere ornare atque nobilitare. Quod quidem operae pretium est animadvertere qua ratione in utroque opere institutum sit. Nimirum in Gorgia omnia disputantur populariter et more prope Socratico, ut ibi nec doctrinae idearum mentio fiat nec alia reconditioris sapientiae vestigia deprehendantur. In Phaedro autem omnia plena sunt philosophiae subtilioris atque celsioris, quandoquidem ibi gravissima quaeque sapientiae Platonicae capita vel leviter attinguntur vel diligentius et copiosius illustrantur. Cuius rei animadversio ad definiendum tempus, quo uterque liber litteris consignatus sit, certe non erit inutilis. Fit enim inde verisimillimum, Phaedrum aliquanto post Gorgiam scriptum et in lucem emissum esse. Sed istud quidem in transcursu; redimus ad rem propositam. Exagitavit igitur Plato in Phaedro rhetoricam istam adventiciam neque in solo Attico natam tamquam artem inertem et celsiore atque sublimiore spiritu plane destitutam, quippe quum

a philosophia prorsus abhorreret. Quod quidem scite callideque ita perfecit, ut unum maxime Lysiam partes istorum rhetorum, qui pravam sectarentur eloquentiam, sustinere iusserit, ut qui et ipse e schola rhetorum Siculorum prodiisset et scribendis orationibus ad artis ostentationem comparatis inclaruisset et propter tenuitatem orationis altiore spiritu in dicendo carere videretur. Nimirum isto pacto sane non sine verisimilitudinis specie fieri potuit ut celeberrimo oratori persona rhetoris humilis et male arguti imponeretur, praesertim quum ille, licet a Socrate moriente meliora admonitus, perpetuo a philosophandi studio mansisset alienissimus neque fratris Polemarchi exemplo (v. Phaedr. p. 257. B.) permotus esset, ut animum ad philosophiam aliquando adiiceret. Tribuit igitur Plato illi callidissimo artificio orationem amatoriam, in qua quum eius dictionem pariter atque ingenium expressit fidelissime, ut nec defuerint critici, qui ista imitationis sollertia in fraudem inducti eam revera a Lysia scriptam esse putarent, tum singulari quodam artificio pravae eloquentiae vitia, vel in sentiendi humilitate vel in subtilitatis neglectione et sophisticarum argutiarum abusu vel in aliis rebus similibus posita, tanta multitudine congessit tamque cumulata constipavit, ut perfecta quaedam species et imago declamatoriae vilitatis et inertiae ob oculos posita videatur *).

---

*) Multiciples nuper de Lysiana illa oratione motae sunt controversiae, quae etsi per se leves sunt, tamen non videntur hic silentio praetereundae esse. Dubitatum enim primum de eius forma est, quam extiterunt qui plane epistolarem esse contenderent; dubitatum item est de ipsius origine, quandoquidem non pauci critici eam nuper Lysiae, non Platoni, tribuendam esse iudicaverunt. Quocirca non alienum erit de his rebus quid sentiamus, paucis exposuisse, praesertim quum litem diutius sane agitatam videamur aliquando posse componere.

De forma igitur Lysianae orationis si quaeritur, duabus potissimum rebus effectum videtur, ut nuper existerent qui eam haberi vellent pro epistola, id quod ita statuerunt Spengelius (Synag. Art. p. 126. sq.) Franzius (Ep. de Lysia oratore Attico Graece scripta, Norimb. 1828. 4.) et Hoelscherus (Vit. Lys. p. 123.) Primum enim id suadere visa est auctoritas Frontonis p. 34. ed. Niebuhr. et Hermiae Schol. p. 77. ed. Ast. Deinde ut ita esse statueretur, effecit etiam illud, quod in oratione identidem

Enimvero isto modo philosophus populares suos graviter sane commonefecit, a quanta labe Attica eloquentia esset repurganda, siquidem aliquando futurum esset, ut ea ad germanam sanitatem convalesceret. Quam quidem sanitatem rhetorica aliquando ad philosophiae rationem revocata recuperatum iri quum

---

maximeque in ipso exitu eius pueri adamati fit alloquutio. Quorum tamen neutrum ita est comparatum, ut de epistola cogitare rogamur, praesertim quum huic rationi etiam multa officiant. Nam ut primum dicamus de Frontonis et Hermiae testimoniis, inde profecto nihil aliud nisi hoc intelligitur, fuisse posteriore aetate, qui Lysiae apud Platonem orationem in epistolis viri amatoriis numerandam esse ducerent. Id quod de Hermia quidem manifestum est, qui id unum narrat, repertum a se hanc orationem esse in collectione quadam Lysiacarum epistolarum, ceterum autem eam esse revera orationem arbitratur. Quid igitur? num qua putabimus veterum criticorum de hac re iudicium tam esse certum, ut ei continuo fides habenda sit? Enimvero quum illi in aliis rebus plurimis similibus gravissime lapsi esse reperiantur, tum etiam de forma Lysianae huius declamationis procul dubio prave iudicaverunt in fraudem inducti insolentiore huius orationis specie. Id quod multis iisque certissimis argumentis evincitur, quae ordine deinceps ita explicare conabimur, ut simul appareat, quomodo illa pueri amati alloquutio, quam nuper imprimis animadvertendam iudicaverunt, accipienda et intelligenda sit. Itaque primum quidem non negligendum in hac caussa est, quod Plato ipse Lysianam declamationem semper vocat *λόγον ἐρωτικόν*, nunquam *ἐπιστολήν*, veluti p. 263. D 228. 234. 235. 262. Quod quis tandem sibi persuadeat eum ita facturum fuisse, si revera fuisset epistola quam posuisset? Nimirum par erat profecto atque iustum legentes alicubi verbo saltem admonere, quid rei esset, neque eos clandestino consilio usque fallere et mala fraude circumvenire. Porro huic orationi opponuntur postea duae Socratis declamationes, quas nemo negaverit revera esse orationes, praesertim quum prior earum p 237. B. exordiatur a verbis: *ἔλεγε δὲ ὧδε.* Ex quo quid sit consequens, sponte apparet. Necesse est enim etiam Lysiana declamatio pro oratione habeatur, siquidem conveniebat orationes opponi orationi, non epistolae Praeterea vero diligentissima dignum est animadversione, quod a viris doctis neglectum esse sanequam mireris, puerum adamatum ab amasio tum in principio tum in exitu orationis tamquam praesentem compellari, quod etiam Socrates in priore oratione p. 237. A. et in posteriore p. 244. A. imitatur, quandoquidem ipse quoque amatorem fingit cum deliciis suis colloquentem. Quid vero? nonne inde fatebimur luculentissime apparere, orationem esse, non epistolam, quam Plato Lysiae attribuerit? Nemo enim tam ineptus est, ut homini praesenti

per totum fere sermonem ostenderit, tum in exitu operis ita vaticinatus est, ut Isocratem in spem futurae felicitatis tamquam exemplum ob oculos posuerit. Nec vero ipsum fefellit ea in re augurium, siquidem quod non perfecit Isocrates, id postea De-

---

litteras scribat aut mitti cupiat. Iam vero his etiam aliud quid addere licebit. Etenim accedit quidem universae orationis forma prope ad formam et rationem epistolae, sed multum tamen item ab ea differt, propterea quod est declamatio suasoria. Quippe suasoriae orationis hoc proprium est, quod quum ad hominem praesentem, non absentem fiat, tum etiam suadendi vel dissuadendi praesidiis et adiumentis oratoriis utitur adhibita etiam vi quadam et gravitate dicendi. Quod certe secus est in epistolis, quae licet et ipsae possint esse suasoriae, tamen minus habent coloris oratorii. Ex quo quid de oratione Lysiana colligi liceat, dicere vix attinet; patet enim ipsam in summa tenuitate tamen oratoriis artificiis multis esse conspicuam. Nec vero obscurum est, ipsum Platonem libellum Lysianum non ut epistolam sed ut orationem examinavisse. Reprehendit enim ille declamationis exordium gravissime propterea, quod eo non definiatur, quidnam illud sit, de quo deinde instituatur disputatio. Quid vero? iustane foret ista reprehensio, si Lysiae scriptio esset epistola? Nimirum prope ultro in oculos incurrit, quid ea de re existimari oporteat. Nam epistola potest profecto recte carere rei primariae definitione, quia, sicuti ad amicos et familiares mitti solet, ita etiam aliunde nota poni permittit, de quibus cum maxime scribendum sit. Longe alia vero ratio est orationum, quae eiusmodi definitionis omissionem certe non ferunt, nisi si referantur ad res omnibus in medio positas. Ad haec omnia autem accedit denique quod ad litem dirimendam sanequam est gravissimum. Etenim Lysias non modo ut λογογράφος taxatur, sed eo nomine etiam comparatur cum Isocrate. Ex quo profecto elucet clarissime, non epistolam Lysiae tamquam artis oratoriae specimen tribui potuisse, sed debuisse potius orationem. Sed quid multa? Apparet enim iam satis, quid de forma Lysianae declamationis existimandum sit. Est enim oratio suasoria; id quod maxime ex eo intelligitur, quod puer adamatus tamquam praesens compellatur, ut profecto nec mirandum sit, quod in exitu eius haec verba ad eum fiunt: „Haec vero satis sunto; tu autem, si quid praetermissum putes, interroga;" in quibus unis maxime qui nuper aliter iudicarunt sententiae suae robur ac firmamentum positum esse arbitrati sunt. — Iam vero absoluta quaestione de externa Lysianae orationis specie sequitur ut etiam de eius origine et auctoritate paucis dicendum sit, quandoquidem nostra aetate exorti sunt, qui eam non Platoni, sed Lysiae tamquam parenti tribuendam putarent.**) Quam sententiam praeeunte Haenischio

mosthenes perduxit ad exitum, qui quatenus pro discipulo Platonis habendus sit, ex uno maxime Phaedro intelligitur.

Verum satis haec de rhetoricis Atheniensium studiis. Docere igitur hactenus conati sumus, quod

---

in libro: De Lysiae Amatorio. Lips. 1827. 8. nuper certatim defenderunt Spengel Artium Scriptor. p. 123—135. Westermann Quaestt. Demosth. II. p. 73. et Histor. Eloq. Graec. p. 75. Krische Ueber Platons Phaedrus p. 28. Hölscher De Vita Lys. p. 121. Vater, in Iahn. Horr. Philol. Vol. IX. p. 176. sqq. Cron (in Indicibus litterar. Monacenss. a. 1849. N. 189. p, 478 sqq.) Susemihl Prodrom. Plat. Untersuch. p. 95. sqq. alii. Nec tamen diffitemur eam rationem nobis nunquam probabilem visam esse. Et impugnavit eam etiam egregius amicus noster, dum in vivis fuit, Car. Fr. Hermannus, in libro: *Gesammelte Abhandlungen und Beiträge zur class. Litteratur.* Götting. 1849. p. 1—21. Etenim primum quidem vel illud prohibet, quominus orationem Lysiae tributam ab ipso oratore scriptam esse putemus, quod Plato nusquam scriptis suis germanas aliorum orationes intertexuit, sed ubicunque personas, quas orantes finxit, ita loquentes induxit, ut sponte intelligatur, ipsum iis attribuisse orationes a se elaboratas, ita quidem, ut quum colloquentium moribus, ingeniis, disciplinae, studiis convenientes, tum suis ipsius scribendi consiliis accommodatae haberentur. Cuius generis exempla illustria quum alibi, veluti in Republica, Phaedone, Protagora, aliis sermonibus, extant, tum luculentissima reperiuntur in Symposio, ubi colloquentes manifesto ab ipso scriptore maxima cum sollertia ad ipsius vitae veritatem informati ac descripti sunt. Quid igitur? haec quum constans fuerit Platonis ratio et consuetudo, num putabimus verisimile esse, ipsum in eo opere, quod utique summa artis perfectione conspicuum est, nulla urgente necessitate ab illa fuisse discessurum? Enimvero sustulisset profecto summus dialogorum artifex isto modo operis sui aequabilitatem et convenientiam, quandoquidem procul dubio etiam ea in ordinem recipere coactus esset, quae a suis ipsius consiliis et institutis essent alieniora. Sed hoc ipsum nos ultro perducit ad alteram caussam, cur hanc orationem non a Lysia sed a Platone scriptam existimemus. Est enim Lysias in Phaedro ita institutus et informatus, ut non tam suas unius quam aliorum quoque rhetorum partes sustineat. Quod si ita est, sponte apparet ne fieri quidem potuisse, ut una aliqua Lysiae oratio in medium proferretur et examini subiiceretur, quandoquidem nulla facile extiterit, quae communia ista omnium rhetorum vitia, qualia philosophus in Phaedro notare constituisset, eo modo, referret, quo pro scribendi consilio optabile fuerat. Itaque consentaneum est ab ipso Platone scriptam esse orationem

ad illustrandum Phaedri propositum utique plurimum valere arbitramur, primum quidem argumentum disputationis in hoc libro omnino duplex esse, sed utrumque tale, quod salva operis convenientia atque simplicitate communiter tractari potuerit; deinde

---

Lysianam, praesertim quum etiam orationes Socratis ab eo confictae sint. Et produnt profecto etiam ipsae huius orationis proprietates hanc ipsius originem. Exaggeravit enim Plato in ea Lysiae vitia, quo magis castigare posset quae ipsi in eloquentia vitiosa planeque a philosophiae ratione aversa viderentur, ut nec Taylorum, doctissimum hominem, miremur Vit. Lys. p. 154., orationem istam indicantem Lysia plane esse indignam: quamquam ille in eo lapsus est mirabiliter, quod eam sophistae alicui aetate minori, cuius mentio fit in Demosthenica oratione contra Neaeram p. 1351. §. 21., adscribendam iudicavit. Nimirum opus fuit Platoni ea oratione, quae non modo vulgaris amoris humilitatem et una cum ipsa etiam vulgarium rhetorum humilem et abiectum animum, celsioris spiritus nulla ex parte capacem, argueret, verum etiam ostenderet, dialecticae neglectionem omnis inertiae dicendi atque scribendi potissimam caussam existere solere. Itaque a tenuitate illa, quae Lysiae propria erat, profectus ad similitudinem veritatis effinxit eam orationem, quae esset non tantum arida, sicca et ieiuna, sed etiam humilis et abiecta adeoque non expers inhonesti ac turpis cuiusdam sensus. Subtilitatem autem viri ad rem suam ita traduxit et adhibuit, ut orationem composuerit speciosis tantum artificiis oratoriis nitentem, tricis et argutiis plenam ac refertam, denique vera dialectica carentem utpote iusta rei primariae definitione, apta partium descriptione, denique idonea argumentationis progressione atque ordine omnino destitutam. Ex quibus omnibus profecto necessitate quadam efficitur hoc, ut hanc orationem ab ipso Platone scriptam et consilio suo sollerter attemperatam esse existimare debeamus. En igitur, habes iam nostram de Lysianae orationis auctore sententiam, quam nec iis, quae pro contraria sententia in medium allata sunt, ullo modo eversum aut labefactatum iri existimamus. Nam primum quidem quod dictitant dicendi genus plane esse Lysianum, minime profecto inde consequitnr, ut Lysias illius auctor habendus sit. Quippe expressit Plato quam accuratissime fieri potuit oratoris dictionem eodem artificio, quo alibi in imitando Gorgia, Agathone, Phaedro, Pausania, Eryximacho, Aristophane, Protagora, usus est, neque profecto aliter facere potuit, siquidem propositum suum assequi vellet. Porro quod viri doctissimi afferunt veterum scriptorum testimonia, qui hanc orationem Lysiae tribuerint, Diogen. L. III. Dionysii Ep. ad Pomp. p. 126. Tyrii Max. Diss. XXIV. 5. Hermogenis De forma orat. II. p. 477. ed. Laur. Hermiae p. 77. ista quidem ratione

sententiam Platonis de philosophiae natura et indole hanc fuisse, ut fontes eius primitivos et tamquam primaria elementa sibi persuaserit vel in divino amore vel in artis dialecticae facultate quaeri oportere; denique eloquentiae studia, quae tum Athenis viguerint, a philosophia fuisse alieniora, ideoque Platonem utique permovere potuisse, ut quid de eorum pretio et dignitate sentiret, copiosiore disputatione declararet. Sequitur nunc, ut universi operis ratio

---

nihil quidquam proficitur. Nam uno Hermia excepto illi omnes sententiam suam non clare patefecerunt, videnturque Lysiae orationem omnino eam dixisse, quae apud Platonem oratori esset adscripta, quemadmodum interdum Socrates ut auctor eorum memoratur, quae apud Platonem disputavit. Sed ut illi in ea fuerint sententia, ut Lysiae auctori orationem tribuendam iudicarint, quid inde porro? Nimirum valet hic quoque, quod in simili dubitatione de criticis veteribus centies est iudicatum, istiusmodi veterum iudiciis cautissime esse confidendum. Sed afferunt illi etiam aliud quid, quod primo saltem adspectu aliquanto plus momenti habere videatur. Dicunt enim apud ipsum Platonem non obscure orationem tamquam a Lysia compositam notari; quorsum referunt imprimis, quod ea narretur de scripto recitata esse, quod Phaedrus eam dicatur ab ipso Lysia scriptam accepisse, denique quod omnino via et ratio, qua Plato in aliis sermonibus sua cuique tribuere soleat, plurimum ab ea ratione diversa sit, qua in Phaedro haec oratio tribuatur Lysiae. At enim vero licet haec omnia per se verissime sint animadversa, tamen inde minime consequitur quod voluerunt. Sunt enim ea scenae dialogi convenienter ita instituta, ut aliter institui nullo pacto potuerint. Nam quod Phaedrus illam orationem dicitur secum scriptam attulisse quodque ipsa narratur deinde recitata ac de scripto explorata esse; fieri hoc propter disputationem de ipsius vitiis institutam non potuit aliter, siquidem debuit ipsum opus in promtu esse fingi, quo maior existeret species verisimilitudinis. Neque vero rationem, qua haec oratio tribuitur Lysiae, inusitatam aut miram dicere licebit, siquidem ea est sollertissime inventa et dialogi actioni convenientissima. Denique etiam viri acutissimi (v. Haenisch bc. p. 20. sqq.) Platonem censuerunt ineptissime facturum fuisse, si ipse suam aliquam Lysiae tribuisset orationem iis vitiis affectam, quae deinde ne reprehendisset quidem atque castigavisset. At nimirum non omnia quidem atque singula philosophus notavit vitia peculiari eorum instituta exploratione, quamquam bene multa reprehendit et castigavit; sed hoc tamen demonstravit clarissime, quidnam omnino illud esset, in quo, tam materiae quam formae habita ratione, vulgaris rhetoricae labes haereret.

et conformatio propius consideranda sit, quo clarius aliquando perspiciatur, quo iure supra statuerimus, universum librum denique ad illustrandas philosophiae laudes pertinere, quippe quae una pro vera tam intelligendi et cognoscendi quam dicendi atque docendi parente atque magistra habenda sit. Quod quidem ea ratione instituemus, ut libri partes primarias seorsum spectemus et quid denique inde ad rem summam consequatur, paucis exponamus.

Possunt autem, ubi discesserimus ab ornatu dialogi scenico, nullo fere negotio duae principales universi operis partes discerni, una, quae habet tres orationes amatorias quaeque usque ad p. 257. B. pertenditur, altera, quae dialecticam disceptationem complectitur, qua laudes rhetoricae artis in controversiam vocantur, inde a p. 257. C. usque ad exitum dialogi pertinens. Quas quidem partes nobis uno obtutu lustrantibus non videtur dubium, quin in priore amor ille divinus, de quo modo exposuimus, in posteriore autem dialecticae virtus illustretur, in utraque vero una eademque opera item arguantur pravae eloquentiae vitia, ita ut sponte propemodum appareat, per omnem sermonem pari fere diligentia tam philosophiae quam rhetorices rationem habitam esse. Sed haec omnia quoniam sibi peculiarem expositionem videntur deposcere, de singulis quid utroque nomine existimandum videatur, paucis explicavisse iuvabit.

Itaque priori quidem operis parti, ubi materiam spectamus, quae ibi tractatur atque philosophiae si ducimus rationem, id unum maxime propositum esse arbitramur, ut amor divinus eiusque variae rationes quam clarissime illustrentur, quamquam eadem nonnulla quoque interposita habet, quae ad dialecticam rhetorices explorationem conducunt. Vehementer enim iudicio suo falsi sunt, qui orationes amatorias ibi recitatas nihil aliud nisi exempla quaedam vel pravae vel rectae eloquentiae esse voluerunt, quae ideo in rimando amore versentur, quia reliqua disputatione de venustis scilicet artibus disputetur, quae enthusiasmum quemdam requirant amori consimilem. Quae invenusta profecto est opinio, ut nihil dicamus gravius. Nec vero minus a recto aberraverunt, qui orationes illas pro episodiis, quae ipsi dixerunt, habendas esse iudicarunt, quae etsi cum universo dialogi corpore

minus apte cohaererent, tamen ad illud exornandum et tamquam vestiendum aliquantum conducerent. At nemo sane ferat istum vestitum et ornatum, qui certe totius corporis venustatem non augeret sed plane deturparet. Denique nec illi veri quidquam viderunt, qui nuper contenderunt, posteriore oratione Socratica id agi, ut describenda animi natura fundamenta ponantur eorum, quae in altera dialogi parte de dialectica et rhetorica disseruntur. Quod commentum quo maiore studio defendi vidimus, eo magis illud nobis ridiculum est visum. Neque enim prior dialogi pars ullo modo pondere et gravitate cedit posteriori, imo etiam illi quodammodo anteponenda est, nec omnino in illa id agitur, quod isti voluerunt. Enimvero quid verum sit atque disputationis universae rationibus consentaneum, re paullo accuratius pensitata neminem praeterire poterit. Peroratur enim in his declamationibus omnibus unice de amore, idque ea ratione, ut id unum maxime agi appareat, licet dialectices origines item ad amoris divini rationes referantur. Nimirum posterior Socratis oratio in describendo amore divino versatur, duae priores autem orationes depingunt amorem vulgarem eumque corruptum ac depravatum, divino illi tamquam e regione positum, ut et ipsae ad divini amoris rationes collustrandas facere existimandae sint. Sed de hac re iuvabit etiam paullo explicatius disseruisse. Quocirca primum considerabimus paullisper orationem Socratis posteriorem, quod facto etiam de argumento reliquarum declamationum exponemus.

Dubitari igitur nostra quidem sententia nullo modo potest, quin Socratis oratio inde a. p. 244. A. — 257. B. litteris perscripta, tota in amoris divini origine, natura, virtutibus et effectibus praedicandis versetur. Id quod vel ex partium descriptione intelligitur, quae ipsi fundamenti loco subiecta est, quandoquidem primum p. 245. A. — 249. D. caussae et origines coelestis amoris aperiuntur, repetitae illae ab nativa animorum indole atque vitae divinioris, in cuius communionem olim pervenerint, recordatione; deinde autem p. 249. D. copiosius docetur, quamnam vim divinus ille amor, olim in vita coelesti inter idearum contemplationem susceptus, etiam in vita terrestri tum ad propriam cuiusque scientiam alendam

tum ad studium sapientiae apud alios excitandum et propagandum habeat. Sed clarius etiam illud exinde perspicitur, quod, licet in ea gravissimi quique universae philosophiae loci, assumtis etiam reconditioris doctrinae, imprimis Pythagoricae, opibus, illustrentur, tamen omnia atque singula denique eo modo exposita esse reperiuntur, ut ad vim naturamque amoris philosophi patefaciendam ac declarandam sollertissime comparata sint. Quo quidem nomine primum diligenter animadvertendum est, quod ad rei iudicium regendum certe non parum momenti facit, statim in principio orationis p. 244. B. sq. exhiberi eius rei, de qua sermo futurus sit, accuratiorem definitionem, quandoquidem amor subiectus esse iudicatur furori divino, qui θείᾳ μοίρᾳ, divino munere, (de quo v. ad Phaedon. p. 85. C. D. ed. 3.) mortalibus obtingere soleat. Enimvero indicat ibi orator verbis clarissimis, hanc ipsam rem esse, in qua tractanda omnis versatura oratio sit. Iam vero quod deinde p. 245. C. — 246. A. animorum sempiternitas ducibus Pythagoreis, de quibus v. Cic. Tusc. I. 17. ibique Davis. coll. Phaedon. p. 100. A. — 107. A. De Rep. X. p. 611. A. sqq. Legg. X. p. 893. A., ex proprio ipsorum motu demonstratur, nullo fere negotio intelligitur prudenti consilio hoc potissimum immortalitatis argumentum delectum esse, quippe quod disputationi, in qua de libera animorum vita et agitatione agitur, longe sit convenientissimum. Nec vero obscurum est, quorsum pertineat, quod p. 246. A. sqq. animi vis et natura, secundum Pythagoreorum sententiam, de qua Prolegg. ad Tim. p. 52. sqq. et Comment. ad Tim. p. 69. C. D. exposuimus, ex parte rationali, λογιστικῷ, iracundia, θυμικῷ, et cupiditate, ἐπιθυμητικῷ, composita atque nativa quadam rerum divinarum appetitione instructa, bigis currui alato iunctis cum auriga suo comparatur, ita quidem ut, sicuti iam Plutarch. Quaestt. Plat. p. 1008. rectissime iudicavit, equorum par iracundiae et cupiditatis, auriga autem rationis partes habeat, quum alae curriculi ad similitudinem vel curruum alatorum, quibus dii uti credebantur (v. Voss Mytholog. Briefe T. I. p. 195. sqq. II. p. 71. sqq. Böttiger. Vasengemäld. Vol. I. P. II. p. 104. sqq.) vel vehiculi Parmenidei (Rell. v. 10 sqq.) informati atque

descripti, germanam animi vim, qua ille ad diviniora contendat, imagine satis perspicua (vid. p. 246. C. D. 248. B. C. 249. A.) designare existimandae sint. Nimirum ut nihil de eo dicamus, quod haec animi species et imago descriptioni vitae deorum et animorum sollertissime attemperata est, inservit eadem vel imprimis etiam illustrandis amoris divini caussis et originibus, quandoquidem inde perspicue intelligitur, vim animi humani capacem quidem vitae divinioris et celsioris intelligentiae extitisse, sed ea tamen laborare imbecillitate, ut propter cupiditatem ad inferiora labatur fatiscente paullatim nativo rerum divinarum appetitu; ex quo ipso divinum philosophorum amorem secundum Platonem traxisse originem unicuique apertum esse existimamus. Iam vero si quaeritur, quorsum tandem pertineat magnifica illa descriptio vitae animorum superioris p. 246. E. sqq. quacum arctissime coniuncta est grandis quaedam pictura universi mundi tam intelligibilis quam adspectabilis, est sane in promtu responsio *). Nam quum Plato illa exhibenda gravissima placita de intelligibili quodam regno animorum deque pristina humanorum animorum cum numine divino coniunctione illustraverit eaque opportunitate etiam huius universi descriptionem eam proposuerit, unde non modo quodnam discrimen inter mundum hunc adspectabilem atque mundum intelligibilem intercederet, perspiceretur, verum etiam utriusque illius nexus et coniunctio intelligeretur; tum philosophus eadem opera etiam exposuit, quae ad cognoscendas amoris divini rationes non tantum utilia sed plane necessaria essent. Nam quod universum corpus mundanum, ut Tim. p. 33. B. et p. 62. D., globosum informatum est, quodque ideae extra eius superficiem in coeli dorso, neutiquam aheneo illo, ut quidam putarunt, sed potius aërio atque liquido, quale etiam Phaedon. p. 109. C. sqq. fingitur, sublimes collocatae sunt, manifesto ea

*) De toto loco disputavimus in libello: Diatribe in mythum Platonis de amoris divini ortu, p. 1 — 63. quo Viro Magnifico et Illustri, Chr. Gottl. Leber. Grossmanno, ipsis Kalendis Ianuariis anni 1854. munera sacra ante quinque lustra auspicato, nomine Scholae Thomanae temporis exacti felicitatem gratulati sumus et pro perpetua Ipsius salute pia vota nuncupavimus.

ratione significatur vis et natura idearum per se absoluta atque aeterna, quae quidem scite, adhibitis Parmenidis et Empedoclis de mundo intelligibili et opinabili decretis, tamquam in imagine quadam spectandae proponuntur. Quod etiamsi neutiquam cum vulgo interpretum proprie sit accipiendum, quum intelligibilis tantum idearum tamquam intuitus et contemplatio significetur, qualem animis puris necdum mortalis corporis concretione contaminatis convenire sane consentaneum est; tamen hoc quoque pacto ad amoris divini explicationem valet plurimum, quandoquidem mens atque animus eo ipso, quod idearum capax est, ad aeternae veritatis quaerendae atque possidendae desiderium ineffabili cum voluptate excitatur. Quod vero animi inde a Vestae sede, quae sine dubio in vicinia terrae, sicuti in Phaedone p. 108. E. et in Timaeo p. 40. C. ita etiam hic in medio universi locatae, ad Olympi Homerici similitudinem posita fingitur *), agmina undecim deorum summo Iove duce, Vesta domi remanente, coeli superficiem versus proficiscentia sublimi volatu consequi et una cum iis plus minuve idéas intueri solere dicuntur, in quo philosophus manifesto de duodecim diis Olympiis cogitavit, quos eosdem atque corpora coelestia esse voluit, siquidem iis cum Pythagoreis aliisque divinitatem attribuit (v. Prolegg. ad Tim. p. 15. sq.); dubium certe non est, quin isto modo grandi imagine proposita ostendatur, quidnam sit illud ἕπεσθαι sive ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ vel ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ, in quo summa sapientia pariter atque beatitas cernitur (v. Theaet. p. 176. B. sqq. De Rep. X. p. 613. A. Legg. IV. p. 716. A. sqq. coll. Wyttenbach. ad Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 27. sqq.), quandoquidem etiam divini numinis absolutio et beatitas in perfecta rerum cognitione quaerenda est, sicuti in Tim. p. 28. C. — 29. E. disputatur. Itaque sponte intelligitur, quatenus haec omnia ad illustrandam divini amoris doctrinam faciant.

---

*) Dissentimus enim hic cum A. Boeckhio De Platonico systemate coelestium globorum p. XXVII. sq. et in Philolao p. 105. sqq. qui Platonem contendit in Phaedro sedem Vestae in medio mundo posuisse, Terra in alium locum translata. v. Commentat. nostr. l. c. p. 18. sqq.

Ostenditur enim animos nativa indole sua ita fuisse comparatos, ut in vita diviniore et mortalitatis vinculis libera utpote numini divino coniunctiores deum facilius sequi et ad eius similitudinem eluctari et contendere ideoque etiam ad maiorem quandam veritatis cognitionem pervenire potuerint. Quamquam perquam obscurum est, in informandis diis coelestibus qua ratione philosophus versatus sit. Quum enim manifesto de diis duodecim Olympiis, ut diximus, cogitaverit; quomodo illis mundanorum corporum numerum adaequaverit, ideo incertum est, quia ipse in Timaeo p. 38. B. C. p. 39. A. De Rep. X. p. 616. D. E. praeter coelum fixis stellis ornatum quinque tantum planetas, et Solem atque Lunam memorat, quibus adiungit Terram in medio mundo locatam. Videtur tamen hic quoque Pythagoreos duodecim universi ordines vel orbes statuentes sequutus esse, quibus quidem singulis singulos deos attribuit. De qua re audias Fragm. incerti scriptor. ap. Photium Cod. CCXLIX. p. 439. ed. Bekker. et Iamblich. Vit. Pythagor. Vol. II. p. 108. ed. Kiessl., unde toti huic loco desiderata lux affunditur. Est autem hoc: *ὅτι δὲ δώδεκα τάξεις ἐν τῷ οὐρανῷ φησιν εἶναι· πρώτην καὶ ἐξωτάτην τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν* (**orbem fixarum stellarum**), *ἐν ᾗ ἐστιν ὅ τε πρῶτος θεὸς καὶ οἱ νοητοὶ θεοί, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ, κατὰ δὲ Πλάτωνα αἱ ἰδέαι· μετὰ δὲ τὴν ἀπλανῆ ὁ τοῦ Κρόνου τέτακται ἀστὴρ καὶ οἱ ἐφεξῆς πλανῆται ἑξ, ὁ τοῦ Διός, φημί, ὁ τοῦ Ἄρεος, ὁ τῆς Ἀφροδίτης, ὁ τοῦ Ἑρμοῦ, ὁ Ἡλίου, ὁ τῆς Σελήνης· εἶτα ἡ τοῦ πυρὸς σφαῖρα, ἑξῆς δὲ ἡ τοῦ ἀέρος· μετ' αὐτὴν ἡ τοῦ ὕδατος· λοιπὴ καὶ ἐπὶ πᾶσιν* (**omnibus subest**) *ἡ γῆ. δώδεκα δὲ τάξεων οὐσῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ τὸ πρῶτον αἴτιόν ἐστιν· καὶ ὅ τι ἂν ᾖ ἐγγὺς αὐτοῦ, τοῦτό φασι τετάχθαι βεβαίως καὶ ἀρίστως· τὰ δὲ πόρρωθεν ἧττον· τὴν δὲ τάξιν μέχρι Σελήνης σώζεσθαι· τὰ δὲ ὑπὸ Σελήνην οὐκέτι ὁμοίως.* Fragmentum satis profecto memorabile: quod quidem accuratius considerantibus nobis videtur Plato hanc ipsam Pythagoreorum doctrinam, quae in eo memoriae prodita est, in Phaedro respexisse. Praeposuit enim, ut diximus, duodecim mundi ordinibus (*τάξεσιν*) duodecim deos tamquam eorum praesides, atque in coelesti itinere unumquemque suum per orbem atque ordinem vehi iussit, ita ut diis illis certa quaedam coeli atque aeris

pars propria esset, unde quum ipsorum deorum natura pateret, tum etiam animorum eos consectantium indoles emergeret. Itaque Iovi quidem, quem voluit agmen deorum ducere atque perfectae rationis imaginem referre (v. p. 250. B. 252. C. E. 253. A. coll. Phileb. p. 28. C. et 30. D.), procul dubio orbem fixis sideribus ornatum attribuit, ut qui habet ideas, omnis scientiae et cognitionis parentes et effectrices. Vestae autem opinioni communi convenienter Terram una cum domo deorum ab illa servata adscripsit, quippe quae secundum vulgarem quoque sententiam efficit, ut terra firmiter in medio mundo perstet, sive ἵστησιν αὐτήν. Perquam autem dubium est, quomodo ceteras sphaeras inter reliquos deos distribuerit, quamquam aliquid saltem ea de re colligi licet ex p. 252. C. D. et p. 253. A. B. C. Nimirum planetas, veluti Saturnum, qui non essent inter deos Olympios, omnino videtur sustulisse, Apolline et Luna fortasse in locum Solis atque Lunae suffectis. Vacuum autem Saturni locum fieri potest ut Minervae attribuerit utpote post Iovem sapientissimae. Quod et ipsum est Homericum: v. Iliad. ά. v. 131. et Spanhem. ad Callim. Hymn. Apoll. v. 29. Quod si vere aut probabiliter ita coniectum est, reliquae sunt sphaerae sive potius τάξεις aetheris, aeris et aquae, quas quomodo inter reliquos deos distribuendas statuerit, tanto minus decernere licet, quod omnino dubium et incertum est, quosnam deos Graeci in Olympiis diis habuerint. Itaque huius quidem rei quaestionem mittamus. Illud unum aliquam videtur admonitionem requirere, quod sane alicui perquam mirum accidat, cur tandem philosophus etiam orbes sublunares, aethereum, aerium, pluvialem, respiciendos adeoque diis attribuendos iudicaverit. Nimirum caussa et ratio rei nobis quidem non adeo longe arcessenda videtur. Voluit enim omnem omnino varietatem morum et ingeniorum in amantibus elucentium eo modo declarare, ut etiam eorum duceretur ratio, qui a nativo sapientiae divinae studio longius descivissent et, ut cum poeta loquamur, *affixissent humo divinae particulam aurae*. Itaque nec coeli orbes terrae proximos propter ipsam rei rationem silentio transmittendos putavit, ut ex quibus plurimorum animorum humilius lapsorum fortuna intelligi posse videretur. Quod au-

tem hos ipsos orbes etiam diis attribuit, id quum imago poetica, qua usus est, et allegoriae convenientia ita postulaverit, tum etiam exinde excusationem habet, quod etiam orbibus terrae propinquioribus aliquid divini inesse creditum est, sicuti apparet ex Epinomid. p. 984. D. E. ubi v. Commentar. *Ast.* p. 602. Quae si recte coniectavimus, sponte intelligitur, quo iure Krischius De Phaedro Plat. p. 63. scripserit: *zwischen Mond und Fixsternhimmel ist demnach der Tummelplatz für die strebenden Seelen.* Atque his quidem ita expeditis unum adhuc reliquum est, de quo disquirendum sit. Quaeritur enim, quomodo Plato agmen deorum ad supernas coeli partes vehentium instructum voluerit. De qua quidem re nobis ita persuasimus, ut eum hic quoque scite urbaneque cosmica quaedam placita cum Homeri poesi commiscuisse et ad grandis imaginis speciem attemperavisse existimemus. Namque more plane Homerico deorum agmina finxit Iove duce sursum in coeli extimas regiones escendere. Sed proprie hoc, nisi fallor, ita dictum voluit, ut coelestes τάξεις earumque orbes intelligi oporteret. Quae si vere posita sunt, sponte iam intelligitur, opinor, poetam philosophum in his adumbrandis atque describendis sollertissime ita esse versatum, ut dum cosmica decreta secundum Pythagoreos potissimum mente informata tecte significavit, una eademque opera scenam dramatis ornatu poetico ad verisimilitudinis speciem delecto adumbraverit. Ex quo sponte consequitur, ut non omnia atque singula curiosius rimanda et ad philosophiae subtilitatem exigenda sint. Valent enim in his non pauca ad verisimilitudinem tantum poeticam, quum per se cum interiore sapientiae doctrina minus coniuncta sint. Verum satis de his, quae tamquam per occasionem clarius illustranda putavimus; revertimur iam eo, unde paullulum deflexit disputatio. Vidimus igitur hactenus, verum esse quod supra iudicavimus, vel gravissimos philosophiae locos in hac Socratis oratione ita esse expositos, ut quamvis saepe aliud quid agi videatur, tamen omnia denique philosophi amoris descriptioni sollertissime attemperata sint. Nec vero aliter existimandum de reliquis est. Etenim eodem certe referuntur etiam ea, quae p. 248. A. sqq. de varia animorum sorte et fortuna exponuntur, in

quibus philosophus sine dubio rursus duces habuit Pythagoreos, ex quorum doctrina de animorum migrationibus etiam Tim. p. 92. A. B. De Rep. X. p. 617. E. al. profecit. Quod enim ibi docetur, animos ingruente paullatim vi cupiditatis intemperantius et languescente in dies magis rerum divinarum appetitione a vitae divinae studio tandem defecisse et alios aliam sortem pro merito nactos esse, ostenditur ea ratione, quae fuerit animorum tamquam transitio in vitam mortalem, ut iam plane intelligantur origines facultatis res divinas etiam in vita terrestri cognoscendi, sine qua amor divinus, qualem philosophus adumbravit, certe nullus cogitari potest. Quippe docetur iis tantum animis corpora humana intrare per legem divinam concessum esse, qui in vita superiore aliquid veri conspexerint atque idearum formas ac species rite iungere ac discernere didicerint, hoc est, dialecticae leges hauserint ac perceperint. Nimirum inde tota suspensa est idearum recordatio, ex qua manat omnis divinae veritatis amor adeoque omnis philosophia, cuius ortus p. 249. A. — D. etiam fabulose describitur. Neque vero nihil ad collustrandas divini amoris rationes confert, quod p. 248. D. E. sqq. eorum, qui vitae humanae curriculum ingrediantur, novem constituuntur genera, prouti divinae veritatis memores permanserint, quodque ibi philosophi principem locum obtinere iudicantur iisque proxime subiiciuntur boni principes ac magistratus, utrisque autem postremo opponuntur tyranni ac sophistae. Intelligitur enim exinde, etiam in vita humana philosophos amatores praestare ceteris mortalibus omnibus, ut philosophiae studiosis tandem etiam dignitas sua vindicetur. In quo rursus dignum est animadvertere Platonem Pythagoreorum legisse vestigia. Nam primum quidem apertum est novem ista vitae civilis genera, quae constituuntur, ad amussim respondere denis animorum circuitibus a philosopho constitutis, quandoquidem decimus cursus verissime est neglectus propterea, quod postremo circuitu animi probi ac sinceri absoluta vita inferiore in coelum revertuntur tamquam in domicilium suum atque proprium. Pythagoreos autem novimus non modo numerum denarium pro summae perfectionis signo et argumento habuisse, verum etiam universi

mundi circuitum sive periodum fatalem denis annorum millibus absolvi statuisse, quibus exactis nova rursus mundi periodus exordiretur. v. Meurs. Denar. Pythagor. p. 109. Holsten. ad Porphyr. Vit. Pythag. p. 25. sq. cum quo placito illud de magno anno cognatum est, quod attigimus Commentar. ad Tim. p. 39. E. Praeterea vero etiam illud nescio quid Pythagorici redolet, quod philosophi in vita humana ac civili societate primum locum occupare et post hos proxime prudentes civitatis et reipublicae rectores sequi iudicantur. v. ad Politic. p. 294, A. sqq. Nempe sequutus est Plato in hoc iudicio plane eandem rationem, quam postea etiam in scribendis amplissimis operibus de optima civitate ac de legibus optimis tenuit, in quorum altero philosophi legibus omnibus superiores, altero sapientes magistratus bonis legibus suffulti ac sustentati reipublicae imperium exercent.

Verum haec quidem de priore orationis Socraticae parte, in qua manifestum est amoris divinae ortum, naturam, rationem denique, ita illustrari, ut una eademque opera etiam universae philosophiae tamquam sacraria pandantur. Nec vero quisquam erit, qui de argumento posterioris orationis partis, quae inde a p. 249. D. exorditur, rebus omnibus rite perpensis aliter sentiat, in qua certe neutiquam eloquentiae tantum exemplum aliquod ob oculos ponitur, sed serio atque graviter id agitur, ut qualis amor divinus in vita terrestri emergat, dilucide exponatur. Id quod unicuique magis fiet perspicuum, ubi, quid ibi ostendatur atque demonstretur, paucis dispexerimus. Docetur autem ante omnia luxuriante prope oratione, quomodo hic in vita mortali adspectu pulcritudinis in corporibus radiantis memoria divinae pulcritudinis resuscitetur eoque divinus ille amor, qui p. 250. E. diligenter ab humimilis lubidinis turpitudine distinguitur, in animis mortalium accendatur p. 249. E. — 252. D. Quo facto describuntur deinde varia huius amoris genera, quandoquidem ille multiplex admodum et varius esse iudicatur, prouti in coelesti vita deorum imitandorum rerumque divinarum cognoscendarum studium diversum extiterit, vindicaturque simul primarius locus amori philosopho, p. 252. E. — 253. C. Tum vero sollertissima opera vividisque coloribus depingitur

gravissima pugna et contentio, qua rationi, sive aurigae currus alati, in amore divino colendo atque tuendo cum cupiditatibus et affectibus vehementioribus conflictandum sit; quae pars operis sicuti orationem habet paullo luxuriosiorem, ita etiam egregie comparata est eo, ut clare appareat, quanto certamine saepe opus sit, ut melioris naturae nostrae dignitas ab turpi affectuum et cupiditatum humilitate tuta praestetur atque e pugna gravissima, quae ipsi subeunda sit, victrix discedat, p. 253. D. — 255. C. His autem expositis etiam vis et efficacitas illustratur, quam sincerus ille et ad divina conversus amor in nutriendo atque propagando celsioris sapientiae studio etiam apud amoris socios et consortes habeat. c. p. 255. C.—256. A. atque laudibus elegantissimis praedicatur eorum beatitas, qui superata vi cupiditatis sapienter inter se ament, quippe qui non modo in hac vita mortali praestantissimis sapientiae ac virtutis muneribus potiantur, verum etiam post mortem vitae divinioris denuo participes futuri sint; p. 256. A. B. Iam vero his elegantissime illustratis denique etiam de aliis amoris generibus breviter admonetur. Discernitur enim primum ab amore philosopho amor ille, qui licet cum honoris studio coniunctus sit, tamen quoniam a germano sapientiae studio sit alienior, facilem lapsum ad peccandum habeat. Qui tamen amor iudicatur non omnino laude sua carere, siquidem coniunctus sit cum facultate celsioris amoris aliquando suscipiendi, quae etiam praemiorum post mortem consequendorum spem faciat; p. 256. D. E. Praeterea vero etiam ab illo dignoscitur ac secernitur is amor, quem Lysias oratione sua laudare non verecundatus est, qui familiaritatem amore carentem sectetur temperantiam praetexens, et illiberalitatem et humilitatem, quam vulgus pro virtute venditet, in animis gignat, ut eum, qui ipsi indulgeat, post mortem fortuna parum fausta maneat; p. 256. E.

Haec igitur omnia ubi uno tamquam mentis oblatu consideraverimus, certe nemo quisquam dubitaverit, quin argumentum huius orationis non aliorsum nisi eo pertineat, ut amor divinus ex nativa animorum vi atque indole atque mundi intelligibilis ac vitae divinae cum mundo hoc adspectabili et vita mortali nexu et cohaerentia declaretur eaque ratione

ultimus omnis philosophiae fons tamquam recludatur et in clariore luce collocetur. Sed haec quidem de huius orationis materia deque eiusdem cum philosophiae doctrina et ratione necessitudine. Pergimus ad considerandas duas priores orationes amatorias, quandoquidem etiam videndum est, quanam illae quoque argumenti necessitudine cum universi dialogi summa contineantur. De qua quidem re paucis defungi licebit.

Videmur enim non iniuria ita statuere et iudicare, ut in iis imaginem quandam amoris perversi ac depravati divino amori tamquam e regione positam exhiberi existimemus, unde illius excellentia etiam clarius perspiciatur. Quod quale sit, facile ex postremis verbis orationis Socraticae modo dilucidatae intelligi licet. Videtur enim Plato proximum locum post philosophum amorem ei amoris generi concessisse, quod inter populares suos vulgo pro honesto ducebatur, quandoquidem putabatur ad virtutem civilem augendam atque confirmandam plurimum valere. Id quod ipse non obscure significavit p. 256. D. E. ubi illius descriptio exhibetur. Voluit autem sine dubio inter utrumque hoc genus amoris idem discrimen intercedere, quod obtinere statuit inter virtutem germanis philosophis propriam atque virtutem civilem, quam vocavit *πολιτικὴν* vel *δημοτικήν*. Nam virtutem, quam unis tribuit sapientibus, ex absolutae veritatis scientia et cognitione efflorescere ideoque ab opinionis incertae levitate et inconstantia liberam esse iudicavit; civilem autem virtutem oriri arbitratus est ex bona morum disciplina et honesta vitae communis consuetudine legibus et institutis fundata atque confirmata. Quamobrem civilem virtutem, quamvis admodum laudabilem illam et privatim pariter atque publice utilissimam, tamen virtute ex scientia oriunda eaque suffulta multo duxit imperfectiorem, ut etiam illiberali subinde commodorum, utilitatum, voluptatum denique et iucunditatum studio inservire posset. De quibus omnibus exposuimus ann. ad Phaedon. p. 68. C. ed. 3. Similiter igitur philosophus etiam de amore illo populari sensit, vulgo pro virtutis civilis praesidio et adiumento habito. Quem etsi utpote *φιλότιμον* (p. 256. C.) adeo non contemnendum aut honore indignum esse censuit, ut etiam doctrinae suae

amatoriae rationem ad illius similitudinem conformasse videatur, tamen quoniam esset a philosophia alienus (p. 256. B. C. ἐὰν δὲ δὴ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται) et mera opinatione (δόξῃ ὀρθῇ) niteretur, parum firmitatis et constantiae habere arbitratus est, ut etiam facilem lapsum ad deteriora admitteret atque sordido et illiberali commodorum et utilitatum studio et cupiditate contaminari posset. Quam in rem contulisse iuvabit Symp. p. 185. B. C. D. De Rep. IX. p. 573. C. sqq. Legg. I. p. 656. C. sqq. Atque haec ipsa caussa est, cur qui in Symposio de amore verba faciunt, ii fere omnes in praedicandis commodis et utilitatibus versantur, quae inde in rem privatam atque publicam redundare queant. Nempe tantum abest, ut illi celsioris ac divinioris amoris certiorem teneant notitiam, ut ne honesti quidem amoris eiusque publice probati rationes satis cognitas ac perspectas habeant. Tale vero etiam illud est amoris genus, quod philosophus in Phaedro duabus prioribus orationibus amatoriis deformavit. Quippe finxit in hoc libro Lysiam tam humiliter et abiecte sentientem, ut non modo mentem nusquam ad celsiorum rerum cogitationem attollat, sed ne vulgaris quidem amoris honestatem ullo modo assequatur ideoque per omnia de viliore et humiliore amore cogitet, qui, ut Socrates p. 243. C. arbitratur, lixis potius et calonibus quam ingenuis hominibus dignus videri debeat. Atque hanc ipsam ob caussam arte callidissima a Platone ita est institutum, ut ille argute ostendere conetur melius esse non amantibus quam amantibus gratificari. Quod tamen dum isto modo peragit, propter sentiendi humilitatem eo usque delabitur, ut malis indulgens argutiis quum de amore disputet, amatoribus amoris affectum eripiat, atque simulata temperantia callidi veteratoris more puerum, quem compellat, tecta cum nequitia ad amandum pellicere studeat. Quali quidem amori quodnam pretium statuendum sit, dilucide exponitur p. 256. E. ubi Socrates posteriore oratione sua finita haec addit: „Haec tanta, inquit, o puer, et tam divina (munera) tibi largietur utrinque amatoris amicitia; sed *familiaritas* (οἰκειότης) *eius, qui non amat, mortali* temperantia permixta, (i. e. adulterata) *mortalia* tantum

eaque *parca* dispensat et in animo gignit *illiberalitatem*, quam vulgus ut *virtutem* praedicat, eoque efficit, ut novem ille millia annorum circa terram volutetur et sub terra dementia captus sit. Itaque manifestum est Lysiae orationem eo valere, ut quanto intervallo vulgaris amor, plane a philosophia aversus (p. 257. B.), quoniam miserrimae depravationi sit obnoxius, a divini amoris virtute ac praestantia distet, illustri exemplo declaretur, eademque opera etiam in iis arguatur ingens quaedam animi humilis et abiecti turpitudo, qui, licet artis et scientiae speciem prae se ferant, tamen non modo non capiant celsioris sapientiae studia et consilia, verum etiam salutaria vitae communis instituta parum recte aestiment et pravis animi cupiditatibus pariter atque pusillae mentis argutiis depravent atque contaminent. Ex quo ipso sponte intelligitur hoc consequi, ut etiam divini illius amoris, quem sapientes colunt, dignitas et praestantia luculentius emergat clariusque perspiciatur. Atque haec si recte ita a nobis iudicata sunt, certe nec obscurum erit, cur Socrates quoque eundem illum amorem priore oratione sua celebret, utpote a Phaedro coactus praeter suam voluntatem de eodem argumento verba facere. Nimirum huius quoque oratio non aliorsum pertinet; sed propositum ei tamen simul hoc est, ut vitiati amoris humilitas ac turpitudo etiam certius demonstretur. Quod qua ratione efficiatur, satis apertum est. Etenim primum quidem ille non sine festiva cavillatione sophistarum, vocabulorum originatione in definiendo prave abutentium, p. 238. B. C., vim et naturam istius amoris accuratius describit, ut iam tandem constet, quid de eius ortu atque fonte existimandum sit. Deinde etiam de argumento proposito clare magis et perspicue exponit, vitatis nugis sophisticis, praesertim quum dicendi materiam apte describat. Docet enim ordine deinceps, amantes primum animis (p. 239. C. D.), deinde corporibus (p. 239. E. sq.), denique etiam externae vitae bonis atque felicitati (p. 239. E. — 241. C.) eorum, quos amore suo complectantur, mirum quantum officere et nocere: in qua partium descriptione, nuper a quibusdam criticis mirifice neglecta, philosophus manifesto celeberrimam

illam bonorum divisionem ob oculos habuit, qua, siculi est Plat. Legg. III. p. 697. B. C. *πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθά, δεύτερα τὰ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα* discernebantur; quam quidem bonorum partitionem iam Pythagoreis placuisse ex Fragm. Archytae ap. Stob. Serm. I. Iamblich. Protrept. p. 64. et p. 74. ed. Kiessl. intelligitur, postea etiam ab Academicis et Peripateticis celebratam esse constat ex Plat. Gorg. p. 477. B. Legg. l. c. al. Aristot. Eth. I. 8. Diog. Laert. III. 80. et 81. Sext. Empir. Pyrrhon. Hyp. III. 180. Cicer. Acad. I. 5, 19. sqq. I. 6, 22. De Fin. II. 21, 68. III. 13, 43. Tuscul. v. 27, 76. Offic. III. 16, 28. ubi memorantur incommoda vel externa vel corporis vel etiam ipsius animi; Invent. Rhetor. II. 59. Partit. 22, 74 sq. al. Sed istud quidem per occasionem; redimus ad rem propositam. Versatur ergo Socratis quoque oratio prior in rimandis eiusdem amoris rationibus, quem Lysias oratione sua praedicavit, sed versatur sic, ut rei obscurae nec satis ab illo declaratae plus lucis affundatur perspicuitate et sententiarum et verborum adhibita. Haec autem omnia si vere sunt a nobis exposita, quid de utraque oratione ista, tam Lysiana quam Socratica, habita ratione argumenti, in quo tractando versantur, existimandum sit, ad iudicandum haud sane difficile est. Opponitur enim in iis amor ille civilis isque turpibus cupiditatis atque argutae calliditatis studiis depravatus divino amori, quo quam clarissime appareat, quanto ille intervallo ab huius sublimitate atque celsitate remotus sit et quantopere animi magnitudo philosophorum in contemplanda divina veritate occupatorum antecellat humilitati eorum, qui, quum in studiis oratoriis ac sophisticis versentur sedulo, tum animos suos ad rerum vulgarium, humilium ac sordidarum cogitationem deiecerint. Ex quo profecto omnibus debet esse perspicuum, quanam coniunctione ambae istae orationes, ubi spectamus earum tamquam sylvam et materiam, cum universi Phaedri corpore cohaerere existimandae sint.

Sed quum illae ad philosophiae vim rationemque patefaciendam atque illustrandam sollertissime comparatae sint, tum valent etiam ad rhetoricam humilitatis atque vanitatis coarguendam, quandoquidem

earum exemplo demonstratur, veram dicendi vim ita demum existere, si orationi ab animo divinitus concitato et celsarum rerum studio et cogitatione pleno tamquam vita et spiritus accedat, ita ut summum philosophandi fontem in divino amore positum eundem illum esse doceatur, a quo omnis dicendi vis manare existimanda sit. Considerantes enim paullo diligentius omnem Lysianae pariter atque prioris Socraticae orationis dictionem facile animadvertemus, illas utique, sive sententias, quae insunt, sive verba et elocutionem, quam habent, spectemus, mira quadam laborare tenuitate, ieiunitate, languore denique, ut prope exsangues et vitali spiritu destitutae videantur. Nam Lysiana quidem declamatio fere humi repit; res quotidianas ac sordidas rimatur; frigidas captat argutias, dum artificiosa vel ingeniosa videri vult; parva et humilia, imo etiam abiecta atque turpia consectatur; denique in summa laudis oratoriae affectatione tamen revera vi dicendi omnino caret. Quippe habet ea nihil quidquam, quod aut mentem erudiat aut animum moveat aut studium et voluntatem ad meliora flectat atque dirigat. Nec vero multo alia ratio est prioris orationis Socraticae. Quae etsi caret vitiis illis dialecticis, quibus referta est Lysiae declamatio, tamen quoniam in eodem amoris genere atque Lysiana oratio versatur planeque idem argumentum tractat, ipsa quoque est admodum languida, arida atque humilis nec usquam altius assurgit, licet Socrates identidem celsiorem quemdam spiritum ac deorum afflatum simulet; id quod non sine callida irrisione ita ab eo fieri satis apertum putamus. Nimirum vera parens eloquentiae vita et spiritu animatae et in animis hominum vere efficacis est mens gravium dignarumque rerum sensu et cogitatione referta; qua si quis careat, nae, is, etiamsi omnia dicendi artificia in numerato habeat, tamen nihil usquam magni et praeclari, nihil quod animum vere moveat et ad rerum sublimium celsarumque meditationem evehat, ullo modo efficiet, haerebitque potius in luto, unde etiamsi emergere connitatur, tamen sese non possit altius attollere. Cuius sententiae testimonium ipse quoque Socrates exhibet. Is enim ubi de re humili, sordida ac parum verecunda invitus dicere coactus est, licet vitia a Lysia in dialecticis admissa

prudentissime vitet omniaque sollerter ac subtiliter exponat, tamen vel sic nihil in medium afferre potest, quod vim habeat in commovendo animo aut mentem ad graviorum rerum meditationem traducat. Longe vero alia ratio est alterius orationis ab eodem Socrate habitae, quae ab ipso tamquam palinodia quaedam superiori opponitur. Etenim hanc ubi vel leviter cum illis superioribus comparaverimus, continuo animadvertamus necesse est, propositum esse in ipsa perfectae et consummatae prope eloquentiae exemplum, unde non modo de antegressarum declamationum pretio iudicium repetere liceat, verum etiam perspicue intelligatur, quid denique illud sit, unde oratori non modo artis laus sed etiam dicendi vis et efficacitas ducenda sit. Expressam enim in ea cernimus speciem et imaginem animi non humilis et abiecti, non rerum quotidianarum aut vilium tamquam coeno demersi, sed magni atque celsi, sed vere elati et divinitus ad summa quaeque concitati, qui quemadmodum ipse sentit magnificentius, ita etiam apud alios dignitatis et magnitudinis sensum et admirationem movet. Quocirca sermo verbis ultro ad rerum, de quibus agitur, amplitudinem accommodatis non est ieiunus et languidus, non humilis ac depressus, non denique exilis et inanis, sed uber et copiosus, celsus et magnificus, sublimis et diviniore spiritu plenus, ita ut vel in diligentissimo verborum delectu et in singulari quadam sententiarum elegantia et ornatu tamen ubique emineat admirabilis animi ingeniique altitudo atque is mentis ardor, qui nullis usquam rerum tractandarum difficultatibus aut retardetur atque minuatur aut penitus restinguatur. Nempe est haec profecto vis et potentia animi philosophiae beneficio nutriti eiusque opibus altius elati, ut, remota cogitationum exilitate, sive ea ab humilitate sentiendi sive ab artis ieiunae tenuibus ac siccis praeceptionibus ducat originem, semper orationem pariat gravem, disertam, dignitatis plenam, dummodo philosophia ipsa sit, sicut philosophia Platonis, viva quaedam sapientiae nutrix atque parens neque aridis spinosarum disputationum dumetis conclusa. Quamobrem vix indiget, opinor, demonstratione, quod iam ultro patere arbitramur, esse hanc alteram Socratis orationem a superioribus orationibus ita diversam, ut per eam

certissime edoceamur, quantum referat, ut dicentis animus rerum magnarum sensu et cogitatione moveatur neque ad vulgarium et humilium rerum meditationem adhaerescat. Ad haec vero etiam illud accedit, quod in eadem illa nec dialectica subtilitas ullo modo desideratur, ita ut, quae laus eo nomine superiori Socratis orationi debetur, ea certe huic quoque plena et cumulata tribuenda sit. Etsi enim ea provocante vel materiae magnitudine vel animi motu et elatione non raro exsurgit altius, ut reliquarum orationum humilitati paene insultare petulantius videatur, estque omnino ornatior, luxuriosior, et veneribus poeticis insignior, quam ieiunis artis magistris in pedestrem orationem convenire visum est; tamen eadem conspicua item est admirabili definiendi diligentia, partiendi subtilitate, argumentandi perspicuitate, denique disserendi sollertia, ut ipse Socrates hac ipsius virtute p. 265. B. non temere gloriari existimandus sit. Sed istae quidem dialecticae laudes quum ipsi fere communes sint cum superiore oratione Socratica, tum ea hac in parte sibi etiam proprium quiddam et peculiare habet, quod cum illa ipsa sensuum et cogitationum magnitudine, qua ipsam excellere vidimus, arctissimam habet copulationem. Etenim in priore Socratis oratione quum dialectica unice ad cernendas iungendasque meras mentis humanae notiones valeat, tum eadem illa hic traducitur ad vim naturamque rerum divinarum, quae vi sua constant atque per se absolutae sunt, explorandam atque illustrandam. Ex quo sponte apparet esse eam in superiore Socratis oratione mere Socraticam, in posteriore plane Platonicam, quandoquidem Plato ipsam voluit non notionum tantum sed idearum exploratricem esse, cuius unius ope ad veritatis aeternae scientiam et cognitionem perveniretur. Quocirca paene re ipsa edocemur, quod antea vidimus etiam alio modo indicatum esse, dialecticam cum divinae veritatis sive idearum studio et amore indissolubili sane vinculo copulatam esse, ut ambobus demum in unum coniunctis non modo philosophiae ratio ac disciplina, sed etiam ars rhetorica absolvatur atque consummetur.

Sed haec quidem de parte Phaedri priore, quae tres orationes amatorias complectitur. Quibus ita expositis certe non iam amplius obscurum fore spe-

ramus, quorsum denique spectent quae in ea sunt exposita et quamnam ea cum toto opere habeant coniunctionem. Apparet enim, opinor, clarissime, tam philosophiae quam rhetoricae in ea ita habitam esse rationem, ut et illius fontem primarium in rerum divinarum amore divinaeque veritatis intuendae cognoscendaeque facultate animis nostris divinitus tributa quaerendum esse doceatur, et huius vim omnem manare oportere demonstretur ab animi rerum coelestium studio et cogitatione sursum elati generosa magnitudine. Quod si ita est, esse autem ita, neminem certe dubitare sinent ea quae disputavimus, intelligitur profecto, id quod maxime intelligi volumus, Platonem in hac parte operis docuisse, amorem divinum, longe illum praestantiorem amore vulgari, utpote et per se deteriore et cupiditatum depravationi vehementer obnoxio, et philosophiae esse parentem, quippe qui animum ad idearum studium perpetuo incendat atque generosis celsarum et magnificarum rerum sensibus et cogitationibus repleat, et verae eloquentiae existere fontem, ex quo uno omnis eius vis manare debeat.

His vero ita disputatis iam aggrediamur etiam ad lustrandam posteriorem libri partem, quam item paucis dilucidavisse iuvabit. Quemadmodum autem in superioribus vidimus amorem divinum eum deformari, qui animum perpetuo inenarrabili quodam idearum sive divinae veritatis desiderio moveat ideoque a vitae communis humilitate ac turpitudine avocatum ad maiorem quandam altitudinem sentiendi et cogitandi attollat, ut etiam rhetorica illius demum motu atque spiritu suscepto vim nancisci aliquam in dicendo possit; ita toto hoc loco, qui inde a p. 257. C. usque ad exitum sermonis explicatur, imprimis dialecticae vim et praestantiam ostendi et in clara luce collocari arbitramur, cuius certe natura atque virtus omnis ita illustratur, ut eam unam optimam veri intelligendi, disquirendi, iudicandi, explicandi atque docendi artem ac disciplinam esse appareat, sine cuius ope ars rhetorica nulla sit. Ex quo sponte intelligitur in hac operis parte imprimis dialecticam describi, quemadmodum in parte libri priore amor philosophus illustratus est. Est autem operae pretium diligenter animadvertere, quo artificio philosophus hanc rem tractaverit. Quod

quoniam a plerisque male neglectum est, evenit quod sane evenire necesse fuit, ut de huius quoque loci argumento sinistre iudicaretur, siquidem plerosque videre licet in ea fuisse opinione, ut nihil aliud hic agi putaverint, nisi hoc unum, ut ars rhetorica inertiae et vanitatis convincatur. At enimvero re diligentius considerata nemo certe dubitabit, quin Plato in his longe maius quiddam spectaverit. Is enim dum inscitiam artis oratoriae demonstrat et castigat, simul artis dialecticae vim virtutemque omnem ita patefacit et illustrat, ut id unum maxime ipsi propositum fuisse utique existimandum sit. Etenim scite et eleganter philosophus dialecticam et rhetoricam eo modo in certamen commisit, ut denique illa victrix inde discedat. Hoc autem dum ita peragitur, non tantum rhetorices vitia acutissime monstrantur, sed etiam dialectica data opportunitate variis ac diversis locis quasi articulatim et secundum membra sua depingitur, donec tandem integrum tamquam corpus ipsius in conspectum prodeat. Quamobrem iuvabit dispexisse paullo accuratius, quid singulis locis quum de rhetorica statuatur, tum imprimis ad artem dialecticam describendam atque illustrandam afferatur in medium. Quo facto quid de universi loci compositione deque primario ipsius argumento existimandum sit, facile diiudicari poterit. Tractatur autem tota res ordine deinceps eo fere modo, ut, dum docetur, et rerum inventionem et aptam sententiarum dispositionem atque explicationem et vim persuadendi et idoneam docendi rationem arti oratoriae ab una philosophia petendam esse, quid dialectica in his omnibus valeat, ordine deinceps doceatur. Quod qua ratione fiat, quoniam in universum iam in dialogi enarratione ostendimus, nunc ita demonstravisse sufficiet, ut quomodo dialecticae imago adumbretur atque describatur, singulari opera ostendere conemur. Itaque primum quidem inde a p. 159. D. vulgari rhetoricae laus scientiae sive materiae, de qua dicendum sit, idonea cognitio eripitur, eaque occasione ostenditur dialecticae hanc tamquam sylvam esse subiectam, ut tota ad scientiam rerum veritatis pertineat. Etenim quum rhetores plerique omnes, imprimisque Tisias et Gorgias, ut supra ostendimus, τὰ εἰκότα, verisimilia, iactavissent

ideoque in dicendo, spreta veritate, unam verisimilitudinis speciem aucupandam esse statuissent; ante omnia haec ipsorum opinio refellitur, ostenditurque, rhetoricam, si unam verisimilitudinem sectari velit, secum ipsam egregie pugnaturam esse, quippe quum ipsa non modo neglectis boni et mali, turpis et honesti, utilis et inutilis discriminibus turpissima scelerum et flagitiorum administra extitura esset, verum etiam sine veritatis cognitione ne verisimilitudinis quidem rationes ullo modo esset assecutura; p. 259. E. — 262. C. Hoc vero dum ita ostenditur, una eademque opera etiam supremum dialecticae munus et officium designatur, quod omnino pertineat ad vim naturamque rerum explorandam atque cognoscendam, ideoque ad idearum cognitionem referatur, sicuti iam in Socratica oratione posteriore p. 249. B. sqq. coll. p. 237. C. indicatum fuit. Itaque primum, quod hac disputatione edocemur, hoc est, ut dialecticam referri ad veritatem cuiusque rei cognoscendam intelligamus. His vero disputatis proceditur deinde etiam ad aliud quid, quod pertinet ad illustrandam viam et rationem, quam dialectica in fungendo munere et officio suo ingredi soleat. Docetur enim deinceps etiam hoc, rhetoricam quia non solum scientia veritatis careat, sed etiam artis expers sit, in rerum dispositione atque expositione destitutam esse praestantissimo illo veri cognoscendi praesidio et adiumento, cuius unius ope res accurate definiri, notiones earum rite iungi ac secerni, denique membra apte describi, disponi, explicari, illustrari queant; p. 262. C. — 268. A. Quo quidem loco continuo alterum explicatur, quod dialecticae proprium esse censeri debeat. Describitur enim ratio atque via, quam ea in obeundo munere suo gravissimo inire ac tenere soleat. Quocirca disputatione admodum subtili atque copiosa inde a. p. 265. D. sqq. ostenditur, propriam ipsi esse analyticam et syntheticam, quam fere appellant, veri exquirendi rationem, qua nemo carere possit, qui aut ipse verum cognoscere aut ab aliis illud cognosci velit. De quo quidem dialecticae munere quoniam iam in superioribus secundum Platonem explicavimus, hoc loco ut pluribus exponatur, neutiquam opus videtur. Pergimus igitur ad tertium quiddam. Ostenditur

enim inde a p. 268. A. artificia rhetorica, qualia vulgo iactentur, parum aut nihil in permovendis animis posse propterea, quod nihil eo valeant, ut aut universa rei cuiusque, de qua dicendum sit, natura perspiciatur, aut varia orationis genera, pro varietate ingeniorum singulis adhibenda, rite distinguantur. Cuius rei facultas p. 269. B. C. uni vindicatur dialecticae omninoque philosophiae. Haec enim sola esse iudicatur, quae, dummodo idoneum nacta ingenium sit, tum interiorem rerum pariter atque animorum naturam patefaciat, assumta etiam totius mundi contemplatione, tum variis et orationum et animorum generibus distinctis quam clarissime doceat, quaenam orationes quibus animis quo tempore et loco admovendae sint, eaque in re constanter illud sequatur, ut non vana et inanis captetur verisimilitudinis species, sed veritatis rationes diligenter observentur, ideoque, sicuti fas sit, ea proferantur, quae, si non hominibus, at certe diis immortalibus, rerum humanarum dominis, grata sint et accepta; p. 268. A. — 274 A. Qua quidem disputatione quemadmodum confirmantur superiora, quibus demonstratum est dialecticam et in cognoscenda rerum natura et in iungendis atque cernendis ideis versari, ita etiam supremus finis designatur, ad quem ea denique contendere debeat. Iam vero his omnibus postremo etiam quartum quiddam adiicitur, quod et ipsum ad patefaciendam dialecticae vim ac virtutem plane comparatum est, quandoquidem ad eius usum et exercitationem pertinet. Quum enim rhetorica, qualem supra cognovimus, etiam scriptionibus orationum plurimum tribueret iisque mirifice superbiret; inde a p. 274. B. etiam litterarum scriptura, quae invaluerat, ita taxatur, ut gravi ac diserta disputatione ostendatur, quanto sit praestantior vivi et animati sermonis quam mutarum litterarum usurpatio. Quocirca primum quidem usum litterarum hoc mali habere significatur, ut memoriae vim obtundere adeoque animis hominum vanam sapientiae opinionem, vero sapientiae studio utique inimicam, ingenerare existimandus sit. Deinde vero etiam docetur, scriptae orationis nullam aliam fere esse utilitatem, nisi hanc, ut valeat ad commonitionem et recordationem, quandoquidem ad cognitionem ideo minus apta vel utilis cen-

senda sit, quia vita atque spiritu careat, quo animus atque mens ad scientiam adipiscendam sanequam indigeat. Quo quidem nomine unice probantur atque laudantur sermones philosophorum, quippe quibus unis maxime id efficiatur, ut in colloquentium animis gignatur veri, boni et pulcri scientia viva atque perpetua, quum unus dialecticus is sit, qui primum quidem uniuscuiusque rei, de qua dicendum sit, vim et naturam perspectam habeat; deinde quidque possit definiendo explicare ac describere; tum eadem rursus secundum genera et formas apte dividere didicerit; denique etiam ea, quae dicenda sint, pro rerum ipsarum varietate variis discentium animis et ingeniis accommodare consueverit; p. 277. B. C. — Etenim scriptam orationem nihil aliud esse ostenditur nisi germanam quamdam orationis ore prolatae sororem et adumbratam huius imaginem (p. 276. A. λόγος ἀδελφὸς γνήσιος et εἴδωλον τοῦ τῶν εἰδότων λόγου), quae ad recordationem quidem et ad generosam quandam animi oblectationem valeat, sed ad scientiam nihil fere possit, ut vivis sermonibus a dialectico usurpari solitis longissime postponenda videatur; p. 276. B. — 277. C. Quamquam litterarum scriptura non plane ac simpliciter contemnenda indicatur. Laudabilis enim censetur esse, si non persuadendi, sed docendi caussa suscepta et cum veritatis scientia coniuncta sit, ita ut scriptor perspecta rerum natura caussas et rationes eorum, quae littèris mandaverit, idoneo modo reddere queat; p. 277. E. — 278. C. Quin etiam ille, qui vel orator vel poeta vel legum auctor talis extiterit, ut eorum, quae in litteras retulerit, rationem afferre et caussam agere possit, longe magnificentiore nomine, quam quod de more gerat, dignus esse dicitur, ita ut, si non sapientis at certe philosophi sive viri sapientiae amantis laude condecorandus videatur; p. 278. C.

Haec igitur est summa eorum, quae posteriore libri parte sunt exposita. Quae quidem omnia ubi iam uno tamquam mentis obtutu contuemur, certe non videtur ullo modo dubium aut controversum esse posse, quonam ea vinculo cum universo dialogi corpore contineantur et quid ad illud absolvendum valeant. Est enim manifestum, hic ita esse institutum, ut, dum rhetorica inertiae convincitur, dialecticae virtus

et natura eo modo aperiatur, ut eam unam praestantissimam et intelligendi atque iudicandi et dicendi docendique auxiliatricem atque magistram esse appareat ideoque etiam cum amore divino indissolubili vinculo nexam atque copulatam. Nam quod amator philosophus unice sibi expetit, idem etiam dialectica habet propositum, quae id unum maxime studet efficere, ut quaerendo, disserendo, colloquendo, docendo denique in animis colloquentium veritatis scientia atque cognitio perpetuo gignatur, augeatur, atque propagetur, sicuti imprimis etiam docetur Sympós. p. 204. — 209. D. Itaque sponte intelligitur, in hac quoque sermonis parte philosophiae pariter atque rhetoricae habitam esse rationem, idque eo modo, ut philosophiae princeps locus concessus sit. Nam etiamsi prima specie, forma dialogi atque compositione considerata, id unum maxime agi videatur, ut rhetorices inertia et inscitia arguatur, tamen qui rerum tractatarum dignitatem atque gravitatem momentis suis ponderaverint accuratius, ii certe minime dubitabunt, quin disputationi de dialecticae vi et natura tamquam primae tribuendae sint.

Exposuimus tandem de duabus libri partibus, unde totum ipsius corpus, ubi a scenico eius ornatu discesserimus, compositum et conflatum est. Quo negotio peracto sequitur nunc, ut de universi libri argumento et summo consilio breviter sententia ferenda sit. Quod quidem iam aliquanto tutius fieri poterit, quam supra a nobis factum est, quo loco quid nobis videretur, tamquam praesignificavimus, quandoquidem accuratius nunc cognitam habemus sententiam ac mentem philosophi in singulis sermonis locis proditam. Exploratum autem iam habemus, de philosophiae doctrina et ratione si quaeritur, in priore parte operis philosophum amorem tamquam naturalem quemdam animi humani appetitum atque motum diviniorem informari, quo homines nativa ad sapientiam indole praediti usque ad idearum contemplationem cum ipsarum comprehensione coniunctam rapiantur atque perducantur, eoque etiam spreta et contemta vitae vulgaris humilitate ad nobilem generosamque sentiendi atque cogitandi altitudinem attollantur. Exploratum item habemus, in posteriore libri parte describi dialecticam tamquam unicam veritatis aeter-

nae sive idearum animi intuitu spectatarum exploratricem, cuius opera quae olim animus cum voluptate consideraverit et apprehenderit, denique ad scientiae perspicuitatem, quam Cicerones nostri conscientiam appellare solent, explicentur, ita ut, spreta et contemta fallaci specie verisimilitudinis, cuiusque rei vis et natura veritati convenienter aperiatur atque declaretur. Ex quibus omnibus certe manifestum esse debet revera omnem philosophiae vim et ubertatem esse patefactam demonstratis eius elementis et reclusis ultimis ipsius ac primariis fontibus. Nam proficiscitur sane omnis philosophia, ut ipsum nomen indicat, ab amore rerum divinarum atque altius sentiendi cogitandique consuetudine cum eo consociata, qui amor animis tamquam sortito divinitus obtigit et per nativam indolem inde a primordiis suis proprius fuit. Sed hic ipse amor ut fructus efferat imprimisque etiam vitae mortali divinarum rerum scientiam et recordationem impertiatur, indiget sane auxilio dialectices, quae est veri cognoscendi instrumentum, quo philosophandi cupiditas atque studium mortalibus ingeneratum nullo modo carere potest. Nam quum ipsa idearum spectatio olim animis beatioribus concessa generum et formarum discriminationem sive idearum comprehensionem pepererit, tum etiam recordatio idearum, qua philosophiae scientia absolvitur, nulla esse potest, nisi divinarum rerum species atque formae discernantur, sicuti perspicue p. 249. B. C. indicatum est. Ex quo fit, ut dialecticus pariter atque amator divinus idem sit philosophus. Atque haec si ita sese habent, sponte profecto intelligitur in Phaedro utique id agi, ut omnis omnino philosophiae virtus et praestantia in clariore luce ponatur, quandoquidem ipsam, apertis eius fontibus, docetur hanc vim habere, ut non modo animos ad ideas convertat eoque ad sentiendi cogitandique altitudinem, qualis deceat sapientem, sursum evehat et attollat, verum etiam veritatis quaerendae, diiudicandae, explicandae atque tradendae facultatem afferat, ut tamquam mater quaedam atque parens coelestioris sapientiae et rerum cognitionis informata sit. Verum enimvero tantum abest ut in hoc uno insint omnia, ut philosophus etiam aliquanto ulterius processerit. Comparavit enim cum philosophia isto

modo informata rhetoricam, eamque sine philosophia nullam esse demonstravit, quoniam nec sine animi altitudine illa, quam una pariat divinae veritatis in rerum pulcritudine elucentis atque radiantis contemplatio, vis dicendi nomine suo digna reperiatur, nec sine veritatis quaerendae, cognoscendae, iudicandae, docendae facultate ars et ratio dicendi ulla intelligatur. Qua quidem ratione denique omnino efficitur hoc, ut unam philosophiam esse intelligamus, per quam sensibus generosioribus cum divinarum rerum cognoscendarum desiderio coniunctis atque ideis sive notionibus tum aditus in animos nostros pateat, tum exitus inde per verba et orationem detur, quandoquidem ars oratoria, quantumvis sese iactet, tamen hoc tam grande et magnificum munus sibi iniuria arrogare soleat. Hoc igitur est, quod universo Phaedri operi tamquam ultimum atque summum propositum esse arbitramur. Pertinent igitur omnia postremo ad laudes philosophiae, quam propter caussas et origines suas pro praestantissima tam alte cogitandi et subtiliter iudicandi quam digne recteque dicendi, docendi atque scribendi procreatrice atque magistra habendam esse probatur. Quae quidem laudes tanto profecto sunt illustriores atque magnificentiores, quod simul gravissimi quique omnis philosophiae loci vel breviter perstringuntur vel luculentius illustrantur; ex quo quanta sit ipsius dignitas atque maiestas, nullo negotio perspicitur.

Exposuimus tandem de re longe gravissima, cuius unius maxime gratia disputatio, quam adhuc instituimus, tota fere suscepta est. Ne tamen desideretur aliquid, quod ad propositae sententiae confirmationem faciat, etiam de ea parte dialogi, quae externum dialogi ornatum continet, breviter explicabimus, quippe paucis ostensuri, etiam apparatum scenicum talem esse, quae universi libri consilio, quale indicavimus, plane conveniat. Quamobrem primum quidem de personis colloquentium, deinde autem de tempore et loco, quo dialogus habitus fingitur, disputabimus.

Et de colloquentium quidem personis ubi quaeritur, Phaedrus pariter atque Socrates is est institutus ac deformatus, ut facile appareat, utrumque, quamvis propriis atque suis animi ingeniique dotibus conspicuum, tamen item talem effictum esse,

qualem huius operis rationes sibi maxime depoposcerunt. Etenim Phaedrus quidem natu et genere quis fuerit, sane ignoramus, de quo quae ab antiquis scriptoribus prodita sunt, paucis exceptis, plane a veritate abhorrent. Nam quod Athenaeus XI. 113. p. 505. F. narrat, eum ne fuisse quidem aequalem Socratis ideoque temere apud Platonem cum illo colloquentem induci, id tanto magis erroris nomine suspectum est, quod idem Phaedrus etiam in Protagora p. 315. et Symposio coetui colloquentium una cum Socrate interest. Nimirum bonus Athenaeus, quem constat undique cupide arripuisse quae ad Platonem calumniandum facerent, egregie falsus est iudicio suo, qui Phaedrum Platonis confuderit cum alio Phaedro natu maiore, cuius mentio iniicitur apud Lysiam De bonis Aristophan. §. 15. id quod verissime perspexerunt C. Fr. Hermann. Histor. Philos. Platon. I. p. 672. Theod. Bergk. ad Andocid. Schiller. p. 133. sq. Droysen. in Welcker. Mus. Antiqq. Rhen. III. p. 133. sqq. Nec vero quae Diog. Laert. III. 29. et personatus Lucianus Amor. T. V. p. 284. sqq. de eo memoriae prodiderunt, flocci facienda sunt. Qui quod Phaedrum scribunt ipsius Platonis παιδικά fuisse, nihil isto commento cogitari potest stultius et ineptius. Nam originem calumniae patet repetendam esse ex loco Phaedri Platonici perperam intellecto aut perversa malignitate in alium sensum detorto. Quippe compellat Socrates, Lysia rei exemplum praeeunte, in orationibus suis amatoriis subinde puerum, quem fingit praesentem adesse, ut p. 237. B. C. p. 238. D. Quod ita facit etiam in oratione posteriore p. 244. A. sqq. Ibi vero priusquam dicendi initium facit, p. 243. E. haec interrogat: *Ποῦ δή μοι* inquit, *ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον;* Ad quae Phaedrus, lepide scilicet iocans ille: *Οὗτος παρά σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλῃ.* Ex quibus verbis homines temerarii protenus concluserunt Phaedrum fuisse παιδικά Platonis, qui suas ipsius partes Socrati tradiderit. De quo iudicio quid existimandum sit, nemo profecto ambigat, qui qua ratione philosophus Phaedrum cum Socrate sermocinantem fecerit, paullo accuratius perspectum habeat. Verum enim vero etiamsi de Phaedro alibi nihil memoriae proditum est, unde quis et qualis homo

fuerit, certius statuere liceat, tamen quam personam in Platonis dialogis, imprimisque in Phaedro, sustineat, satis manifestum extat. Nam in Phaedro certe talis est, qualem unum maxime universi operis rationes postulare videantur. Agit enim ibi partes potissimum duplices, quandoquidem primum personam gerit viri rei amatoriae, qualem fere informatam tenebant homines a philosophia alieniores, admodum curiosi; deinde etiam singularis cultor et admirator est rhetorum sophisticorum imprimisque Lysiae, cuius orationem summis laudibus effert; quamquam in neutro genere sapit altius aut quid pro vero et recto probandum sit, satis cognitum ac perspectum habet. Quod utrumque quale sit, paullo diligentius consideravisse non inutile erit. Est igitur Phaedrus utique homo amatorius. Quamobrem p. 227. A. vocatur σοφὸς τὰ ἐρωτικά. Quamquam ea in re neutiquam favet humili lubidini, sed honestatis laudem sectatur; id quod perspicue apparet ex oratione illa, quam in Sympos. p. 178. sqq. recitat, ubi primum quidem Amorem ut magnum et venerabile numen maxime propter ortus antiquitatem praedicandum censet; deinde eundem ideo laudat, quia hominibus praestantissima quaeque bona largiatur, quippe quum amantium animos honesto pudore ac virtutis studio repleat, eoque ad sapientiam perducat. Quod profecto arguit eum unice probare amorem cum virtute civili coniunctum, qualem Athenis pro honesto habitum esse constat, ut haudquaquam assentiamur Ed. Wundero, qui in Philologo Schneidewin. Vol. VI. p. 692. bono Phaedro nescio quam turpem nequitiam attribuit. Atque hanc rationem certe etiam in dialogo cognomine tenet, ubi bono animo Lysiae orationem dilaudat, qui ostendere instituerit, melius esse non amantibus quam amantibus obtemperare, scilicet ipse non sentiens et animadvertens, Lysiam celsioris amoris nullam plane habere notitiam adeoque callide praetexta temperantiae specie revera tectam nequitiam commendare. Iam vero idem, utpote amatorius, etiam fingitur tenerioris animi, imbecillus, mollis ac delicatulus, ut etiam rerum suavium ac iucundarum sensui lubenter indulgere soleat, qualem hominem nostri fere sentimentalem vocare consueverunt. Quamobrem valetudinis suae molliter curiosus praeceptisque medi-

eorum religiose obtemperans lubenter extra urbem aëris liberi salubritate fruitur (Phaedr. p. 268. A. sqq. 270. C. 229. A. coll. Symp. 176. D.) atque regionum amoenitatibus mirum quantum delectatur (p. 229. A. B. 230. B. C. 235. D. 238. D. E. 239. C.). Percellitur item facile rerum externarum impulsu ac repente ita movetur animo, si qua species ipsi insolentior oblata est, ut tantum non extra semet ipsum rapiatur (p. 236. B. sqq. al.). Atque hanc ipsam ob animi mollitudinem per facetum lusum (p. 244. A.) vocatur Myrrhinusius, Pythoclis filius, atque manifesto ut Socrate aetate aliquanto minor designatur (p. 236. D.), licet ipsum neutiquam adolescentem sed aetate provectiorem fuisse verisimile sit. Est enim et rhetoricae amicus et homo amatorius. Tuetur igitur Phaedrus, ut apparet, personam honesti quidem rei amatoriae amici, sed eiusdem tenerioris, mollioris ac delicatioris, ita quidem, ut a philosophia alienior neque Lysiae argutias ac tricas recte aestimare neque sublimiorem amandi rationem ac disciplinam ullo modo mente et cogitatione sua assequi possit. Verum idem iste homo amatorius induit etiam personam ardentioris et fervidioris artis rhetoricae admiratoris, quam et diligenter didicit et propter epidicticas orationes, imprimis Lysiacas, facit plurimi, ut etiam orationum sit cupidissimus (v. p. 228. A. 235. D. 242. A. B. 243. C. 258. E. 259. B. al.) Trivit igitur artes rhetorum (p 273. A. B. 266. D.), oblectaturque vehementer oratoriis declamationibus (p. 228. A. et 242. A.) ut etiam in Symposio (p. 177. A.) narretur auctor extitisse, ut laudes amoris praedicarentur. Nec ignarus est ornatus oratorii ex tropis et figuris dicendi nascentis, utpote fidus rhetorum ac sophistarum discipulus in istiusmodi artificiis vel imprimis dicendi laudem positam esse existimantium (p. 227. sqq. 242. B. 273. A. al. coll. Symp. 178. sqq.), maximeque in Lysia admiratur acumen ingenii (p. 227. C.), cuius declamationem amatoriam tam studiose tractavit, ut eam etiam edidicisse videatur (p. 227. A. — 228. A.). Talis igitur Phaedrus est, hoc est, et amatoriae disciplinae et artis rhetoricae cultor et admirator propemodum furiosus, cui tamen deest recte subtiliterque iudicandi facultas atque philosophiae ratio et conformatio. Qualem qui-

dem hominem nonne recte censebimus primario libri consilio, quale supra esse iudicavimus, longe convenientissime fictum et adumbratum esse? Nimirum sustinet ille profecto toto dialogo partes secundarias, quum et amoris non philosophi et rhetorices a philosopho alienae caussam tueatur, qualis persona ut prodiret in medium, plane consentaneum fuit universi libri rationibus.

Haec igitur de Phaedro. Sequitur ut de Socratis persona dicendum sit. Cui si quis quaerat quaenam partes sint demandatae, responsio in promtu est. Est enim Socrati hoc impositum muneris et officii, ut vel amatoris vere philosophi vel perfecti dialectici partes agat. Quamobrem ipse quoque est plane amatorius. Sed sectatur genus amoris celsum, magnificum, inusitatum, quod totum pertinet ad rerum divinarum studium et cognitionem. Quod quale sit, quoniam iam supra declaratum est, hoc loco exponere supervacaneum putamus. Quoniam vero amor ipsius plane coelestis est et ad res divinas spectat, certe nemo mirabitur, quod per totum dialogum animum ostentat vere pium, religiosum, plenum sancta erga deos et res divinas reverentia atque verecundia. Quorsum praeter alia spectant illa p. 229. C. sqq. ubi Socrates acriter carpit sophistas, qui in interpretandis fabulosis popularis religionis narrationibus grassentur licentius et divina atque humana promiscua habeant, dummodo splendidis nugis et argutiis suis indulgere queant. Nimirum isto modo significat castum et intaminatum servandum esse sancti et religiosi sensum, siquidem futurum sit, ut quis purus et integer ad sacra divinioris sapientiae contemplanda aggrediatur. Eodem vero pertinent quae p. 242. et 257. A. B. perscripta leguntur. Quo loco ille sese profitetur de iis, quae priore oratione sua exposuerit, vehementer esse sollicitum, ideoque Amorem piis precibus rogat, ut, si quid dixerit numine ipsius indignum, eius sibi propitius veniam impertiatur. In quo simul aculeus in Lysiam atque Phaedrum inest, qui humilem tantum ac vulgarem amorem laudavissent; divinum atque celsiorem temere neglexissent. Neque ab hac caussa aliena sunt quae p. 279. B. C. dicuntur. Finita enim oratione vir sanctissimus ibi protenus ad deos locorum tutelares pias preces facit,

ab iisque petit, ut sibi benigne largiantur internam animi pulcritudinem; externa autem bona, si qua sibi obtigerint, animi mentisque virtuti paria efficiant. Quod quemadmodum omnino praeclare ac superioribus sermonibus plane convenienter dictum est, ita spirat nescio quam religiosam pietatem, qua imbutus est dicentis animus. Denique huc non temere videmur morem quemdam revocare per omnem fere sermonem constanter observatum. Fatetur enim Socrates, quaecumque de amore proferat, ea accepta referenda esse instinctui cuidam animi sui diviniori. In quo tamen diligenter est animadvertendum, aliter ipsum ea in re facere, ubi de vulgari amore loquitur, aliter, ubi exponit de amore divino. Nam de vulgari quidem amore sicubi verba facit, sese simulat extrinsecus a nymphis aliisque diis locorum tutelaribus insolito quodam spiritu concitatum esse, ut p. 238. C. D. 241. E. p. 262. D. 263. D. De coelesti autem amore dicturus orationis suae caussam repetit a daemonio, quod ipsum iusserit animum religione exsolvere. Nimirum ita scite urbaneque vulgaris amoris rationes ad opinionem sive δόξαν referendas esse significat, ut adeo de iis dicturo mentis motus et concitatio aliunde obtingere videatur. Quo nomine popularem religionem utilitati esse posse haud sane inepte statuit. Sed vulgaria ista de amore placita quoniam divinat et auguratur cum errore esse coniuncta adeoque indigna numinis maiestate; ubi ad sublimiorem accessurus est de amore sententiam, sese a daemonio suo monitum esse ait, ut retractatis aliquando superioribus deo digniora in medium afferat. In quo sicuti faceta quaedam atque urbana continetur cavillatio, qua festive ridentur vulgares rhetorum de amore declamationes, ita etiam pii et religiosi animi quandam inesse testificationem nemo facile infitias iverit. En igitur imaginem Socratis, servatis primitivis proprii ingenii lineamentis, convenienter iis adumbratam, quae de divino amore ab ipso disputantur. Verum eadem illa imago certe negari non poterit quin etiam iis plane sit conveniens, quae in hoc libro exponuntur de dialectica. Etenim idem ille Socrates, qui perfecti amatoris personam sustinet, etiam perfecti et consummati dialectici summique oratoris partes agit, ut ipsi, si verum quaeri-

mus, denique ad philosophi omni laude cumulati virtutem nihil deesse existimandum sit. Nam primum quidem sermonum et audiendorum et instituendorum est longe avidissimus, sicuti exigit munus dialectici, ut ne rhetoricas quidem declamationes aspernetur. v. p. 228. B. 230. D. E. 236. E. 237. A. al. Deinde non tam externam rerum naturam eiusque amoenitates contemplari cupit, quam homines potius studet cognoscere eorumque mores et ingenia explorare, omnia quippe referens ad divinum illud γνῶϑι σεαυτόν, ideoque etiam raro ex urbe egrediens, quoniam arbores et regiones circumiectae ipsum nihil doceant; homines in urbe versantes doceant plurima, quae ad veritatis cognitionem valeant; v. p. 230. D. Nimirum istud quoque facile apparet proprium esse dialectici, perpetuo tam in gymnasiis quam in aliis hominum coetibus colloquendi atque disserendi opportunitatem quaerentis; v. p. 227. A. et 261. D. Porro vim rationemque artis dialecticae adeo tenet, ut non modo eius praecepta exponat sollertissime, sed etiam usum eorum plane calleat. Nam quae p. 265. D. — 266. C. 270. A. — 272. B. p. 277. B. C. al. de dialecticis disputat, ea non modo patefaciunt luculenter, quidnam illud sit, in quo dialecticae virtus ac praestantia cernatur, verum etiam aperte declarant quantum ea ad emendandam rhetoricam valeat. Quod certe eius esse fatendum est, qui totus in dialecticis habitet. Postremo etiam in orationibus, quas declamat, is est, qui omnia rite definiat, subtiliter partiatur, iusto ordine exponat, denique eo modo persequatur, ut nihil non idonea ratione illustretur. Quae omnia certe satis evincunt, opinor, eundem illum Socratem, quem antea ut perfectum amatorem informari vidimus, etiam ut perfectum dialecticum loquentem induci, ita ut artis dialecticae caussam agat sollertissime. Iam vero ad haec omnia accedit denique etiam tertium illud, quod cum utroque munere, quod ei proprium esse vidimus, arctissime sane coniunctum est. Tuetur enim oratoris plane excelsi ac divini laudes ita, ut prope perfectus hoc in genere censeri debeat. Nam quum recte et subtiliter verba faciat, tum etiam propter sapientiae divinae amorem incredibilem plane abundat praeclaris ac magnificis sententiis animumque ostentat non ad humilia aut

vulgaria abiectum, sed celsarum rerum cogitatione plenum, unde fieri non potest quin etiam ea nascatur oratio, qua nihil excellentius fingi cogitarique possit, praesertim quum etiam ita statuat (p. 273. E.), ut rhetoricae nihil esse debere antiquius, quam ut quae dicantur etiam deo grata sint atque accepta. Hae igitur sunt Socratis in hoc dialogo partes; hoc est ipsius ingenium; hi sunt eius mores. Quae omnia quam egregie conveniant cum iis, quae antea de universi operis argumento et consilio disputavimus, uberius exponere certe minime opus erit.

Nec vero in aliis apparatus scenici partibus quidquam repertum iri putamus, quod non cum nostra ratione pulcerrime concordet. Imo omnia ita videntur esse comparata, ut eam non mediocriter fulciant et communiant. Nam ut primum de tempore colloquii dicamus, est illud profecto tale delectum, quod tam amoris studiosis quam rhetoricae ac dialecticae amantibus longe sit accommodatissimum. Incidit quippe sermo in aestivum tempus; v. p. 229. A. 230. C.; instituiturque circa meridiem, dum inter solis aestum cicadae acutum emittentes cantum ad colloquendum atque confabulandum suaviter exhortantur. v. p. 229. A. 330. C. 242. A. 259. A. D. Nimirum tam amoris laus et consideratio quam sermonum de arte rhetorica miscendorum cupiditas eos adeo occupatos tenet, ut laborum, qui ipsis exantlandi sint, facile obliviscantur neque sese ardore solis a confabulando ullo modo retineri patiantur, ut facile rursus in his agnoscamus homines et rei amatoriae et rhetoricae vel dialecticae studiosissimos, quales antea vidimus universi dialogi rationes utique sibi deposcere. Nec vero aliter iudicandum est de locorum, ubi sermo habitus fingitur, descriptione, quam quidem vel ideo suspicari licet a scriptore subtilissime elaboratam esse, quia est solito amplior et copiosior. Versantur enim Phaedrus atque Socrates urbe relicta in loco quodam amoenissimo ad Ilissi ripas sub platano patulis ramis diffusa; v. p. 227. D. — 230. Ibi igitur postquam consederunt, suaves miscent sermones; ibi amatorias declamitant orationes; ibi de rebus gravissimis, de amore, de arte oratoria, de dialectica, disputationes instituunt. Neque vero una regionis amoenitas est, quae colloquen-

tes mulcet ac detinet. Habet eadem etiam alias suavitates. Est enim consecrata antiquis deorum religionibus. Quippe sunt ibi in vicinia ripae Ilyssi mysteriis minoribus sacrae, ubi Dianae Agraeae templum erat consecratum atque Boreae ara exstructa, v. p. 229. A. — C. Sunt ibi porro antiqua simulacra et donaria, quae Socrates suspicatur Nymphis quibusdam atque Acheloo esse dedicata; p. 230. B. C. Adorantur denique illic etiam Pan aliique dii ἐγχώριοι; p. 279. B. C. Itaque totus locus sacer est, ut fieri non possit, quin eos, qui ibi commorantur, religiosae pietatis sensus sanctique ac divini animi motus cieant ac perfundant; de qua re v. p. 238. D. 241. E. 263. D. Quid igitur? Quorsum tandem spectare dicemus elegantissimam hanc locorum descriptionem? an illam cum quibusdam libri enarratoribus meri ornatus gratia exhibitam esse arbitrabimur? Enimvero nos quidem si quid iudicare possumus, praeclare ea attemperata est universi operis argumento et consilio. Agitur enim primum in eo, sicuti vidimus, de re ad ciendos animi affectus longe gravissima, de amore. Huic igitur locorum rationes egregie plane conveniunt, siquidem ipsae quoque ad molliores, teneriores, celsiores, diviniores denique sensus excitandos alendosque comparatae sunt. Id quod etiam Socrates identidem significat, ut p. 238. C. D. 241. E. 263. D. 278. B. C. al. Agitur vero etiam de dialectica et rhetorica, cuius natura ita fert, ut ad colloquendum, sermocinandum, quaerendum, disserendum, invitet et cohortetur. Quid vero ad haec omnia magis possit pellicere et incitare, quam talis locorum amoenitas, suavitas, magnificentia? Enimvero quantum ea hoc in genere possit quantamque vim exserere soleat, id rursus clarissime edocemur ab ipso Socrate, qui p. 258. E. leni etiam admixta irrisione opportunissime ostendit, ipsum chorum cicadarum in vicinia stridentium cohortari videri, ut ne ipsi in disserendo languescant, sed sermonum institutorum cursum gnaviter persequantur.

Verum satis haec de ornatu dialogi scenico. Quae si vere recteque disputata sunt, non videmur iniuria contendere et affirmare, etiam exordium libri omnemque scenicum dialogi apparatum ita esse inventum, ut quid potissimum in hoc opere agatur,

non obscure significetur. Tantum abest enim, ut quae in scenica re attinguntur, aut ad unam rhetoricam aut ad unum solum amorem aut ad solas rationes dialecticas comparata sint, ut ad ista omnia communiter referantur. Ex quo quantum roboris ac firmamenti ei sententiae accedat, quam antea de universi libri consiliis expromsimus, adeo manifestum extare putamus, ut res neutiquam uberiore disputatione indigere videatur.

Sed hic tandem aliquando finire placet disputationem de libri argumento et consilio susceptam, quandoquidem satis iam perspicuum fore confidimus, quorsum denique universae scriptionis rationes referendae sint. Quamquam eae plenius etiam cognoscentur, opinor, ubi adhuc de temporibus quaesiverimus, quibus librum a Platone scriptum et in lucem emissum esse verisimile sit. Licet enim profecto ex ipso eius argumento coniicere, singulares quasdam extitisse caussas, cur Plato animum ad eum scribendum appulerit. Nam quod in eo philosophiae vis et natura ea, qua factum esse vidimus, ratione aperitur ac declaratur; quod porro ars rhetorica acrius corripitur et exagitatur; quod denique litterarum scripturae pariter atque vivae vocis institutioni suum pretium statuitur; sunt profecto haec omnia ita comparata, ut non temere inde suspiceris, ipsa tempora ita tulisse, ut philosophus harum rerum disputationem suscipiendam statuerit.

Est autem pervulgata et iam antiquitus prodita hominum doctorum opinio, fuisse hunc dialogum omnium primum, quem Plato et litteris consignaverit et in lucem publicam emiserit. Nam veterum quorundam criticorum eam fuisse sententiam, liquido testantur Olympiodorus Vit. Platon. p. 78. ed. Fischer. coll. Schol. ad Phaedr. p. 311. ed. Bekker. et Diogen. Laert. III. 38., a quibus discimus, floridam et luxuriantem dialogi orationem imprimis caussam extitisse, cur illi ita statuerint. Ex recentioribus autem eam sententiam defenderunt Schleiermacherus, Astius, Heusdius, Boeckhius, Brandisius, Henr. Ritterus, Krischius, alii, qui fere ita sibi persuaserunt, ut praeter orationis speciem, quae iuventutem scriptoris argueret, etiam rerum tractationem eo perducere existimarent, ut iuvenilem hunc esse

ingenii Platonici fetum putare cogeremur. Quocirca origines eius ad eadem fere tempora retulerunt, quo colloquium habitum fingitur. Quod quale sit, satis certo definiri potest. Incidit enim illud procul dubio in Olymp. XCIII. 2. vel 3. Id quod his argumentis conficitur. Primum enim Lysias ut rhetor celeberrimus in medium producitur. Is vero quum Olymp. XCII. 1. Thuriis Athenas revertisse narretur, consequens est, ut sermo post illum annum habitus sit. Porro p. 268. C. D. Sophoclis et Euripidis ut vivorum mentio est iniecta. Eos autem constat Olymp. XCIII. 3. vel 4. diem supremum obiisse, de qua re v. Boeckh. Graecc. Tragicc. Princip. p. 209. et Bode Gesch. d. dram. Poes. d. Hell. Vol. I. p. 354. et p. 456. Itaque sermonem manifestum est ante illorum obitum habitum fingi. Atque eodem fere faciunt etiam ea, quae p. 278. E. de Isocrate dicuntur, ubi Plato Socratem fecit de illo ut adolescente optima quaeque augurantem. Is enim quum Olymp. XCIV. 1. triginta tyrannis dominantibus, facta bonorum suorum iactura, in Chium insulam migraverit ibi ludum rhetoricum moderaturus neque proximo inde tempore Athenas redierit, colloquium ante illum annum institutum esse sponte intelligitur. Quod iudicium confirmatur etiam loco p. 257. B. ubi Polemarchi, fratris Lysiae natu maioris, mentio fit. Qui quum teste Plutarcho Vitt. X. Oratt. p. 835. D. et Photio s. n. coll. Lysia adv. Eratosthen. §. 8 — 19. Olymp. XCIV. 1. tempore oligarchiae supplicio sit affectus, certe nullo pacto sic, ut ibi factum est, memorari potuisset, nisi etiam tum in vivis fuisset. Ex his omnibus igitur necessario consequitur, ut colloquium intra Olymp. XCII. 1. et Olymp. XCIII. 3. — 412. et 406. a. Chr. n. habitum fingi putandum sit. Quamquam Lysias sine dubio nec sic statim post adventum suum Athenis ad maiorem quandam rhetoris eximii famam et auctoritatem pervenit nec sese ibi continuo ad scribendas orationes contulit, siquidem teste Cicerone Brut. c. 12. primo artem tantum professus est, ac postea demum in scribendis orationibus elaboravit. Ex quo verisimillimum fit colloquium Olymp. XCIII. 2. vel 3. h. e. a. 407.. vel. 406. a. Chr. n. habitum fingi, id quod etiam Astio De Vita et

Scriptis Platon. p. 110. ita visum est. Jam vero haec si recte sunt a nobis disputata, Phaedrus secundum eorum sententiam criticorum, quos supra memoravimus, a Platone adolescentulo viginti trium vel quattuor ferme annorum scriptus sit necesse est, quippe quem Olymp. LXXXVII. 3. — 429. a. Chr. n. natum esse certum et exploratum habeatur.

Haec igitur est vulgaris de Phaedri tempore natali sententia, non modo Olympiodori et Diogenis narrationibus ad memoriam posteritatis commendata, verum etiam nuper doctissimorum hominum iudiciis ita comprobata, ut hodie quoque plurimos patronos atque defensores nacta sit. Nihilominus autem ingenue fatemur, sententiam istam nobis semper non modo dubiam et incertam, sed etiam aperte falsam visam esse, ut ea in re alia omnia sequenda esse arbitremur, praesertim quum Olympiodori et Diogenis testimonia admodum suspecta et partim ex malo errore, partim ex malignorum Platonis obtrectatorum iniquis iudiciis prodiisse videantur, de qua re disputavimus in Examine testimoniorum de Phaedri Platonici tempore natali antiquitus proditorum. Lipsiae, 1849. 4., nonnulla etiam postmodo exposituri sumus. Videmur autem huius iudicii nostri caussas et rationes duplices potissimum habere, quandoquidem primum quidem totius operis argumentum neutiquam iis Platonis temporibus convenit, in quae vulgo origines eius conferuntur, sed consentaneum potius est temporibus philosophi multo post insecutis, ut his demum ortum suum debere existimandum sit; deinde vero etiam non pauca alia reperiuntur, unde luculentissime appareat, fieri nullo modo posse, ut Phaedrus iam a Platone adolescente necdum viro facto litteris consignatus esse putetur. De quibus rebus omnibus ordine deinceps breviter disputavisse iuvabit.

Itaque primum quidem universi Phaedri argumentum, dummodo recte fuerit intellectum, nostro iudicio tale esse fatendum est, quod nulla ex parte aetati Platonis annum vitae vicesimum tertium vel quartum agentis conveniat, planissime autem congruat ei tempori, quod philosophus Olymp. XCVIII. 2. vel 3., hoc est viginti circiter annis post, exegit. Quid enim? Num qua credibile est fieri po-

tuisse ut Plato septem fere annis ante Socratis mortem ista litteris perscriberet, quorum caussa Phaedrum modo vidimus ab eo compositum esse? Enimvero erat ille primum quidem tum adhuc totus addictus rationi ac disciplinae Socraticae, quae unice mentis notiones et popularitér quidem rimabatur, non ideas aut rerum in se spectatarum vim et naturam subtilius exquirere conabatur. Id quod non obscure ostendunt aut potius luculente evincunt vel minores illi dialogi communi antiquitatis testimonio Platoni auctori attributi, Lysis, Charmides, Laches, Meno, Euthyphro, Crito, alii, qui certe plurimum a Phaedri ratione ac doctrina diversi sunt. Quocirca ne dialectica quidem eo, quo in Phaedro factum est, modo tum ab eo illustrari potuerunt, nedum ut gravissimi philosophiae loci, quibus sublimiores atque magnificentiores sapientiae disciplina nullo umquam tempore novit, tam grandi oratione ab ipso descripti et illuminati sint. Et quid quaeso caussae fuisse putabimus, cur adolescentulus, qui nullumdum iniisset certum vivendi consilium, tum in artem rhetoricam adeo inclementer invectus sit? Nimirum vigebant sane etiam tum eloquentiae studia mirabiliter, quippe quae iam inde ab aetate Periclis ad maiorem quandam artis perfectionem atque usus celebritatem adducta essent. Sed quid obsecro ista tum ad Platonem? aut qui tandem ea putabimus ipsum illa aetate adeo commovere potuisse, ut studiis oratoriis internecivum prope bellum indiceret, quum satis certo testatum habeatur eum post mortem Socratis demum civilium rerum taedio captum et in omne tempus a republica abalienatum esse? Testis enim huius rei perquam gravis est scriptor Epistolae Plat. VII. p. 324. C. sqq. coll. Apolog. p. 31. E. quae ut sit originis adulterinae, tamen haudquaquam ex fontibus turbidis aut lutulentis fluxisse videtur. Denique quid quaeso dicamus de eo, quod philosophus uni oris institutioni sapientiae et cognitionis in hominum animis gignendae et procreandae vim et efficacitatem attribuit; librorum scriptionem propemodum omnem improbat et contemnit? Enimvero convenit profecto hoc iudicium tanto minus in Platonem iuvenem, quod is Socrate vivo, non modo non sustinuit ullum docendi munus in se recipere, sed ne a scribendo quidem abstinuit.

Nam Lysidem quidem, dum magister adhuc in vivis esset, ab eo scriptum esse, satis constat ex Diogene Laertio III. §. 35. cuius hac in re testimonium neutiquam reiiciendum est. Menonem autem et Euthyphronem imminente Socratis accusatione ab eo editos esse, ipsum horum librorum argumentum indicat. Nec vero dubium est quin etiam alii libelli more disserendi Socratico insignes illa aetate ab eo emissi sint. Quocirca iuvenis philosophus, si tum omnem fere scribendi operam condemnavisset atque noxiam aut parum utilem iudicavisset, fieri profecto non potuisset, quin tamquam gladium in semet ipsum strinxisse videretur. Haec igitur omnia quum ita sese habeant, Phaedri scriptionem apertum est in adolescentiam Platonis haudquaquam potuisse incidere. Adversatur enim libri argumentum gravissime ei fortunae et conditioni, qua Platonem illa aetate usum esse constat. Iam vero lustrantes omnem reliquum vitae cursum, quem postea exegit philosophus, propemodum ultro in ea tempora deferimur, quae tali scripto, quale Phaedrus est, conficiendo unice fuerint opportuna, ita ut Platonem tantum non ad illud exarandum exhortari ac prope cogere potuerint. Quae qualia sint, nobis quidem non dubium est. Verissime enim Josephus Socherus de Scriptis Platon. p. 300. sqq. animadvertit videri Platonem ad Phaedrum scribendum animum appulisse quo tempore ex primis itineribus in patriam redux factus id consilii agitaverit, ut philosophiam in Academia traderet eiusque copias cum aliis cummunicaret. Quae sententia sicuti nobis dudum probata est, ita postea etiam nacta est patronos gravissimos Car. Fr. Hermannum, Gregor. Nitschium, C. Steinhartum, Fr. Susemihlium, alios; quamquam nec defuerunt nuper qui veterem opinionem defenderent pertinacius, rerum momentis minus diligenter ponderatis. Sed istos quidem mittamus; exponamus potius caussas et rationes, cur vel universi operis argumentum suadere videatur, ut eius natales ad illa tempora referamus, quae modo indicavimus. Etenim Platonem constat ex primis itineribus, de quibus Praefat. ad Plat. Opp. Vol. I. P. I. p. XIX. sqq. exposuimus, in patriam rediisse Olymp. XCVII. 4. — 388. a. Chr. n. quo tempore circiter annum aetatis egit

quadragesimum. Dubium autem non est, quin redux Athenas factus continuo id consilii sequutus sit, ut missis reipublicae honoribus atque muneribus unice studio sapientiae vacaret adeoque philosophiam in Academia doceret. Quod quidem consilium statim post reditum in patriam ab eo captum et ad exitum perductum esse, facile ex iis intelligitur, quae Diogen. Laert. III. 9. et 20. atque Plutarch. Vit. Dion. c. 17. de rebus ipsius memoriae prodiderunt. Nimirum redierat sane tum amplissimis doctrinae opibus instructus, quandoquidem per itinerum opportunitatem, cognitis imprimis Pythagoreorum placitis, paullatim eo pervenerat, ut omnem philosophiae copiam et ubertatem mente et animo suo complecteretur, ut facile intelligatur, cur iam philosophiae magister scilicet haud vulgaris in medium prodire eiusque vim beneficam atque salutarem vivae vocis institutione ad vitam hominum communem traducere constituerit. Haec igitur, si quid iudicare possumus, illa ipsa fuerunt tempora, quibus Phaedri scriptionem ab eo susceptam esse longe est verisimillimum. Quod quidem ita esse, ubi libri argumentum et disputationis in eo tractatae rationem cum fortuna et conditione philosophi tum praesenti paullisper contenderimus, non ita difficile ad iudicandum fore existimamus. Etenim primum quidem illud ab omnibus concessum iri confidimus, nihil tum esse potuisse, quod Plato aut ardentius optare aut studiosius agere debuerit, quam ut populares sui de rationibus philosophiae, cui ipse esset deditus, aliquando certiora edocerentur, praesertim quum illius longe aliam notionem animo informavisset, quam a superioribus philosophis factum esset. Hoc ipsum autem in Phaedro apparet ita ab eo effectum esse, ut nihil fingi cogitarique possit huic consilio convenientius. Demonstravit enim, ut antea vidimus, aequalibus suis omnis philosophiae fontes vel in appetitu et comprehensione ideae vel in commentatione dialectica positos esse, eaque ratione simul etiam ostendit elegantissime, quanta esset eius amplitudo, quanta dignitas et maiestas, quanta denique in hominibus tum ad alte sentiendum atque cogitandum tum ad subtilius iudicandum beneque dicendum ac docendum consuefaciendis vis et efficacitas. Quibus omnibus quid tandem dicemus

esse, quod ad sapientiae studium commendandum et ab immerito contemtu vindicandum efficacius ideoque ipsis temporibus convenientius fuisse iudicari oporteat? Iam vero ad haec etiam aliud quid accedit, quod in hac caussa profecto non minus dignum est diligenti animadversione. Viguerunt enim, sicuti iam antea animadvertimus, illa aetate studia oratoria Athenis adeo, ut iis unis vulgo maximus honos haberetur. Quippe capti erant plurimorum hominum animi recentibus istis artibus, quibus orationi mirum quantum subtilitatis, gratiae et venustatis conciliari videretur. Occupatae item multorum mentes erant cogitatione magnitudinis commodorum, quae ex iisdem illis redundare possent, quippe quum ope earum ad maiorem quamdam in republica gratiam, auctoritatem, potentiam denique, pervenire liceret. Ac trahebantur etiam plurimi studio laudis atque gloriae inde ad doctrinae et eruditionis famam nascentis, si quidem sibi videbantur tanto doctiores et humanitatis cultu politiores extituri esse, quanto studiosius rhetoricae dedissent operam et legendis audiendisve orationibus ad artis et ingenii ostentationem comparatis occuparentur. Quippe grassari tum etiam occeperat intemperans quoddam lectitandi studium, quod facete carpit Aristophan. Rann. v. 1125. *βιβλίον τ' ἔχων ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιά*, *κ. τ. λ.* conf. Plat. Apol. p. 26. A. Xenoph. Mem. IV. 2. 8 sqq. Diog. Laert. VII. 3. IX. 5, 47. coll Boeckh. Oecon. Attic. I. p. 68. sqq. ed. 2. Becker. Charikl. I. p. 210. sqq. qui ibi de re libraria breviter exposuerunt. Ita vero factum est, ut, sicuti ait Isocrates, dicendi ratio ac disciplina apud Athenienses eundem obtineret dignitatis locum, quem apud Spartanos ars bellica et apud Thessalos equitandi peritia occupavisset; De Antidos. p. 411. sq. ed. Bekk. Haec autem quum esset rerum conditio, certe consentaneum est Platonem, qui sese totum philosophiae dedere eiusque causam docendo adiuvare constituisset, imprimis etiam hoc sibi agendum iudicavisse, ut non modo intelligeretur, cur ipse studia philosophiae oratoriis studiis anteponeret, verum etiam perspiceretur quam clarissime, laudatissimam et multum expetitam artem neutiquam tanti aestimandam esse, quanti vulgari hominum iudicio aestimaretur. Quod ipsum alterum est, quod ei in

Phaedro scribendo ob oculos versatum esse certissime intelleximus. Corripuit enim in hoc libro rhetoricen ut inanem merae opinionis ac verisimilitudinis captatricem a sincero veritatis studio mirum quantum abhorrentem; arguit ipsam miserandae cuiusdam inopiae et ieiunitatis cum putido et inepto frigidarum argutiarum studio coniunctae; reprehendit in ea abiectam sentiendi humilitatem a dignarum celsarumque rerum cogitatione prorsus aversam; detraxit denique ipsi etiam artis laudem, quippe quae sine philosophia omnino nulla intelligeretur. Haec omnia vero quo luculentius etiam appareret quam graviter ac severe ita statueret, callidissimo artificio omnem disputationem ita moderatus est, ac si id unum potissimum ageretur. Adornavit enim sermonem eo modo, ut nihil aliud disceptari videretur quam rhetoricae ars et facultas, quum tamen revera etiam altius quiddam spectaverit, siquidem eadem opera philosophiae quoque aperuit penetralia. Nimirum hoc ut ita faceret, procul dubio ipsa tempora, quibus scripsit, effecerunt, quibus hoc dandum esse iudicavit, ut periculosissima philosophiae inimica apertius oppugnaretur atque humi prosterneretur. Sed praeterea etiam tertium quiddam in universi sermonis argumento reperitur, unde verisimillime coniicere liceat, Phaedrum a Platone ex itineribus in Aegyptum et Italiam susceptis reverso, capto iam philosophiae in Academia docendae consilio, litteris exaratum esse. Quod enim loco celeberrimo inde a p. 274. B. sqq. primum scribendi ars liberae animi agitationi ea ratione opponitur, ut illa memoriam debilitare et falsam sapientiae opinionem gignere ac nutrire arguatur p. 274. B. — 275. B.; deinde institutio scriptae et non scriptae orationis ita inter se comparatur, ut oratio scripta omnino muta et vi vitali vacua esse iudicetur, quae nec possit prudenter accommodari ingeniorum varietati et una coram dicentis oratio ore prolata movere animos ac vere erudire posse dicatur; porro usus scriptae orationis eo restringitur, quod sapiens animi cogitata recordationis tantum gratia scripto commissurus, in docendo autem viva voce usurus esse existimatur (p. 275. C. — 277. A.); denique omnis ars atque laus scriptae orationis ex una rerum sci-

entia et dialectica commentatione atque ex modesto de eius pretio ac dignitate iudicio suspenditur (p. 276. A. — 277. E.) adeoque is unus pro philosopho probatur, qui eorum, quae scripserit, rationem reddere ac defensionem suscipere possit (p. 278. B.); sunt profecto haec omnia ita comparata, ut nisi verba plane aliter quam menti ac sententiae Platonis conveniat, cum Schleiermachero Prolegg. ad Platon. I. 1. p. 8. sqq. et p. 19. sqq. interpretari velis, hoc unum superesse fatendum sit, ut ea referantur ad illa tempora, quibus Plato post reditum in patriam docendi in Academia provinciam suscepit. Tum enim, si ullo alio tempore, libere et cum summa animi voluptate profiteri potuit, quod aperte professus est, maius quiddam ac praestantius sibi videri docere quam scribere, quandoquidem docendo atque disserendo animi audientium ad veram boni et honesti scientiam instituerentur, scripta autem tantummodo ad recordationem et commonitionem valerent. Nimirum isto quidem modo verissime indicavit, quaenam scriptis suis cum scholis, quas esset habiturus, necessitudo et coniunctio futura esset. Neque enim scriptae orationi omne eripuit pretium, sed potius tamquam germanae institutionis viva voce prolatae sorori (p. 276. A.) hoc tribuit, ut ipsi tanto plus laudis impertiendum esse statuerit, quanto plus haberet coniunctionis cum veritatis scientia et commentatione vero philosopho digna. Quin licebit etiam hac in re aliquanto ulterius procedere. Voluit enim, ut videtur, philosophus etiam significare, quo loco habendi essent, quos dudum edidisset, dialogi vel ad sententiam Socratis vel ad rationem Megaricorum, quibuscum post obitum Socratis erat conversatus, compositi. Nimirum ea ratione scite sane atque eleganter etiam eam, qua antea usus erat, dialogorum scribendorum consuetudinem defendit et commendavit. Ac fieri potest, ut eadem opera etiam significaverit, cur usus sit forma dialogorum. Quippe referunt sane illi planissime speciem sermonum dialectice institutorum, quibus unis iudicavit animos discentium ad veri intelligentiam maxime excitari, acui, conformari. Verum sunt etiam alia scitu non indigna, quae ex hoc Phaedri loco de disciplinae ratione, quam philosophus animo designavisset, probabiliter colligi

liceat. Nam primum quidem inde suspicari possumus, eum, quo tempore ista scripsit, id habuisse propositum, ut in scholis suis eam disserendi rationem, quam in Phaedro adumbravit, usque coleret ac sequeretur; v. p. 277. B. C. Ex quo tamen neutiquam consequitur, ut acroamaticum docendi genus tum sprevisse existimandus sit, quod certe et ipsum cum interrogandi respondendique consuetudine commode copulari potuit. Neque dubium est, quin procedente tempore continuum et nullis sermonibus distinctum docendi genus magis magisque adamare occeperit, quandoquidem etiam in operibus provectiore aetate compositis et doctrinae severitate ac subtilitate imprimis conspicuis, in Politico, Sophista, Philebo, Republica, Legibus, misso crebriore interrogandi et respondendi usu, ad perpetuam docendi orandique rationem propius accessisse reperitur. De qua re duce Aristotele nuper doctissime exposuerunt Brandis de perditis Aristotelis libris p. 4. sqq. C. Fr. Hermann. Gesammelte Aufsätze p. 289. ann. 20. Krische. Ueber Plat. Phaedr. p. 127. sqq. Zeller. Hist. Philos. Vet. II. p. 144. sqq. Deinde etiam illud ex loco Phaedri non obscure perspicitur, destinasse Platonem ab initio certe scripta sua maxime scientibus (p. 275. B. 278. B.), quippe quum scribendi usum non tam ad efficiendam et procreandam quam ad instaurandam veritatis scientiam valere iudicaverit. Quamquam neutiquam veri dissimile est, ipsum eadem etiam aliis scientiae amantibus, hoc est philosophiae amicis iam ad philosophandum institutis et exercitatis, tradidisse. Sunt enim ad similitudinem verarum disputationum diligentissime comparata, ut in excitandis ad veritatem quaerendam animis prope vivae vocis institutionem aequiparent. Itaque assentimur utique A. Boeckhio Annal. Heidelberg. a. 1808. Fasc. I. p. 86. ita disputanti: „*Weder an sich noch gegen Schleiermachers Ansicht hat es etwas Widersprechendes anzunehmen, dass seine Gespräche zwar auch für das grössere Publicum als Anregung zur Philosophie, doch aber insbesondere für seine Schüler bestimmt waren, welchen sie Aufgaben zur Auflösung, Winke zu dieser, endlich selbst wieder Auflösungen gegebe-*

ner Probleme und Hilfsmittel zum Behalten mündlicher Vorträge wären.“ conf. C. Fr. Hermann., Gesammelte Aufsätze etc. p. 281. sqq. imprimisque p. 304. sqq. Nimirum fit istud vel ex eo credibile, quod philosophus doctrinam suam non totam et integram in scriptis suis exposuit, sed praetermissis summis eius principiis ea tantum explicavit, quae, licet ad illa referrentur, nihilominus tamen ab eruditis hominibus possent intelligi, qui interioribus scholae sacris non initiati essent. De qua re certissime constat ex Aristotele, qui quae de Platonis placitis refert singularia, ea certe non ex huius dialogis in litteras relatis, sed ex ἀγράφοις eius dogmatis vel συνουσίαις depromta sunt; id quod uberrime demonstrarunt Brandis: De perditis Aristotelis libris, de ideis atque bono. Bonn. 1823. 8. Trendelenburg. Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata. Lips. 1826. 8. Weisse ad Aristotel. De anima p. 123—143. coll. auctore Epistol. Platon. II. p. 313. C. et VII. p. 341. B. Clarius autem res perspicitur etiam ex ipso Platone, apud quem fere transmittuntur silentio, quae altioris sunt indaginis, licet qui interioris philosophiae penetralia introgressi sint, de iis leniter quasi atque obiter admoneantur. Ita enim De Rep. VI. p. 506. D. quid bonum per se spectatum sit, neutiquam exponitur, sed indicatur tantum imagine rei consimilis adhibita, quum tamen ex Aristotele compertum habeatur philosophum in scholis quaestionem de bono ita tractavisse, ut eam ad ultima principia revocare conatus sit, de quo v. Aristot. De anim. I. 2. coll. Brandis et Trendelenb. l. c. Pariter in Timaeo de mundi sylva ac primis elementis non aliter nisi fabulose exponitur utpote de re experientiae subiecta et ad unam opinionem (δόξαν) pertinente; verum istud ipsum argumentum non dubitabunt quin aliter multo a philosopho in scholis sit illustratum, qui bene perpenderint illa Aristotel. Physic. IV. 5. Ac pertinent huc etiam quae de doctrina idearum disseruntur in Parmenide, quae licet subtilissime sint tractata, tamen a scholae more et consuetudine recedere plurimum facile tibi persuadeas lectis iis, quae a Brandisio et Trendelenburgio de idearum doctrina a Platone ad principia sua revocata disputata sunt.

Quin etiam pars eorum, quae in Phaedro de animorum indole nativa atque vita diviniore sunt exposita, ita videntur accipienda esse, ut suspicari liceat, philosophum, quo tempore ea fabulosae sapientiae involucris obtexit, id habuisse propositum, ut ea in scholis remoto imaginum usu subtilius tractaret et ad altiora philosophiae principia revocaret. Verum nolumus ista iam persequi ulterius, quae satis erit paucis significavisse. Revertimur eo, unde prope invita deflexit disputatio. Sunt igitur etiam ea, quae extrema dialogi parte de artis scribendi utilitate atque damno, de scriptae orationis atque sermonis ore prolati in docendo diversitate, denique de agnoscenda vel non agnoscenda scriptionis laude atque dignitate exponuntur, ita disputata, ut a iuvene Platone scribi nullo pacto potuerint; a viro aetate provectiore tum demum scribi potuerint, quum suscepta philosophiae in Academia docendae provincia scholarum habendarum consuetudinem rite expendisset eiusque magnitudinem et gravitatem librorum scribendorum muneri et officio neutiquam postponendam esse statuisset. His vero ita disputatis sponte iam intellectum iri speramus, quo iure antea censuerimus, totum Phaedri argumentum esse eiusmodi, unde satis luculente appareat, operis primordia non ad adolescentiam, sed ad aetatem virilem Platonis, hoc est, ad Olympiad. XCVIII. referri oportere. Quo explorato etiam facile est ad coniiciendum, unde inter veteres quosdam criticos error iste natus sit, quo Phaedrum omnium dialogorum, quos Plato scripserit, primum fuisse putaverunt, de qua ipsorum opinione iam supra memoravimus. v. Diogen. Laert. III. 35. 38. et Olympiodor. Vit. Plat. p. 73. ed. Fischer. Nempe verisimillimum est sane Phaedrum primum fuisse dialogum a Platone in patriam ex itineribus reverso scriptum et evulgatum. Scribit autem Eusebius in Chronico Platonem Olymp. demum XCVII. 4. pro philosopho agnitum esse, quod quomodo interpretandum sit, minime obscurum est. Enimvero extitit Plato inde ab illo tempore is, qui non iam aut Socratis aut aliorum disciplinae addictus haberetur, sed suam ipsius doctrinam atque rationem videretur condidisse, unde tum demum plenam iusti philosophi laudem adeptus esse iudicandus est. Itaque verisimiliter

memoriae proditum fuit antiquitus, Phaedrum primum fuisse dialogum, quem Plato, quo tempore in patriam redux factus Athenis scholam condidisset, in publicum emisisset. Quod postea per malignitatem et calumniam adversariorum, maxime Peripateticorum, qui in eo nescio quid puerile (μειρακιῶδες) notassent, sic acceptum est, ac si liber omnium primus ab adolescentulo litteris consignatus esset. De qua re pluribus commentati sumus in libello, quem inscripsimus: Examen testimoniorum de Phaedri Platonici tempore natali antiquitus proditorum. Lipsiae, a. 1849. quaternis evulgato.

Quemadmodum autem universi Phaedri argumentum tale est, unde dialogum appareat aetate provectiore a philosopho scriptum esse, ita etiam singularia quaedam huius rei in eo reperiuntur documenta sanequam luculentissima. Testatur enim huius sententiae veritatem primum quidem illud, quod plurimi extant eius sermones, qui neque ad doctrinae absolutionem neque ad artis et compositionis perfectionem cum eo comparandi sunt. Quorsum sine ulla dubitatione referendi sunt Lysis, Laches, Charmides, Hippias, Ion, Meno, Euthyphro, Crito, alii; quos qui aut cum Schleiermachero pro maiorum operum tamquam comitibus et adiutoribus aut cum Astio pro libellis subditiciis habent, ii multum veremur ne nodum, quem solvere isto modo studuerunt, neutiquam expediverint, sed multo etiam intricatiorem reddiderint. Nimirum sunt hi libri omnes sine dubio a Platone ea aetate scripti, qua a disciplina Socratica profectus paullatim ad altiora coepit contendere, necdum doctrinae rationem eam conditam habuit, quam postea est professus. Id quod etiam ex eo intelligitur, quod in illis doctrina idearum nondum expressa cernitur, quae in Phaedro iam habetur absolutissima. Ex quo consequitur, falsos esse iudicio suo, qui absolutissimae artis et doctrinae opus puerilibus prope philosophi annis attribuerunt, scilicet boni Olympiodori et Diogenis narratione in fraudem inducti. Porro non praetereundum silentio est, quod sane non indignum est diligenti animadversione, philosophum bis rerum Aegyptiacarum ita iniecisse mentionem, ut id deliberato consilio fecisse videatur, de qua re

consulas p. 274. C. sqq. et p. 257. D. Nimirum nos quidem si quid iudicare possumus, ista ratione ipse eleganter significavit tempora, in quae Phaedri origines incidisse existimandae essent, quandoquidem itineris haud ita pridem a se in Aegyptum suscepti memoriam quodammodo instauratam voluit. Accedit ad haec Phaedri cum Symposio coniunctio et necessitudo, quae certe tanta est, ut hi libri non modo in eodem plane argumento tractando versentur, quandoquidem amatoriam philosophandi rationem ac disciplinam illustrant, sed etiam unum quasi corpus conficiunt, ita quidem ut alterum altero expleatur atque consummetur. De qua re per se satis aperta nolumus hoc loco disputare uberius, praesertim quum eam iam in Praefatione ad Symposium p. LXVI. sq. ed. 3. attigerimus. Est autem verisimillimum, opera tanta argumenti pariter atque artis similitudine et cognatione inter se coniuncta, quanta maiorem vix cogitare liceat, etiam temporibus finitimis neque multum diversis elaborata et in lucem publicam emissa esse, id quod profecto tanto rectius ita statuere licebit, quod Sympos. p. 182. A. manifesto ad Lysianam orationem in Phaedro habitam respicitur. Quod quidem nec praeteriit Schleiermacherum Praef. ad Symp. II. 2. p. 381. Quamquam is ibi putat Phaedrum ab ipso Platone ut iuvenile opus designari; de quo tamen nobis quidem longe videtur aliter, quandoquidem Lysiae abiecta humilitas etiam gravius in ipso Phaedro castigata est, quam in Symposio fieri meminimus. Iam vero certum et exploratum habetur, Symposium nullo pacto potuisse ante Olymp. XVIII. 4. = a. 385. ante Chr. n. litteris exarari. Nec tamen credibile est idem illud multo post scriptum esse. De qua re v. Prolegg. ad Sympos. p. 40. ed. 3. et annot. ad p. 193. A. Ex quo certe verisimillimum fit, Phaedrum non ita multo ante in lucem publicam prodiisse.

Quum vero haec argumenta satis valida sint ad confirmandam eam sententiam, quam antea de natali tempore Phaedri, ex ipsa libri materia explicatam, proposuimus; tum reliqua sunt adhuc duo alia, quae eandem illam certissime videntur confirmare, ut illa quidem certe opinio, qua dialogi origines ad Platonis adolescentiam reiectae sunt, utique prorsus reiicula existimari debeat. Quorum alterum sumtum

est ex celeberrimis atque luculentissimis doctrinae Pythagoricae vestigiis in Phaedro extantibus; alterum repetitum est a vita ac studiis Isocratis, cuius in Phaedro mentionem iniectam esse iam in superioribus animadvertimus. De his igitur argumentis adhuc licebit paucis exponere; quo facto ad ea examinanda accedemus, quae ad veterem opinionem vel confirmandam ac tuendam vel illustrandam atque dilucidandam in medium allata sunt, quippe quorum vanitate demum demonstrata haud dubie futurum erit, ut ea, quam nos defendendam suscepimus, sententia firmo talo stare existimetur. Aggredimur igitur ad argumentum prius, quod certe ad dirimendam litem et controversiam non exiguum momentum faciet.

Narrat enim Cicero identidem De Fin. V. 29. Tusc. IV. 19. De Rep. I. 10. aliis non dissentientibus, Platonem philosophiae Pythagoricae notitiam accuratiorem susceptis demum in Italiam et Siciliam itineribus sibi comparavisse, ita ut, quum antea Socratem expressisset, hoc est, Socratis sequutus esset rationem, postea adiunxerit Pythagoreorum disciplinam atque etiam Philolai tum nactus sit commentarios, hominibus Pythagoreis et studiis illis plane deditus. Quorum testimoniorum fidem et auctoritatem qui ita elevare studuerunt, ut e Phaedonis loco p. 61. D. docere conati sint, philosophiae Pythagoricae notitiam vivo adhuc Socrate a Simmia et Cebete Athenas esse perlatam, ii parum videntur reputavisse nec Phaedonis locum id luculente testari nec Ciceronem aliosque ista repetitis vicibus fuisse narraturos, nisi locupletiores eius narrationis auctores habuissent, in quibus videtur etiam Aristoteles fuisse. Nec vero illi quidquam profecerunt, qui ex Politico et Parmenide demonstratum iverunt, Platonem iam mature Pythagoricae sapientiae notitiam habuisse, quippe cuius vestigia in illis libris extent manifesta. Nempe de his quid existimandum sit, patebit ex Prolegg. nostris ad Plat. Opp. I. p. XX. ed. tert. Itaque fidem historiae si non temere deserere voluerimus, certe nobis ita persuadebimus, ut Platonem existimemus per primi demum itineris in Italiam inferiorem et Siciliam suscepti opportunitatem accuratiorem accepisse philosophiae Pythagoricae notitiam, ut inde ad suae doctri-

nae rationem excolendam et perficiendam proficere potuerit. Ex quo quid de Phaedri originibus colligere liceat, ad demonstrandum haud sane difficile est. Extant enim in hoc dialogo plurima sane Pythagoricae sapientiae, imprimis Philolaicae doctrinae, eiusque reconditioris ac subtilioris vestigia, in quibus tamen recte aestimandis utique tenendum est, quod non animadversum facile quem possit in errorem inducere, philosophum placitis Pythagoricis ea lege et moderatione usum esse, ut illa non integra servaverit, sed potius suae ipsius rationi convenienter mutaverit mutataque ad illam exornandam illustrandamque traduxerit. Longum est omnia atque singula, quae huc pertineant, ordine deinceps enumerare, nec vero ut hoc ita fiat unice est necessarium, quum iam supra passim et vero etiam in Commentariis ipsi Platonis sermoni subiectis ea de re admonuerimus. Itaque satis erit hic potiora tantum attigisse. Pertinet igitur huc argumentum immortalitatis p. 245. C. — 246. A. explicatum, quod ex fontibus Pythagoricis ductum esse liquet e Cicer. Tusc. I. 16. et Aristot. De anima I. 2. de quo v. Davis. ad Tusc. I. 12. Rittershus. ad Porphyr. De Vit. Pythag. p. 22. sqq. Idem porro statuendum est etiam de animi in tres partes descriptione, qualis p. 246. A. sqq. exhibetur. Eam enim a Pythagoreis celebratam esse iuxta cum Cicerone Tusc. IV. 5, ubi v. Davisius, confirmant etiam Diog. Laert. III. 30. — 32. Hierocl. ad Pythag. Carm. Aur. v. 69. p. 290. ed. Paris. Et conf. etiam quae Prolegg. ad Tim. p. 53. de hac re explicavimus. Atque eandem etiam ab Aristotele Magn. Mor. I. 1. Platoni, non Socrati, hoc est non Platoni Socratico, sed Platoni sui iuris facto, vindicari non iniuria statuitur. Is enim ea de re scribit haec: *μετὰ δὲ ταῦτα Πλάτων διείλετο τὴν ψυχὴν εἴς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ ἄλογον ὀρθῶς καὶ ἀπέδωκεν ἑκάστῳ ἀρετὰς προςηκούσας*: ubi quod *τὸ ἄλογον* vocatur, id duplicem *τοῦ θυμικοῦ* et *τοῦ ἐπιθυμητικοῦ* vim naturamque complectitur, de quo v. ad Remp. IV. p. 439. D. Praeterea Pythagoricum quiddam redolent etiam illa, quae p. 246. D. — 249. D. de vita animorum olim una cum diis acta ita exponuntur, ut multa velata sint allegoriae integumentis; conf.

Cicer. De senect. c. 21. et De nat. deor. I. 11. Nec vero quisquam recte negaverit Pythagoreorum rationi convenire quae p. 249. sqq. admodum copioso sermone de lapsu animorum deque eorum migrationibus disseruntur. v. Menag. ad Diog. Laert. VIII. 5., 11. Rittersh. ad Porphyr. Vit. Pyth. §. 19. Nec dubitamus huc referre locum p. 273. A. E. ἀλλὰ τοῖς θεοῖς — ἐξ ἀγαθῶν. Nam eandem sententiam deprehendimus Phaedon. p. 62. B. 63. A. B. C. 85. C. ubi luculentissima sunt rationis Pythagoricae vestigia. Atque indidem etiam intelligitur, quinam dicantur ibi οἱ σοφώτεροι ἡμῶν, ad quorum auctoritatem provocatur. Intelliguntur enim procul dubio Pythagorei. Porro nescio quid Pythagorici habent, quae p. 275. B. sqq. disputantur eo consilio, ut melius esse appareat oris institutione aliis prodesse quam librorum scriptura. Audias enim Plutarchum Vit. Num. p. 74. C. = p. 121. ed. Schaefer. ἐκέλευσε τὰς ἱερὰς βίβλου συνταφῆναι μετὰ τοῦ σώματος· ᾧ λογισμῷ φασι μηδὲ τοὺς Πυθαγορικοὺς εἰς γραφὴν κατατίθεσθαι τὰ συντάγματα, μνήμην δὲ καὶ παίδευσιν αὐτῶν ἄγραφον ἐμποιεῖν τοῖς ἀξίοις. Omnino autem amatoria ista, quam philosophus commendavit, philosophiae disciplina videtur non adeo a Pythagoreorum vita philosopha abhorrere, ut tota haec pars dialogi referat nescio quid Pythagorici. Accedunt ad haec astronomica p. 247. sqq. quae etsi ex variis variorum decretis mixta et conflata sunt, tamen item sapientiae Pythagoricae imprimisque Philolaicae speciem satis apertam prae se ferunt. Manifestum est igitur in Phaedro passim doctrinae Pythagoricae eiusque subtilioris ac reconditioris vestigia expressa cerni, unde satis tuto colligitur, librum eo demum tempore, quo Plato in Siciliam et Italiam inferiorem pervenit, litteris perscribi potuisse. Ex quo etsi nondum consequitur, ut Olymp. XCVIII. post reditum Platonis scriptus putari debeat, tamen illud certissime efficitur, non potuisse fieri, ut scriberetur ab adolescentulo trium et viginti annorum, sed scriptum esse a viro maturioris aetatis. Ubi vero hoc ipsum argumentum cum superioribus in unum coniunxeris, certe nec diffiteberis, valere illud utique eo, ut quam coniecturam supra de Phaedri

temporibus posuimus, ea non parum hinc roboris atque firmamenti accipiat.

Sed transeamus ad alterum illud, quod modo commemoravimus. Sunt enim etiam ea, quae p. 278. E. sqq. de Isocrate ut futuro rhetore philosopho praedicuntur, eiusmodi, ut in adolescentem illum, licet Socratis discipulus fuisse perhibeatur, neutiquam conveniant; in virum aetatis maturioris egregie conveniant. Unde profecto verisimillime colligi licet, unice vera esse quae Cicero in Oratore c. 13. §. 14. memoriae prodidit, Platonem scripsisse de Isocrate seniore, quae Socratem de adolescente per speciem dialogi vaticinari iusserit *). Etenim fuit Isocrates profecto aetate iuvenili adeoque partim virili minime is, qui philosophiae studiis multum tribueret, quandoquidem adolescens fere unice operam dedit rhetoribus et sophistis, Tisiae, Gorgiae, Prodico, Archino, Therameni, aliis, et ab horum potissimum ratione ac disciplina profectus est, postea autem contemta arte studiosissime id egit, ut vel aliis scriberet orationes iudiciales vel declamationes componeret ad ingenii ostentationem comparatas, morem et exemplum aliorum rhetorum imitatus; v. Dionys. Hal. Isocr. p. 534. ed. Reisk. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 836. Phot. Cod. 260. Suidas s. v. Anonym. Vit. Isocr. Scriptor. p. VIII. ed. Dind. Lips. Cicer. Orat. c. 52. Brut. c. 48. Quibus quidem studiis quum etiam maturiore aetate deditus fuisse reperiatur; fuit autem sexennio maior Platone; quis quaeso sibi persuadeat eum a philosopho isto tum praeconio ornari potuisse, quo in Phaedro ornatus est? Quippe laudasset profecto Plato hominem tamquam oratorem philosophiae laude aliquando insignem futurum, qui recens a sophisticis rhetorices studiis non modo omnem artis laudem auferebat, sed etiam bonum otium orationum scribendarum negotio contriverat, adeoque ipsum, quamvis Lysia nihilo meliorem neque philosophiae studiis excellentiorem, tamen huic anteposuisset. Quo profecto nihil potest fingi et

*) Disputavimus de his rebus copiosius in Commentat. Isocratea ad illustrandas Phaedri Platonici origines. Lips. 1850. 4.

cogitari veridissimilius. Enimvero quid rei fuerit, unus omnium clarissime significavit Cicero. Is enim in Oratore c. 13. §. 41. posteaquam Socratis apud Platonem de Isocrate iudicium commemoravit, continuo haec subiungit: Haec igitur, inquit, de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato, et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum; hunc miratur unum. Quae certe dubitari non potest quin ille ex fontibus limpidissimis atque integerrimis hauserit. Sunt enim profecto talia, quae Platonis vaticinio clarissimam lucem affundant. Narrant enim scriptores veteres Isocratem aetate provectiorem misso forensium scribendarum orationum negotio sese applicavisse ad scribendas orationes civiles, quo communi Graecorum saluti consuleret, et quum frustra id efficere studuisset, ut Graeci iunctis viribus communiter bellum contra Persas susciperent, ludum oratorium aperuisse, quo alios rectius ac prudentius, quam vulgo fieri soleret, ad dicendi scribendique facultatem institueret, adeoque ad artes (τέχνας) rhetoricas componendas animum appulisse. v. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 329. ed Reisk. Photius l. c. p. 488. ed. Bekker. Cicer. Brut. c. 13. §. 48. Itaque ille posteriore aetate, missis orationibus iudicialibus, sese ad scribendas orationes generis deliberativi convertit adeoque artis olim a se contemtae magister extitit, quandoquidem primum in Chio insula, postea autem Athenis in vicinia Lycei scholam constituit. v. Dionys. Hal. De Isocr. p. 536 sq. Phot. p. 793. X. 486. 6. 26. Iam vero de tempore si quaeritur, quo orator ista consilia inierit, res definiri certius potest ex loco perquam memorabili Orat. De permutat. §. 75. — 78. coll. §. 57. ubi ipse de consiliorum ac studiorum suorum rationibus exposuit. Inde enim liquido apparet, primam orationum civilium, quas tum composuerit, non fuisse aliam, quam quae ab ipso λόγου πανηγυρικοῦ nomine est insignita. Scriptus vero Panegyricus est non ante XCVIII. Olymp. sicuti Nath. Morus assentiente etiam Spohnio invictis argumentis demonstravit; neque ante Olymp. CI. 1. in publicum emitti potuit, ut iidem viri docti luculente docuerunt. Ex quo potest sane intelligi,

quonam tempore celeberrimus orator de mutandis et corrigendis artis rhetoricae rationibus cogitare coeperit. Narrant enim Longinus De Sublim. 4. Dionys. De Comp. Verb. p. 406. ed. Schaefer. Quintil. Instit. Oratt. X. 4. 4. Plutarchus p. 350. E. ubi v. Wyttenbach Voll. VII. p. 156. et Vitt. X. Oratt. p. 332. ed. Reisk., alii, eum scribendo Panegyrico integros decem vel quindecim annos impendisse. Quod si vere narratum est, sponte consequitur, ut ista oratoris studia et consilia referenda sint ad Olymp. XCVII. 3. siquidem scriptioni suae decem tribuit annos, aut ad Olymp. XCVIII. 2. si eidem quindecim annorum tempus impendit. Ex quibus tamen prius videtur esse probabilius. Sed istud quidem utcunque sese habet, omnia certe cum nostra ratione congruunt mirabiliter. Sunt enim haec ipsa illa tempora, quibus de Isocrate verissime scribi potuerunt, quae in Phaedro de eo scripta leguntur, praesertim quum ille tum etiam intellexisset, eloquentiam, eristica ab ea procul habita, cum philosophia esse arctius coniungendam, ut intelligitur ex Encom. Hel. §. 1. Adv. Sophist. §. 1. Panathen. §. 12. sq. De Antidos. §. 3. §. 45. §. 271. coll. Paneg. cap. 1. extr. et Quintil. Inst. II. 15, 33. Rediit enim Plato, ut iam antea diximus, ex prima peregrinatione Olymp. XCVII. 4. vel XCVIII. in. eodemque ferme tempore scholas in Academia habere constituit, cuius consilii sui in Phaedro quodammodo reddere rationem conatus est. Quocirca tum, quum videret et admiraretur insolitam magnitudinem consiliorum, quae ab Isocrate capta essent, fieri sane rectissime potuit, ut ipsum ornaret iis laudibus, quibus eum in Phaedro per Socratis vaticinium affecit. Nova enim profecto erant ista rhetoris studia, ac tanto magis laudum praedicatione digna, quo propius erant cum philosophia coniuncta. Nec vero aliis de caussis mirabile est quod philosophus oratorem isto modo salutavit. Nam primum ipsi bene cupiebat adeoque coniunctus erat amicitiae et familiaritatis necessitudine, sicuti ex Diog. Laert. III. 8. intelligitur. Deinde procul dubio eum etiam ut veterem Socratis discipulum amabat ac diligebat, quandoquidem rhetor teste Anonymo scriptore Vit. Isocrat. p. VIII. ed. Dind. Lips. olim etiam disciplina et institutione Socratis

usus erat. Accedebat quod una cum ipso ab optimatium partibus steterat neque, sicut Lysias, faverat plebis cupiditatibus. Denique fieri non poterat quin ipsi vehementer probaretur iudicium Isocratis de vulgari rhetorica, quippe quam et ipse putaret, quamdiu ea a philosophia esset alienior, nihil aliud esse nisi speciosam quandam fraudum ac fallaciarum administram atque usum mera exercitatione collectum, verae artis laude plane destitutum, de quo v. Phaedr. p. 266. C. 270. B. Gorg. p. 463. B. Phileb. p. 55. E. Haec igitur omnia quum ita se haberent, et quum illo ipso tempore, quo in patriam redux factus philosophiam tradere apud animum constituerat, laudatissimum oratorem videret item sapientiae disciplinae tribuere plurimum, atque adeo id studere, ut et oratoriae artis ratio philosophando corrigeretur et usus eiusdem aliquando ad res multo maiores et excelsiores, quam minutae caussulae essent, traduceretur; non dubitavit continuo suam ea de re sententiam palam declarare, et quid quantumque esset, quod merito de istis Isocratis studiis sperare liceret, breviter quidem sed satis graviter significare. Quod quidem nostro iudicio elegantissime ita fecit, ut, quum sermo intra Olymp. 92. 1. et Olymp. 93. 3. habitus fingatur, Socratem per dialogi speciem et verisimilitudinem iusserit de illo, quamvis dudum virilem aetatem ingresso, tamen tamquam de iuvene optima quaeque vaticinari, eoque modo praedicere, quinam ex praestantissimis eius studiis ad artem oratoriam atque vitam communem fructus redundaturi essent. Nimirum philosophus quum veterem amicum nollet laudare rusticius, urbanissime praesenti rerum conditione ac fortuna usus eum iussit veluti repuerascere atque ab ipso Socrate iis ornari laudibus, quibus tum, quum haec scribebat, utique dignus esse videbatur. In quo quid insit insulsi aut inurbani, praesertim quum ita Isocrates aetate minor Lysiae seniori opponatur, nos quidem fatemur adeo non intelligere, ut nihil magis scite eleganterque excogitari potuisse arbitremur. Iam vero his ita disputatis effecisse videmur, ut qui fieri potuerit, ut Plato ista de Isocrate quamvis aetate longius progresso litteris perscriberet, nullo negotio intelligatur. Et confirmatur haec ratio nostra egregie iis, quae Cicero loco Orat. c. 13. §. 41. scripsit, cuius verba su-

pra retulimus. Etenim si vera sunt, quae nos de Phaedri originibus exposuimus, philosophus, quo tempore eum librum scripsit, annum egit aetatis quadragesimum secundum, utpote natus Olymp. 87. 3. Fuit autem Isocrates ipso sex septemve annis aetate maior, sicuti tradunt Diog. Laërt. III. 2. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 836. Scriptor. Anon. Vit. Plat. ap. Heeren. p. 9. Itaque hic quo tempore Phaedrus prodiit, habuit circiter annos quadraginta octo vel novem, quod ad amussim congruit cum Olymp. 98. a. 1. vel 2. Cui aetati sane planissime convenit, quod Cicero Platonem narrat ista scripsisse de Isocrate seniore, quandoquidem *seniores* appellati sunt, qui annum aetatis quadragesimum quintum excessissent, ut Cicero more Romano loquutus esse putandus sit, dum aetatem Isocratis accuratius indicare conatus est. Nam teste Varrone apud Censorinum De die nat. c. 15. seniores vocati sunt, qui erant in quarto aetatis gradu, inde ab anno XLV. aetatis ad usque sexagesimum annum, quod tunc primum visum est corpus senescere incipere; inde vero usque ad finem vitae senes sunt appellati, quod ea aetate corpus iam senio laborare iudicaverunt. Itaque illo auctore seniorem esse minus, senem esse plus est, quamquam senex interdum etiam pro seniore dici consuevit; apparetque sponte, qui fieri potuerit, ut corruptae linguae Latinae aetate inde a Caroli Magni temporibus senior significaret dominum, unde is hodie quoque ab Italis Signore, a Gallis Seigneur, ab Hispanis Sennor vocatur. Verum haec velut in transcursu. Redimus ad propositum. Verissime igitur Cicero narrat quae apud Platonem de Isocrate dicantur, a philosopho aequali de illo seniore scripta esse; cuius narratio ita cum ipsius Isocratis studiis et vivendi consiliis congruit, ut illis etiam plurimum inde lucis accedat. Haec omnia vero quum ita sese habeant, sponte apparet, opinor, etiam vitam et studia Isocratis plurimum eo valere, ut Phaedrum Platonis non alio quam quo supra statuimus tempore scriptum et in lucem emissum esse existimare cogamur. Neque enim de celeberrimo rhetore ut iuvene potuerunt dici quae de eo apud Platonem dicuntur, et gravissimo constat Ciceronis testimonio scripta esse de

seniore, quae Socrates de ipso ut adolescente vaticinatur.

Demonstravimus igitur hactenus argumentis satis, opinor, probabilibus, Phaedri origines ad Olymp. XCVIII. in. referendas esse. Sequitur nunc, ut etiam de iis quaerendum sit, quae huic rationi officere iudicata sunt, adeoque effecerunt, ut plurimi critici et interpretes illas potius ad Platonis adolescentiam et iuventutem detrudi oportere arbitrati sint. Quae quidem, ubi discesserimus a Diogenis Laertii et Olympiodori testimoniis, duplicis potissimum generis sunt. Nam primum quidem viri docti putaverunt, Lysiae vitam ac fortunam illi sententiae multum adversari; deinde etiam scribendi ac disputandi genus in hoc libro usurpatum tale esse iudicarunt, quod scriptionem libri iuvenile quiddam habere arguat, unde possit de aetate scriptoris coniectura capi haud fallax et ambigua. Itaque primum quidem de Lysia adhuc pauca disputabimus, deinde autem de genere dicendi ac disserendi in Phaedro regnante breviter exponemus, quo clarum et perspicuum fiat, quo iure viri docti inde collegerint, libri primordia in iuventutem philosophi conferenda esse.

Et de Lysia quidem si quaerimus quid ab illis hac in caussa animadversum sit, duo sunt potissimum, unde sententiae suae argumenta repetierunt. Primum enim animadversione dignissimum esse dictitant, quod orator clarissimus in Phaedro ut sophisticarum tantum et panegyricarum orationum scriptor deformetur, quum tamen ille inde ab Olymp. XCIV. 1. imprimis iudicialibus orationibus inclaruerit earumque scriptione summam eloquentiae laudem sit consequutus. Ex quo necessitate quadam effici contendunt, ut Phaedrus ante Olymp. XCIV. 1. scriptus esse putandus sit. Cui argumento addunt etiam aliud. Censent enim perquam mirum esse ac prope indignum, quod Lysias in hoc libro, grandis iam senex factus, neglectis egregiis eius virtutibus, tam acriter corripiatur acerbeque exagitetur; unde concludunt, Platonem adolescentem potius quam virum ista de Lysia scripsisse, quo tempore ille nondum fuerit aetate provectior. Haec igitur sunt fere quae in contrariam partem afferuntur, quo scilicet efficiatur, fieri non potuisse, ut Phaedrus a Platone maturiore aetate

litteris perscriberetur et in publicam lucem emitteretur *).

Quae quidem omnia etsi ultro fatemur satis acute esse animadversa, tamen eadem censemus minime eam vim habere videri, ut Phaedrum evincant nullo modo Olymp. XCVIII. scribi potuisse. De qua re eo magis iuvabit exposuisse, quod hac ipsa disputatione etiam Phaedri intelligentia plus una ex parte iuvabitur. Quod igitur dicunt viri eruditissimi, sophisticas tantum Lysiae declamationes in Phaedro respici atque examine diligentiore explorari, in eo saltem ex parte iudicio suo falsi sunt, siquidem censuerunt civilium Lysiae orationum nullam plane iniectam esse mentionem. Quae opinio prorsus a vero abhorret. Tanguntur enim clarissimi rhetoris orationes iudiciales manifesto p. 257. C. ubi ille narratur nuper a viro quodam civili tamquam scriptor orationum s. λογογράφος malitiose tractatus petulanterque derisus esse. Ad quem locum Scholiasta prudentissime adnotavit haec: τοὺς ἐπὶ μισθῷ (λέγει) λόγους γράφοντας καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς τὰ δικαστήρια, Quod vere animadversum esse, certe nemo temere negaverit, qui orationes Lysiae sophisticas homini in republica versato bene perpenderit non facile potuisse stomachum movere, iudiciales potuisse. Nempe significavit Plato ibi per occasionem callidissime, quidnam omnino de studiis τῶν λογογράφων pariter atque virorum civilium, plerumque cum inani vanitate et superbia coniunctis, sentiret. Neque omnino in Phaedro nulla ducitur iudicialis eloquentiae ratio, id quod vel intelligas ex p. 161. D. E. Iam vero quod viri doctissimi porro ita statuunt, ut ex eo, quod una declamationum sophisticarum scriptio a Lysia factitata carpitur et reprehenditur, necessario consequi putent, Phaedrum ante Olymp. XCIV. 1. in litteras relatum esse, ne haec quidem ipsorum sententia ita comparata est, ut omnino probanda sit, minime omnium autem id efficere videtur, ut Phae-

*) v. Schleiermacher. Praef. ad Phaedr. p. 73. ed. 2. Krische. *Ueber Platons Phaedrus* p. 29. sqq. et 133. sqq. al.

drus existimari nequeat tempore multo posteriore quam vulgo putant litteris consignatus esse. Nam primum quidem animadvertendum est, scenam dialogi vel sic ea ratione esse adornatam, ut ne leges verisimilitudinis ullo modo neglectae aut violatae sint. Habetur enim colloquium, sicuti antea demonstratum est, Olymp. XCIII. 2. vel. 3. hoc est eo tempore, quo Lysiam sane verisimile est in uno potissimum declamatorio scribendi genere elaboravisse. Itaque hactenus quidem nihil profecto reperias, quod alicui offensioni esse possit, etiamsi opus Olymp. XCVIII. in. scriptum esse existimetur. Restat igitur dubitatio, num commode recteque fieri potuerit, ut eodem illo tempore etiam de Lysia tamquam rhetore in genere scribendi cum eloquentiae et ingenii ostentatione coniuncto versante publice scriberetur. Id quod alterum est, de quo iam disputatio instituenda sit. Putamus autem ne huius quidem rei quaestionem plane esse inexplicabilem, dummodo meminerimus, de quo supra exposuimus, Lysiam, etiamsi inde ab Olymp. XCIV. iudicialibus maxime orationibus scribendis inclaruerit, tamen nec ab hoc inde tempore sophisticum et ad ingenii ostentationem comparatum scribendi genus plane seposuisse. Inde enim nullo negotio perspicitur nihil prorsus habere offensionis, quod in Phaedro Platonis, quamvis ille Olymp. XCVIII. demum litteris consignatus sit, levi tantum iudicialis eloquentiae mentione iniecta nihil nisi una ars Lysiae ἐπιδεικτική sub examen vocatur. Etenim versabatur orator senex etiam tum perpetuo in scribendis evulgandisque operibus ad ostentationem comparatis, ut vel illa aetate veritati convenientissimum videri debuerit, quod ipsi amatoria aliqua declamatio esset adscripta, quae specimen quasi quoddam eloquentiae ipsius exhiberet. Atque haec quidem omnia quum satis valeant ad elevandum virorum doctissimorum iudicium, quod iam expendendum sumsimus; tum non inutile erit etiam causas addidisse, quae philosophum permoverint, ut unam solam ἐπιδεικτικὴν Lysiae eloquentiam tamquam spectandam proponeret. Sunt autem, nisi fallor, potissimum duae. Nam primum quidem Plato facile pervidit, scribendi consilium, quod iniisset, esse eiusmodi, quod non ferret iudicialis Lysiae eloquentiae sive commentationem sive explorationem. Deinde vero

nec necessarium duxit, ut de ea peculiari opera disputaretur, quandoquidem vel sine istiusmodi disputatione propositum suum assequi liceret. De qua utraque re ubi fuerit explicatum, certius etiam perspectum iri sententiae nostrae veritatem confidimus. **Non potuit** igitur Plato, quantum quidem nos intelligimus, pro consilii sui ratione in Phaedro de Lysiae eloquentia iudiciali commentari aut specimen eius et exemplum aliquod ita in medium afferre, ut oratione amatoria factum videmus. Voluit enim philosophus, ut vidimus, in hoc opere non tantum eloquentiam taxare, sed etiam vim et ubertatem philosophiae declarare patefacto summo atque ultimo eius fonte in animi natura et infinito aeternae pulcritudinis sive idearum amore sito, cui quidem amori sollertissime amorem masculum vulgarem e regione posuit. Quid igitur? quanam tandem arte censebimus libri argumentum idque principale commode illustrari potuisse, si oratio aliqua Lysiae iudicialis ad partes vocata aut imitando expressa esset? Nimirum fatendum est utique, consilium totius libri atque principale argumentum ita tulisse, ut amatoria aliqua Lysiae declamatio adhibenda esset. Quod adeo manifestum extare putamus, ut copiosiore rei expositione videamur omnino supersedere posse. **Non potuit igitur** Plato in Phaedro oratione aliqua iudiciali Lysiae uti neque ipsi licebat iudicialis viri eloquentiae peculiari opera censuram peragere. Sed accedit, quod **id ne opus quidem** ipsi fuit, quo propositum suum assequeretur simulque tamquam per transennas ostenderet, quid de omni Lysiana eloquentia sentiendum videretur. Nam disputationi, quam de rhetorica instituit, certe nihil aliud est propositum, nisi hoc, ut rhetoricam doceatur vera artis laude indignam esse propterea, quod philosophiae sublimitate et ubertate pariter atque dialectica subtilitate careat. Hoc ipsum autem abunde ex amatoria illa oratione Lysiae tributa atque ex iis cognoscitur, quae eius caussa de arte rhetorica deque dicendi ac docendi modo copiose disseruntur. Itaque philosophus sane sperare potuit et confidere, sponte inde ab omnibus intellectum iri, quid de celebratissimis illis orationibus iudicialibus iudicari oporteret, quas Lysias emisisset. Nempe in his quoque isto modo tacite significavit philosophiae ubertatem atque vim

desiderari, quandoquidem Lysias omnino talis fuit, qualem iam veteres descripserunt, subtilis quidem, perspicuus, tersus, elegans et urbanus, sed idem minus gravis, ieiunus saepe atque iusto tenuior, in quo subinde etiam sophisticum quiddam pellucet atque arte quaesitum, praesertim quum etiam figuris rhetoricis delectetur, quibus Plato non artem, sed artis quaedam initia et rudimenta (τὰ πρὸ τῆς τέχνης) contineri arbitratur. De quibus omnibus praeter ceteros, quorum iudicia collegit Hölscherus Vit. Lys. p. 32. sqq., unum sufficiet audivisse Tullium, qui plus semel de Lysia verba fecit. Is igitur Orat. c. 9. §. 30. nam qui Lysiam sequuntur, caussidicum quendam sequuntur, non quidem illum amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus caussis possit consistere, h. e. in aliis scribendi generibus ut nimis tenuis minus probandus videatur. Brut. 9. §. 35. nihil acute inveniri potuit in iis caussis, quas scripsit (Lysias); nihil, ut ita dicam, subdole; nihil versute, quod ille non viderit; — nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, in quo quidquam inesset elatius. De opt. dic. gen. c. 3. imitemur, si poterimus, Lysiam eiusque tenuitatem potissimum; — sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsas aliis et parvarum rerum caussulas scripsit, videtur esse ieiunior. Ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias dicere fortasse non possit.

Verum satis haec de istis. Videmur enim hactenus abunde demonstravisse, quod demonstrare fuit propositum, minime ex eo, quod nulla in Phaedro neque descriptio neque censura iudicialium Lysiae orationum reperitur, illud consequi, ut liber Platonis ante Olymp. XCIV. emissus esse et philosophi iuventuti potius quam virili aetati deberi existimandus sit. Pergimus ad alterum illud, unde supra vidimus viros doctissimos simile repetiisse iudicium. Etenim magnam illi neque ullo modo excusandam censuerunt futuram fuisse facinoris indignitatem, si Plato, quum ipse iam plus quam quadraginta annos

natus esset, senem septuagenarium tanta mordacitatis cavillatione petiisset neglectisque eius virtutibus tanta acerbitate exagitavisset, quanta in Phaedro utique ab eo factum sit. Ex quo consequens esse volunt, ut origines libri ad eam philosophi aetatem reiiciendae sint, in qua eiusmodi petulantia saltem sit magis excusabilis. Itaque quaesivisse item iuvabit, quid quantumque huic rationi tribuendum sit.

Licebit autem hic primum animadvertere parum nobis videri credibile, Platonem Lysiae iam Olymp. XCIV. in. tale opus, quale Phaedrus est, fuisse oppositurum, quandoquidem ille tum vix iam ad eam Athenis pervenerat auctoritatem, ut tamquam princeps rhetorum in scenam producendus videretur. Rediit enim, ut vidimus, Athenas Olymp. XCII. 1. = 412. a. Chr. n. Iam vero si Phaedrum ponamus Olymp. XCIV. in. litteris exaratum esse, Lysias necesse est iam septem fere annorum spatio, quos primos vir factus Athenis exegit, ad eam laudis et famae celebritatem pervenisse, ut ipsius auctoritas etiam philosophiae studiis officeret. Quod profecto tanto minus est credibile, quod ibi teste Cicerone Brut. c. 12. ab initio docuit eloquentiae artem, ac postero demum tempore ad iudicialium orationum scriptionem accessit, quodque omnes consentiunt nomen ipsius inde ab eo demum tempore illustrius extitisse, quo talium orationum scriptioni operam dare coeperit. Quocirca nec verisimile est ipsi tum Phaedrum esse oppositum, praeteriitque procul dubio dehinc longius temporis spatium, priusquam Plato eum scripto adoriendum statueret, licet haud incommode fieri potuerit, ut dialogus iam illa aetate habitus fingeretur, quippe quo iam ingenii artisque ostentandae caussa Gorgiae exemplum aemulatus oratorias declamationes edidisset. Sed quum minime sit credibile Phaedrum iam Olymp. XCIV. Lysiae fuisse oppositum, tum etiam in promtu sunt argumenta, unde appareat Lysiae senectutem nihil prohibuisse, quominus Plato de ipso grandis aetatis viro scriberet quae in Phaedro disputata sunt. Etenim primum quidem quod dictitant mitius de illo vel excusabilius videri posse iudicium, si iam Olymp. XCIV. in. expromtum sit, id profecto nihili est. Fuit enim Lysias etiam tum aetate iam provectior, siquidem ha-

bait prope quinquaginta annos. Quid igitur? num de homine quinquagenario salva modestia et humanitate scribi potuisse putabimus quae in Phaedro scripta sunt; de viro septuagenario eadem scribi potuisse negabimus? Quasi vero hoc tale temporis discrimen quidquam valeat ad regendum tali in caussa decori et indecori itemque iusti et iniusti iudicium. Ad hoc autem accedit etiam aliud quid. Versatus enim Lysias est in studiis eloquentiae ad summam usque senectutem, ut vel senex summi atque clarissimi rhetoris laudem obtinuerit. Obiit enim teste Dionysio Hal. Olymp. C. 2. = 379. a. Chr. n. octogenarius, quamquam alii vitae ipsius terminum etiam annis compluribus longius proferunt. Ad quod usque tempus ipsum nunquam rhetorices fuisse incuriosum vel orationes eius adhuc superstites liquido testantur, ex quibus orationes κατὰ τῶν σιτοπωλῶν et pro bonis Aristophanis Olymp. XCVIII. 1. = 388. a. Chr. n. defensio pro Polystrato Olymp. XCII. 4. = 409. a. aer. Chr. oratio contra Panclenem Olymp. XCV. 4. = 397. orationes adversus Epicratem, Ergoclem et Philocratem Olymp. XCVII. 3. et 4. oratio contra Theomnestum Olymp. XCIX. 1. scriptae putantur. Quid igitur? haec quum ita sese habeant, nonne verisimiliter statuere licebit in hac studiorum suorum perpetuitate et continuatione Lysiam circa Olymp. XCVIII. in. adhuc floruisse summa eloquentiae laude, ut plurimi eum, sicuti Phaedrus Myrrhinusius, maxime admirarentur et ut principem fere λογογράφον devenerarentur? Enimvero isto quidem pacto liquet potuisse sane Platonem de eo scribere ut sene, quae teste Cicerone (Orat. 13. §. 41.) de Isocrate seniore scripsit. Nec vero tum in eum non convenerunt quae in oratione ipsi tributa comparent tectae nequitiae signa et argumenta. Nam in oratione Demosthenica contra Neaeram p. 1351. §. 21. sq. narratur rem habuisse cum Metanira, meretrice Corinthia, quod ita factum videtur, quo tempore iam annum aetatis sexagesimum sextum vel septimum egit. Quocirca callidus veterator non sine specie veritatis etiam amoris humilioris criminatione peti potuit. Ac fieri potest ut Plato eum etiam propter democratiae studium, a quo philosophus abhorrebat magnopere, contemserit ac deluserit, de quo v. Stahr. Aristotel.

Libr. I. p. 63. sqq. Id enim verisimile fit ex Phaedr. p. 227. B. ubi v. annotat. nostr. Sed istud quidem in medio relinquamus. Pergimus potius ad illud, unde totius rei ratio etiam accuratius perspiciatur rectiusque aestimetur. Tantum abest enim, ut Plato severa ista, quam egit, artis oratoriae censura unum Lysiam petierit et corripuerit, ut longe maius quiddam spectaverit. Voluit enim procul dubio omnes omnino oratores vel rhetores a Siculorum disciplina profectos, uno excepto Isocrate, reprehendere et exagitare, quippe qui arti suae omnia, philosophiae rationi et conformationi, qualem olim iam Pericles, vir vere Atticus, plurimi aestimavisset, nihil plane tribuerent. Quocirca Lysiam non tam suam unius personam quam potius rhetorum omnium uni arti omnia tribuentium partes sustinere voluit. In quo similiter atque comicus Aristophanes versatus est, quem constat in Nubibus Socratem ut principem sophistarum perstrinxisse, in Ranis autem Euripidem ut argutorum et mollium tragicorum ducem et antesignanum in scenam produxisse, ut simul sophistae atque poetae id genus reliqui omnes riderentur ac deluderentur. Quam rationem ne quis putet a dialogorum scriptore esse alieniorem, cogitet is, quantum cognationis sermones Platonis cum fabulis poetarum, imprimis comicorum, habeant, memineritque praeterea similis artificii exempla etiam in aliis philosophi operibus, Symposio, Protagora, Republica, extare, in quibus libris omnibus passim loquentes ita inducuntur, ut certae alicuius rationis ac disciplinae tamquam partes sustineant. Esse autem Lysiam revera isto modo a Platone informatum, quum ex universa de rhetoricis disputatione intelligitur, tum imprimis, ex iis locis apparet, ubi praeter Lysiam etiam alii rhetores vellicantur, ut p. 258. D. *Λυσίαν τε καὶ ἄλλον, ὅςτις πώποτέ τι γέγραφεν κ. τ. λ.* p. 272. C. D. p. 278. C. aut universa cohors Siculorum ac sophisticorum rhetorum perstringitur, sicuti fit p. 266. C. sqq. Atque haud scio an ad confirmandam hanc sententiam etiam illud valeat, quod p. 278. C. D. Lysias monetur, ut sese aliquando Polemarchi fratris exemplo ad philosophiae studium convertat, quodque p. 257. B. Socrates ita loquens inducitur, ut ei idem illud bonum ab Amore precetur. Nimirum haec omnia

licet propter tempus, quo habetur sermo, recte et cum specie veritatis ipsi dicantur Lysiae, tamen ita demum plenam vim suam accipiunt, si de persona cogitamus, quam rhetor celeberrimus in Phaedro sustinet. Tum enim ea non tam Lysiae caussa, quam propter eos omnes monita esse putanda sunt, qui perverso consilio a rhetoricis studiis philosophiam omnino seiungerent. Nimirum ita philosophus callidissime, quo tempore dialogum scripsit, praesentis aetatis rationem duxit, quandoquidem non tam grandaevum senem ad meliorem mentem reducere, quam rhetores aetate minores ac sibi aequales vel suppares edocere studuit, quaenam via ingredienda esset, ut ad verae germanaeque eloquentiae laudem perveniretur. Hoc autem si ita sese habet, sponte intelligitur, acerbitatem istam iudicandi, quam Platoni verterunt opprobrio, non tam ex indigno adversus Lysiam senem odio prodiisse, quam inde potius ortam esse, quod philosophus omnino rhetoricorum studiorum perversitatem castigare ac simul philosophiae dignitatem ac praestantiam in illustriore luce collocare voluit. Quod autem illum unum potissimum delegit, qui reliquorum omnium partes sustineret, non potuit profecto ullum illorum temporum rhetorem reperire, cui illas rectius imponeret, quam eum, qui erat δεινότατος τῶν τότε γράφειν, ut ipse ait p. 228. A., praesertim quum is praeter ceteros etiam in amatoriis scriptionibus elaboravisset, qualis ut in medium proferretur, universi operis ratio et argumentum primarium utique postulavit.

Atque his ita expositis tandem effecisse videmur, quod erat propositum, ut ne ex iis quidem, quae de Lysiae vita atque studiis memoriae prodita sunt, consequi appareat, Phaedri origines non posse ad maturiorem philosophi aetatem referri, sed adscribi oportere eius adolescentiae.

Pergimus ad examinanda reliqua argumenta, quibus viri docti probare conati sunt, Phaedrum esse fetum ingenii Platonici iuvenilis. Sunt autem ea argumenta rhetorici maxime atque dialectici generis, quandoquidem tam elocutionem quam disserendi rationem in hoc libro regnantem eam esse iudicaverunt, quae iuvenilis aetatis manifestum indicium faceret. Quae omnia quo iure ita statuantur,

ne prolixior evadat disputatio, quam brevissime non tam demonstrare quam ostendere conabimur.

Et elocutionem quidem operis iam veteres critici tamquam singularem notarunt vel etiam reprehenderunt ut a prosa oratione alieniorem. Ita Aristoxenus apud Diogen. L. III. 25. et 38. τὸν τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ὡς φορτικὸν notavit. Porro Dionys. Hal. in Epist. ad Pomp. p. 762. sqq. T. VI. ed. Reisk. et de vi admirand. Demosthen. p. 969. sqq. gravem in Phaedro dictionis urpatae censuram instituit. Reprehendit enim ibi philosophum, quod in hoc libro nimius fuerit sublimitatis atque granditatis affectator ideoque in ineptum tumorem ac fastum incurrerit, quo nomine ipsi ψόφους καὶ διθυράμβους καὶ κόμπον ὀνομάτων πολὺν. et Gorgianae orationis turgorem vertit opprobrio; imprimis autem eum vituperat, quod relictis saepius prosae orationis finibus temere ad ποιητικὴν ἀπειροκαλίαν, quam vocat, transgrediatur, ut quum p. 237. A. repente Musas in re vulgari precibus invocet; p. 238. C. amoris vim naturamque inanibus argutiis definiat nec sine magnis verborum ampullis; atque p. 266. E. sqq. iter deorum atque animorum per coeli spatia institutum magnificentius describat. Enimvero in his omnibus Dionysius exemplis maxime e Phaedro repetitis id agit, ut Platonem a Demosthene dicendi laude superatum esse doceat, sicuti ex verbis p. 1000. p. 1026. et p. 1058. ed. Reisk. perscriptis facile intelligitur. Iam vero huic Dionysii iudicio proxime subiungere placet sententiam Caecilii, rhetoris Siculi, qui fuit homo in arte sua admodum clarus ac Dionysii familiaris. Is enim teste *Longino* De Sublimitate c. 29. et c. 32., crimine tumoris in Platonem coniecto, Lysiam demonstrare conatus est Platone multo esse et venustiorem et elegantiorem, ut simile quiddam egisse iudicandus sit atque Dionysius, qui Demosthenem censuit Platoni esse anteponendum. In quo illum verisimile est item Phaedrum imprimis dialogum ob oculos habuisse, ut in quo et Lysias a philosopho taxatur acerbius et bene dicendi praecepta ex philosophiae penu depromta non sine rhetorum irrisione proponuntur. Quamobrem ille, quamquam Lysiae potissimum vindicias egisse videtur, tamen et de summa re cum Dionysio consensisse

et vero etiam Phaedrum carpsisse existimandus est. Sed istud quidem in medio relinquamus. Pergimus potius ad *Olympiodorum*, qui in Vita Plat. p. 76. ed. Fischer. haec scripsit: *Ὅτι τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαλόγου, πάνυ πνέοντος τοῦ διθυραμβώδους χαρακτῆρος, ἅτε Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται.* De quo hominis docti effato etiamsi nobiscum in *Examin. Testim.* p. 21. sqq. ita statuas, ut eius auctoritati non multum tribuendum esse existimes, tamen illud nullo negotio intelligitur, hausta esse quae protulit ex antiquiorum rhetorum fontibus, qui Phaedrum dithyrambicum quiddam spirare indicavissent. Denique audiendus etiam Hermias est, qui Schol. ad Phaedr. p. 63. ed. Ast. haec refert: *τὰ ἐγκλήματα νῦν, ἅ τινες κατηγοροῦσι Πλάτωνος ἐπὶ τούτῳ τῷ συγγράμματι, — ὅτι βασκάνου τινὸς φιλονείκου νέου ἔοικεν εἶναι, κωμῳδοῦντος τὸν ῥήτορα καὶ εἰς ἀτεχνίαν αὐτὸν διαβάλλοντος· ἔπειτα δὲ καὶ τῇ λέξει κεχρῆσθαι ἀπειροκάλῳ καὶ ἐξωγκωμένῃ καὶ στρομφώδει καὶ ποιητικῇ μᾶλλον, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπεσημήνατο.* Atque haec quidem sunt fere veterum rhetorum de Phaedri eloquutione iudicia. Similiter vero de illa senserunt etiam critici recentiores, ex quibus praeter ceteros nominandi sunt Aug. Bern. Krischius: Ueber Platons Phaedrus p. 135. sqq. et Schleiermacherus Praef. ad Phaedr. p. 69. sqq. Quamquam hi etiam alia non pauca notarunt tamquam singularia, ut exuberantem quandam verborum ac sententiarum luxuriam, insolentiorem orationis vigorem et alacritatem, ridendi atque exagitandi petulantiam, colorem sermonis mire variatum, affectatam quandam dicendi gravitatem, vanam et inanem artis dialecticae et oratoriae ostentationem, et quae his cognata sunt vitia. Ex his omnibus vero denique veterum criticorum, de quibus Olympiodorus aliquid prodidisset, secuti auctoritatem protenus concluserunt, ista omnia esse iuvenilia ideoque Phaedrum iuvenile Platonis opus esse. Nec vero negari ullo modo potest reperiri in Phaedro ea fere omnia, quae ab illis notata et animadversa sunt. Sed quamquam id sine ulla dubitatione largiendum est, tamen nos quidem nullo pacto concedendum putamus, quod inde colligendum censuerunt. Est enim elocu-

tio argumento et consilio operis tam sollerter attemperata, ut id non iuvenem scriptorem arguat, sed perfectum dialogorum artificem, qualis Plato procul dubio maturiore demum aetate extitit. Nam rerum in posteriore Socratis oratione tractatarum ingens magnitudo ac sublimitas sibi utique depoposcit etiam ornatum verborum ac sententiarum magnificentiorem et grandiorem dictionem quam qualis sermoni vulgari conveniret; censura porro rhetorum ac sophistarum non potuit vacare cavillationis quadam et irrisionis acerbitate; praterea philosophiae laudatio et praedicatio tamquam aeternae veritatis magistrae et rhetoricorum studiorum victricis necessario etiam debuit cum artis quadam atque rationis ostentatione, speciosa quidem certe, coniuncta esse, praesertim si philosophus tum primum philosophiam in Academia docere instituerat; denique vigor orationis et alacritas insolentior necesse fuit ut per omnia diffunderetur, quem et recentis consilii gravitas et novae rationis ac disciplinae dignitas et adversariarum partium contemtio ultro excitaverit atque naturali animi motu effecerit. Itaque congruit profecto elocutionis varietas egregie cum rerum tractatarum varietate, ut altera alteram sponte genuisse videatur. Id quod ex parte etiam Hermias perspexit, qui p. 63. et 65. ed. Ast. rectissime censuit, orationem rebus ipsis in Phaedri opere prudentissime esse attemperatam. Nec vero istud signum aut argumentum putamus iuvenilis inertiae, sed perfectae artis maturiori aetati propriae, praesertim quum Platonem nec illo tempore ingenii animique vigore defecisse tam Symposium non ita multo post Phaedrum in lucem editum quam alia opera etiam posteriore tempore scripta luculentissime contestentur.

Itaque dictionem quidem Phaedro propriam exploratum habemus nihil prorsus referre, quod librum adolescentiae Platonis tribuendum esse evincat. Sed alia quoque afferunt argumenta, unde id probabile fieri contendunt; quae quidem argumenta sunt generis dialectici. Dictitant enim usum dialecticae in hoc opere expromtae minime eum esse, quem Platonis ad maiorem disserendi facultatem exercitati consuetudo referre soleat. Nam primum quidem philosophum monent usum esse mytho sive

fabulae involucro, quo loco vitam animorum superiorem eorumque cum diis immortalibus coniunctionem descripserit, p. 249. C. — 257. A. quod et doctrinae imperfectionem et dialecticae imperitiam eam arguere aiunt, qua fieri non potuerit, ut res gravissimae fabulose nunc tractatae explicarentur subtilius; v. Schleiermacher. Praef. ad Phaedr. p. 79. sq. et Krischius l. c. p. 54. atque p. 132. sqq. ubi inter alia haec scripsit: *Platon kleidet dabei die Summe seiner philosophischen Ueberzeugungen in das dunkle Gewand des Mythus ein, um uns zu bedeuten, dass seine Lehre sich noch an der Schwelle jener Entwickelungsstufen befinde, auf welchen es ihm noch nicht möglich ist, das erst Geahnete in der Form des philosophischen Begriffs vorzuführen.*" Deinde vero etiam censent disputationem in hoc opere minus subtiliter esse institutam, quippe quum multa ponantur potius et asseverentur, quam exquirantur atque pervestigentur, neque caussae rerum disceptatarum idoneis rationibus aperiantur, multa etiam imperfecte exponantur, ita ut ne dialecticae quidem ratio ac disciplina, quae tamen magnam operis partem sibi vindicet, plene accurateque descripta sit. v. Schleierm. I. P. I. p. 65. sqq. ed. 2. Krischius l. c. p. 134. sq. Haec igitur illi, ex quibus item effici volunt, ut Phaedrus pro iuvenili opere habendus sit. Quae quidem omnia quo iure ita pronuntiata sint, paucis disputavisse sufficiet, quum partim iam ex iis, quae supra sunt exposita, quid rei sit, perspectum iri existimemus. Ut igitur ab eo exordiamur, quod postremo loco memoravimus, de dialecticae quidem descriptione, quae in hoc sermone exhibetur, multum veremur ut isto modo satis caute et circumspecte iudicatum sit, quae certe ad tantam perfectionem in hoc libro elaborata est, ut potius Heusdio assentiendum videatur Init. Phil. Plat. Vol. I. P. II. p. 76. iudicanti paene totam philosophi rationem in illo declaratam esse. Nimirum adumbrata eius ratio ac disciplina est totius scripti consiliis convenienter. Ex quo sponte consequitur, ut Platoni neutiquam ea artis dialecticae species et imago exhibenda fuerit, quae omnibus numeris perfecta et absoluta esset,

sed potius talis adumbranda, quae responderet praesentis scriptionis rationibus. Quocirca descripsit ille dialecticam ut artem amatoriam, quae divino sapientiae amori tamquam ministret ac suppetias ferat, ideoque omissis aliis non ad rem praesentem pertinentibus ea tantum exposuit, quae vel ad rerum scientiam et cognitionem iungendis ac discernendis ideis vel notionibus comparandam pertinent, vel etiam ostendunt ac patefaciunt, quatenus dialectica etiam ad scientiam et cognitionem inter alios propagandam valeat *). In quo consilio scribendi tanto minus inertia aliqua iuvenilis animadverti potest, quod quae proponitur dialecticae species et imago, ea cum iis, quae in aliis libris de arte gravissima sunt explicata, planissime convenit. Itaque hoc quidem nomine res salva est, evanescitque protenus iuvenilis operae suspicio omnis, ubi quid Platoni in adumbranda imagine dialectices propositum fuerit, probe meminerimus. At enim vero censuerunt critici etiam usum et exercitationem dialecticae in hoc libro minus esse subtilem adeoque tantam habere inscitiam, ut iure inde suspicari liceat, Platonem, quo tempore hunc sermonem scripserit, in dialecticis minus fuisse exercitatum. Ex quo item effici arbitrantur, ut Phaedrus pro opere Platonis iuvenili habendus sit. Quod quidem virorum egregiorum iudicium num qua probari possit an vero improbari debeat, quam brevissime exposuisse iuvabit, ne legentium patientia iusto diutius abusi esse videamur. Et illud quidem facile largimur, in iis libri partibus, quae tres illas orationes amatorias complectuntur, nec crebriores interrogandi et respondendi vices reperiri, nec disserendi subtilitatem eam locum habere, qua omnia ac singula acutius exquirantur, subtilius disceptentur, operosius diiudicentur. Nimirum sermones cum orationibus iuncti atque copulati et breves sunt et pertinent fere ad Lysiam atque declamationis huic oratori tributae explorationem, ut magis altercationis quam quaestionis dialecticae speciem referant. Quod

*) v. Comment. nostr. De artis dialecticae in Phaedro Platonis doctrina et usu. Lipsiae, 1853. 4. ubi haec omnia p. 1. — 32. copiosius sumus persecuti.

profecto per ipsam argumenti naturam aliter fieri nullo modo potuit. At enim vero quum in Lysiae oratione a scriptore ipso graviter reprehendatur dialecticae contemtio et neglectio, tum in duabus Socratis orationibus certe per omnia regnat iusta partium descriptio, idonea argumentationis progressio, denique verborum ac sententiarum tanta perspicuitas, quantam difficillimorum philosophiae locorum tractatio et expositio videatur capere potuisse. De posteriore autem operis parte si quaerimus, subtilissime profecto ibi docetur, artem rhetoricam sine philosophiae auxilio neque consistere neque nomen artis aut laudem scientiae tueri posse, quia et rerum inventio et tractationis ratio atque via et vero etiam animorum movendorum atque edocendorum facultas atque persuasio nulla plane cogitari possit, nisi si sapientiae opibus sustentetur et muniatur. Quae certe tanto ingenii acumine explicata sunt, ut ne Aristoteles quidem dubitaverit in hac disciplinae rhetoricae parte Platonis legere vestigia. Quamquam in his quoque sermonibus reperiuntur, quae non tam subtilitate dialectica exquiruntur, quam simpliciter ut iam inventa proponuntur atque diiudicantur. At nimirum sunt haec omnia eius generis, ut non tam in mentis cogitatione quam in rerum usu et experientia posita sint ideoque dialecticam disceptationem aegre capiant. Sed satis de his. Reliquum est, ut de mythorum usu dicendum sit. In quibus iudicandis plurimum falli arbitramur, qui eorum caussas et origines inde repetunt, quod philosophus, quo tempore illis usus sit, iuvenili quodam animi fervore abreptus vividiores et alacriores sensus nondum satis compescere et moderari aut rationis tamquam freno coercere didicerit. Quasi vero mythus philosophus, quem dicere licebit, soli phantasiae ludibrio debeatur ac nihil in se contineat reconditius et abstrusius, quod arctiore quadam cum philosophia necessitudine contineatur. Nempe habet ille profecto originem atque caussam ideam quampiam repraesentatque semper ac depingit rerum statum aliquem et conditionem, qualem propter ideae alicuius evidentiam poni ac statui necesse sit, ita quidem ut in illo statu describendo utatur vel religiosis popularium opinionibus vel placitis ac decretis physico-

rum vel poetarum fictionibus vel etiam imaginibus propriis et consilio scribentis accommodate inventis, iisque coniunctis omnibus novum quiddam effingat assumta etiam augustiore quadam religiosae sanctitatis specie. Iam vero talis status rerum quoniam plane similis est atque respondet iis, quae in facto sunt posita atque sensibus subiecta, profecto non magis dialectice exquiri aut disserendi subtilitate fingi et inveniri potest, quam res adspectabiles et vitae communis experientiae obnoxiae. Ex quo sponte intelligitur, cur Plato quo loco divinam animorum vitam olim cum diis immortalibus actam nativamque eorum indolem ac naturam describit, fabulosa narratione usus sit, quam profecto non propter inscitiam dialecticam adhibuit, sed potius propterea, quod statum eorum aliquem deformavit, unde fuisse quondam meliorem perfectioremque ipsorum utpote nondum cum hoc mortali corpore colligatorum fortunam et conditionem intelligeretur. Itaque tantum abest, ut inde iuvenilis philosophi imperitia appareat, ut hinc quoque cognoscatur, fuisse Platonem quo tempore ista scripserit iam interioribus philosophiae sacris initiatum, ut etiam celsiorem sapientiam ab ideis repetitam grandibus rerum imaginibus declarare sustinuerit. Atque haec quidem omnia etsi breviter tantum exposita sunt, tamen satis, opinor, docebunt, ne elocutionem quidem atque dialecticam in Phaedro usurpatam id efficere, ut liber a Platone adolescente litteris consignatus atque publicatus esse putari debeat.

Sed satis haec de argumento et consilio, de arte et compositione, denique de temporibus Phaedri. Quae quidem omnia videbantur ideo copiosius et uberius exponenda esse, quoniam harum rerum notitiam non modo ad huius libri intelligentiam, verum etiam universorum Platonis operum cognitionem accuratiorem plurimum valere nobis persuasimus. Pergimus ad indicanda litterarum subsidia, quibus in hac editione adornanda uti licuit.

CODICES MANUSCRIPTI.

1) Clarkianus vel Bodleianus, scriptus a. 896. p. Chr. n. omnium facile princeps, excussus a Th. Gaisfordio, qui lectiones eius publicavit in Lectt. Platonicis. Oxford. 1820. 8.

2) Coislinianus: Γ.

3) Vaticanus: Δ.

4—7) Veneti: Λ. Ξ. Π. Σ.

8—19) Parisini: B. C. D. E. F. G. H. N. O. P. T.

20) Vaticanus: r. } qui habent locos dialogi excerptos.

21) Palat. Vaticanus: δ. }

De his codicibus, ab Im. Bekkero excussis, v. Bekker. Indic. Codd. a se collatorum p. VII. sqq. XI. XIII. et Ind. Codd. contin. p. VII. et IX. In iis notandis nos eadem sigla, quibus Bekkerus usus est, adhibuimus.

22—28) Florentini, a nobis litteris: a. b. c. g. h. i. ϑ. insigniti; de quibus diximus in editione Opp. Plat. Lipsiensi Vol. XII. p. VI. Contulit eos Franc. del Furia.

29—34) Vindobonenses, quos signavimus numeris: 1. 3. 4. 6. 7. α. ι; de quibus item l. c. p. V. exposuimus. Ex his qui numero 6. inscriptus est, Bekkero vocatur Φ. Ceterum eos contulit Bastius.

35. et 36) Monacenses n. 11. et 407. quos inspexit Astius.

Praeterea Haenischius in adornanda Lysiae declamatiuncula, quam edidit separatim, usus est codice quodam Gothano et libro Raudnitiensi.

Ex his codicibus pro consilii nostri ratione potiorem tantum scripturae varietatem enotavimus, quamquam ubique id curavimus, ut quibus testimoniis niteretur nostra verborum recensio, quam certissime constaret legentibus. Eandem ob caussam etiam codicis Clarkiani, qui etiam Bodleiani nomine insignitur, lectiones integras, ne vitiosis quidem scripturis exceptis, apposuimus. Quamquam fatemur nos minime

accedere eorum criticorum sententiae, qui huic uni libro tantum non omnia tribuunt, ut, ceteris codicibus omnibus posthabitis, adeo lectiones illius per se minime probabiles suscipere non dubitaverint. Enimvero praestantissimus sane ille liber est et in orthographicis imprimis valde emendatus. Nihilominus autem sine dubio manus criticorum correctrices est expertus, ut non raro offerat lectiones, quae si sobrio iudicio cum aliorum codicum, praecipue meliorum, scriptura comparentur, certe minus videri debeant esse commendabiles. Quamobrem in uno Phaedro circiter centum et viginti loci minus recte scripti legerentur, si illius auctoritatem ubique sequuti essemus. Ceterum in locis dubiis et controversis ne deteriorum quidem librorum scripturam silentio transmittendam iudicavimus.

Librorum editorum elenchus.

De editionibus universorum Platonis operum, quae usque ad annum 1846. prodierunt, dictum est in Prolegomenis ad Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. XLIX. sqq. Illis nunc addas recentiores editiones sic inscriptas: Platonis Dialogi secundum Thrasylli tetralogias dispositi, ex recognitione Car. Friderici Hermanni. Lipsiae, sumtibus B. G. Teubneri, 8. min. Vol. I.—VI. 1851.—1858. Singulis voluminibus brevis sed ea perdocta annotatio critica praemissa est, qua imprimis lectiones codicis Clarkiani commendantur, quas editor, ubicunque fieri posset, in ordinem verborum recepit. — Platonis Opera ex recensione R. B. Hirschigii. Graece et Latine. Volum. I. cum Indicibus. Parisiis, ap. Ambr. Firm. Didot. 4. 1856. Praemissus est index emendationum ab editore acutissimo passim factarum: quas in Phaedri editione nostra omnes retulimus; unde etiam de aliis iudicium fieri popoterit. Secundum huius editionis volumen, quod prius in lucem prodiit, curavit Car. E. Chr. Schneiderus. Paris. ibid. 1852. sq. quod quidem continet libros de Republica, Timaeum, Leges, Epinomidem et Epistolas cum spuriis dialogis. Editio diligenter ad codicum fidem exacta.

Editiones Phaedri singulares, quibus usi sumus, hae sunt:

Platonis dialogi quatuor (Lysias, Charmides, Hippias maior, Phaedrus). Emendavit et ann. instruxit L. Fr. Heindorf. ed. sec. ad apparatum Im. Bekkeri lectt. emend. Phil. Buttmannus. Berol. 1802. et iterum 1827. 8.

Platonis Phaedrus. Recensuit, Hermiae Scholiis ex cod. Monac. XI. suisque commentariis illustravit Frid. Astius. Lipsiae, 1810. 8.

Platonis Opera. Ed. Frid. Astius. T. X. qui continet uberrimum in Phaedrum commentarium.

Platons Phaedrus und Gastmahl; übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Ien. 1817. 8.

Platons Phaedrus, griech. u. deutsch, mit krit. u. erklär. Anmerkungen. Leipz. 1846. 8.

Platonis Phaedrus. Recensuit Carol. Badham. Lond. 1851. 8. min. Editio habet breves annotationes criticas easque partim perquam acutas. v. Commentar.

Lysiae Amatorius. Lectionis varietate et commentario instruxit — Ed. Haenisch. — Praemissa est commentatio de auctore orationis. Lipsiae, 1827. 8. Editor orationem Lysianam non Platoni, sed Lysiae deberi ostendere conatus est.

Praeterea ad Phaedrum illustrandum faciunt quae disputaverunt C. Fr. Hermann in Iahnii et Klotzii Annal. nov. Philol. et Paedag. Vol. VII. P. IV. a. 1833. p. 395. sqq. Chr. Eberh. Finkh in Zimmermanni diario: *Zeitschrift f. Alterthumswissenschaft* a. 1835. Fol. 96. et 97. Vögelin: in edit. min. Opp. Plat. Turic. Vol. XVIII. a. 1841. Fridr. Schleiermacherus Opp. Plat. Interpret. Germ. Vol. I. Frid. Astius et Ios. Socher de Vita et Scriptt. Platon. C. Frid. Hermann Geschichte und System der Plat. Philosophie p. 510. sqq. Hieron. Müller. et Car. Steinhart Interpret. Germ. Opp. Plat. Vol. IV. p. 3. sqq. Lips. 1854. 8. Aug. Bernh. Krische Ueber Platons Phaedrus. Götting. 1848. 8. Franc. Susemihl Die genet. Entwickelung der Plat. Philosophie Vol. I. Lips. 1855. p. 211. sqq. Alia scripta, quibus usi

sumus, suo loco vel in Prolegomenis vel in Commentariis Platonis orationi subiunctis commemoravimus.

Ceterum vix opus esse putamus legentes monere, in nova hac Platonici operis editione, quam, sicuti fas fuit, non tironibus, sed hominibus liberalioris doctrinae amantibus atque adolescentibus in litteris provectioribus dicatam esse voluimus, plurima esse reficta, deleta, addita, denique emendata. Quo factum est, ut liber, si non plane novus, at certe longe alius extiterit quam fuit antehac. Nimirum quod vulgo in proverbio dici solet, diem die doceri, id vel maxime etiam in harum litterarum studiis ita accidere solet. Quod autem ille in medium prodit quam emendatissimus, id debetur maxime providae curae eorum, qui quae scripseramus, priusquam typothetis traderentur, diligenter perlustrare dignati sunt atque opera sua sedulo caverunt, ne quid vitii gravioris in plagulis typis impressis relinqueretur. His igitur viris praestantissimis pro opera sua Platoni praestita mecum gratias agent quam maximas, qui quanti talis cura atque labor faciendus sit, bene secum perpenderint.

Menda typothetica.

In Prolegg. p. I. vers. 1. leg. Myrrhinusius. — Ibid. p. XLIX. v. 1. leg. produntur pro probantur. — Ibid. p. LIX. ann. vers. 1. corr. Multiplices. — Ibid. p. LXVI. vers. 16. ab inf. leg. quo pro quod. — Ibid. p. LXX. v. 19. ab inf. scr. *Πλάτωνα* pro *Πλάτωναι* et paullo post ἦ pro ῆ. — Ibid. p. LXXI. vers 18. pro et Luna leg. et Diana. — Ibid. p. LXXV. v. 6. ab inf. pro latu leg. tutu. Alia leviora sunt, quam ut indicanda videantur. Neque adhuc in Graeca Platonis oratione et in commentariis ei subiunctis animadvertimus, quod emendatione indigeat, nisi forte etiam talia notanda sunt, quale est p. 85. ann. col. 2. vers. 15. ab inf. ubi gnaviter pro graviter legendum esse sponte intelligitur.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

Φ Α Ι Δ Ρ Ο Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ ΦΑΙΔΡΟΣ.

Cap. I. Ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; 227
ΦΑΙ. Παρὰ Λυσίου, ὦ Σώκρατες, τοῦ Κεφάλου· πορεύομαι δὲ πρὸς περίπατον ἔξω τείχους· συχνὸν γὰρ ἐκεῖ διέτριψα χρόνον καθήμενος ἐξ ἑωθινοῦ· τῷ δὲ σῷ καὶ ἐμῷ ἑταίρῳ πειθόμενος Ἀκουμενῷ κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους· φησὶ γὰρ ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις. B

P. 227. A. *εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις*] Sic cum Bodl. codd. plerique omnes. Vulgo *τῶν ἐν τ. δρ. εἶναι*.

P. 227. *ποῖ δὴ καὶ πόθεν;*] Imitatus hoc libri principium est Lucian. Encom. Dem. §. 1. T. II. p. 581., ut recte vidit Heindorfius. Laudat illud Dionys. Hal. VI. p. 762. et 969. Ob oculos habuit etiam Aeneas Gazaeus, qui Theophrastum suum Platonis imitatione ductus sic incipit: *Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Ἀξίθεε;* Atticam compellandi formulam, quam praeter Heindorfium ad Lysid. p. 203. B. illustrarunt etiam Astius ad h. l. et Iacobs. ad Antholog. Gr. T. III. P. III. p. 64., expressit Horatius Sermon. II. 4, 1. Unde et quo Catius? Plenius idem Serm. 1, 9, 62. Unde venis et quo tendis? Contractius contra Carmin. III. 27, 37. Unde quo veni? quod foret Graece: *πόθεν ποῖ ἐλήλυθα;* — *ἐκεῖ διέτριψα*, sc. apud Lysiam.

πειθόμενος Ἀκουμενῷ] Mollis ac delicatulus homo: unde medico modicas corporis exercitationes suadenti adeo religiose obtemperat. conf. etiam locum perquam memorabilem De Republ. III. p. 406. B. C, ubi primus Herodicus narratur gymnasticam ad medicum usum traduxisse, id quod Plato vehementer exagitat, et Symp. p. 176. D. Acumenum medicum, Eryximachi medici patrem, philosophus memorat etiam infra p. 268. A. B. et Sympos. p. 176. B. Alia de eo vide sis apud Xenophontem Mem. III. 13, 2., ubi temperantiam dicitur appellavisse optimum convivii condimentum, et apud Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 193 sq.

ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις] „Δρόμοι fuerunt loca tecta non modo ad cursum, sed etiam ad ambulationem destinata.“ Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 89. His igitur *αἱ ὁδοὶ* opponuntur, hoc est, viae apertae atque publicae, in quibus Acumeno deambulatio visa est salubrior esse et ad amovendam lassitudinem efficacior

ΣΩ. *Καλῶς γάρ, ὦ ἑταῖρε, λέγει. ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει.*

ΦΑΙ. *Ναί, παρ' Ἐπικράτει, ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ.*

B. *ἦν ἡ διατριβή*] V. *ἡ* aberat, invitis codd. Quidam libri *δή*, alii numero octo *δὴ ἦν* omittunt, quod tamen Bodl. *Π.* Vat. alii tuentur.

Τί δαί; οὐκ ἂν οἴει —] Sic boni aliquot codd. *ΔΣ*, tres Vindd., cum corr. Bodl. Vulgo *Τί δέ;* probante C. Fr. Hermanno.

(*stärkender und erquickender*), propterea, nisi fallor, quod ibi et liberior atque purior aer hauriretur, et motus corporis plus haberent varietatis. Voc. *ἀκοπωτέρους* enim ex usu medicorum positum. Nam *ἄκοπα* a medicis dicuntur medicamenta vel remedia, quibus adversus lassitudinem utuntur, hoc est, lassitudinem levantia vel amoventia, ad tollendam lassitudinem efficacia ac salubria, denique vires reficientia et recreantia; v. Foësii Oeconom. Hippocrat. s. v. Celsus De medic. IV. 24. Plin. Hist. Nat. XXIX. 3. XXXI. 7. Qua ratione etiam Latini loquuntur, acopa Graecum vocabulum crebro usurpantes. Contulisse cum his iuvabit Aristotel. Probl. I. 37. *τῶν περιπάτων οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοπώτεροί εἰσιν οἱ ἀνώμαλοι τῶν εὐθειῶν.* Probl. V. 12. et quae copiose disputat Mercurialis De Arte Gymn. IV. 10. p. 217 sqq. ed. Venet. Ceterum iungenda verba in hunc modum sunt: *φησὶ γὰρ αὐτούς*, h. e. *τοὺς κατὰ τὰς ὁδοὺς περιπάτους, ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις*, sc. *περιπάτων.*

B. *ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει*] *Ἀτὰρ* ita positum tetigit Heindorf. ad Theaet. p. 142. E. — *ὡς ἔοικεν*, ut ex iis, quae dixisti, coniicere licet, quod dictum est paullo lenius pro ut apparet, ut Euthyd. p. 271. B. — *ἐν ἄστει*, Athenis. De Rep. I. 327. A. addito articulo: *ἀπῇμεν πρὸς τὸ ἄστυ*: sed ibidem E. *δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι.* Item infra p. 231. C. *οὕτως ἐκ τοῦ ἄστεος οὔτ' εἰς ὑπερορίαν ἀποδημεῖς, οὔτ' ἔξω τείχους.* Sed v. Flügelium Obss. in Plutarchi Phocionem p. 16. Videtur Lysias domicilium suum habuisse in Piraeeo, quod Heindorf. recte collegit ex eo, quod Cephalus, pater eius, Reip. I. p. 328. C. ibi narratur habitavisse. Non vacat autem irrisione quadam, quod rhetor devertisse dicitur apud Epicratem, qui fuit demagogus famae admodum ambiguae. Verissime Groen van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 114: „A verisimilitudine non abhorret hunc esse Epicratem, qui in Aristophanis Ecclesiazusis memoratur, ubi quum quaesivisset Praxagora: *ἔχετε δ' οὖν πώγωνας;* mulier versu 71. respondet: *Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.* Nam ibi Scholiastes, *οὗτος*, scribit, *εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός. οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν· „Ἄναξ ὑπήνης, Ἐπίκρατες σακεσφόρε.* Aedes Morychiae domini Morychi intemperantia famosae fuerunt; v. Ruhnk. ad Tim. p. 153. Quamobrem haud scio an in Lysiae mores lateat aculeus: certe ad talem loci notationem accommodate quaerit Socrates: *τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δῆλον, ὅτι τῶν λόγων*

ΣΩ. Τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δῆλον, ὅτι τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία;

ΦΑΙ. Πεύσει, εἴ σοι σχολὴ προϊόντι ἀκούειν.

ΣΩ. Τί δαί; οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον καὶ

At vero utrumque vi et potestate sua nonnihil differt. Plenior enim forma atque sonantior usurpatur, quando cum affectu quodam animi, admirationis, doloris, indignationis, gaudii, interrogatur; id quod plane in hunc locum convenit. v. Reiz. et. Hermann. ad Viger. n. 340. Buttmann. Ind. ad Il. Dall. in voc. Δαί, et nostra ad Euthyphron. p. 4. A.

ὑμᾶς Λυσίας εἱστία; " Videtur quippe res commemorari inprimis etiam ideo, quia Lysiae oratio, quam mox recitat Phaedrus, ea est, quae generosiore spiritu plane caret atque tota versatur in vulgaris et humilioris amoris rationibus rimandis atque examinandis. Nimirum talis oratio sane digna fuit, quae ab Epicrate eiusque familiaribus in domo Morychia audiretur. conf. p. 243. C. extr.

ἐν τῇδε —] Loquitur δεικτικῶς. Finguntur enim nondum urbe egressi, ut recte vidit Heindorfius. Ολύμπιον s. Ὀλυμπίειον fuit Iovis Olympii templum, de quo laudant Meurs. Athen. Att. II. 10. Poppon. Prolegg. ad Thucyd. P. I. Vol. II. pag. 464. De sermonum epulis v. ad Reip. I. p. 354. A. IX. p. 571. E. et quos ibi laudavimus. — τῶν λόγων, videlicet, quibus solet vel consuevit. Similiter articulum explicandum censemus in superioribus A: ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους, h. e. ambulationes, quibus utor. — ἑστιᾶν τῶν λόγων τινά dictum ut εὐωχεῖν τινα καινῶν λόγων Theophr. Char. c. 8. Ceterum conf. Gorg. p. 518. E. οἳ τούτους εἱστιάκασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν.

οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον —] Pindari verba sunt Isthm. I. in.: μᾶτερ ἐμά, τὸ τεόν, χρύσασπι Θήβα, πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι. Hinc originem duxit quod vulgo in editt. circumfertur a Stephano introductum, τὸ τεήν τε καὶ Λυσίου. Quod ferri nullo modo potest. Nam poetae verba a Platone haec tantum respiciuntur: ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα: reliqua ipsius philosophi sunt, quem non est probabile ceteris in vulgarem linguam translatis unum istud τεήν fuisse servaturum. Alia ratio est De Rep. II. p. 365. C, ubi τὰν ἀλάθειαν legimus ex imitatione Simonidis. Nollem vero Astius scripsisset ποιήσασθαι τήν σήν τε κ. Λ., quum σήν, omisso τὸ articulo, dictum sit infinite *eine Rede von dir und Lysias*, ad sententiam accommodatius, τὸ autem infinitivo adiunctum eleganter significet istam auditionem rem esse maximi momenti. Quod si quis ambigat, quo iure ita statuamus, adeat is Rostium Gr. Gr. §. 125. 3. de hoc usu articuli infinitivis adiuncti praeclare disputantem. Dein ποιήσασθαι, pro quo Bekkerus aliique ποιήσεσθαι dederunt, unice verum putamus. Nam aoristus quoniam indicat actionem in se spectatam atque absolutam, seiuncta perpetuitatis notione, post verba putandi, sperandi, existimandi ita ponitur, ut significet aliquid continuo certoque factum iri, sive adiuncta conditio sit sive omissa. Eandem habes rationem Gorg. p. 448. A. Xenoph. Mem. II. 1, 4. 15. III. 9, 813. IV. 2, 23. et centenis aliis locis.

ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι τὸ σήν τε καὶ Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι;

C *ΦΑΙ. Πρόαγε δή.*

ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΦΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, προςήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή. ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἐρωτικός. γέγραφε γὰρ δὴ ὁ Λυσίας πειρώμενόν τινα τῶν καλῶν, οὐχ ὑπ' ἐραστοῦ δέ, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται· λέγει γάρ, ὡς χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι.

πρᾶγμα ποιήσασθαι] Codd. fere omnes *ποιήσεσθαι*, quod recepit Bekkerus. Aoristum cum Par. E tueri videtur Bodleianus s. Clarkianus, quippe ex quo Gaisfordius nihil discrepantiae enotaverit, ut adeo cum Stephan. consentire existimandus sit. Dein Steph. *τὸ τεήν τε*, quod est in codd. paucissimis. Vind. 7. *τὴν σήν*. Ceteri cum Bodl. *τὸ σήν τε κ.* Vid. annot. Ceterum *δαί* pro *δέ*

Itaque loci sententiam ita licebit interpretari: Putasne me protenus ac sine ulla dubitatione secundum Pindarum quavis occupatione superius habiturum tuum atque Lysiae sermonem audire? Futuri temporis longe alia vis et significatio est, quam ab hoc loco alienam arbitramur. Ceterum locum Platonis imitatus est Plutarch. De genio Socrat. p. 575. D. T. II. ed. Franc.

C. *Πρόαγε δή*] Ita dicit respiciens ad superius illud, *εἴ σοι σχολὴ προϊόντι ἀκούειν*. P. 228. B. *καὶ προάγειν ἐκέλευε.*

προςήκουσα γέ σοι ἡ ἀκοή] qui soleas artem profiteri amatoriam. Symp. p. 177. D. *ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά.* Ibid. p. 212. B. *καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ.* Lysid. p. 204. B. Charmid. p. 154. B. C. Xenoph. Sympos. III. 3. VIII. 13. Mem. II. 6, 28. Maxim. Tyr. XXIV. 4. Themist. Orat. XXIII. in. Enimvero Socrates amorem a rebus turpibus et abiectis convertit ad pulcra, honesta, decora: qua de re quum praeclara sit Heusdii disputatio Init. Philosoph. Platon. P. I. p. 96 sqq., tum nos quoque in Prolegomenis exposuimus.

πειρώμενόν τινα τῶν κ.—] Notum est *πειρᾶσθαι*, ut Lat. tentari, interdum esse pellici ad amorem, de qua verbi significatione praeter Ruhnken. ad Tim. p. 210. dixerunt Kuster. ad Aristoph. Equitt. v. 514. Hemsterhus. ad Plut. v. 150. et ad Lucian. Dialogg. Deor. VI. §. 1. Eodem pertinet *χαρίζεσθαι*, de quo item vid. Ruhnk. l. c. p. 274. Proxima hanc vim habent: sed hoc ipsum etiam lepide et argute finxit. Nam ita *κομψεύεσθαι* explicari oportere patebit e praeclara Ruhnkeni annotatione ad Tim. p. 154 sqq. In quanam re autem argutus hic lepos cernatur, dilucidius declaratur verbis: *λέγει γάρ, ὡς χαριστέον μᾶλλον μὴ ἐρῶντι ἢ ἐρῶντι.*

Ὦ γενναῖος —] Vulgatum *ὦ γενναῖος* qui tuentur, Socratem arbitrantur ipsum Phaedrum compellare, qui scriptionis Ly-

ΣΩ. Ὦ γενναῖος, εἴθε γράψειεν, ὡς χρὴ πένητι μᾶλλον ἢ πλουσίῳ, καὶ πρεσβυτέρῳ ἢ νεωτέρῳ, καὶ ὅσα ἄλλα ἐμοί τε πρόςεστι καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν· D
ἦ γὰρ ἂν ἀστεῖοι καὶ δημωφελεῖς εἶεν οἱ λόγοι. ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥςτ', ἐὰν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε καὶ κατὰ Ἡρόδικον προςβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ.

ΦΑΙ. Πῶς λέγεις, ὦ βέλτιστε Σώκρατες; οἴει με, ἃ Λυσίας ἐν πολλῷ χρόνῳ κατὰ σχολὴν συνέθηκε, 228

hic quoqne Bodl. corr. aliique praebuerunt.

C. Ὦ γενναῖος] Ita Vind. 1. 4. 7. pro ὦ γ. Illud confirmant etiam Flor. θ et Γ, qui ὢν γ. habent. EF γενναῖε. v. annot.

D. Μέγαράδε] V. Μεγάραδε, quod Bekk. ex codd. emendavit. Enimvero scribimus etiam οἴκόνδε, πόλεμόνδε, κ. τ. λ. In Bodl. pr. m. μέγγαρα δὲ.

sianae argutias mirifice praedicavisset. Quae ratio nobis quidem minus probatur. Nam primum ipsa perspicuitas ita ὦ γενναῖε postulat. Deinde nec ullius loci meminimus, in quo compellatio alterius, sic in principio enuntiati collocata, casu nominativo sine οὗτος facta sit. Accedit, quod nec ipsi rei convenit, quod Socrates Phaedrum alloquitur, quum de Lysia cum acerba irrisione sit dicturus. Recte Ficinus: O generosum virum! ut intelligatur Lysias. Itaque de Bastii sententia Specim. de Symp. Plat. p. 85 sq. prodita ex aliquot codd. scripsimus ὦ γενναῖος. Quid ὦ et ὢ inter se differant, disces a Valckenario ad Theocrit. Adon. p. 403 sq. Bastio et Boissonadio ad Aristaenet. p. 269. Eandem permutationem ad Protagor. p. 309. D. notavimus.

καὶ ὅσα ἄλλα —] et quae aliae eiusmodi attributiones, quales sunt pauperis et divitis, in me conveniunt atque in plurimos nostrum. Non spernam tamen quod codices nonnulli habent ὑμῶν.

D. ἦ γὰρ ἂν ἀστεῖοι —] Animadvertas irrisionis acerbitatem. Ita, inquit, Lysiae scriptiones certe fuerint urbanae ac populo utiles. Elegans est ambiguitas in vocabulo ἀστεῖοι, quod et de elegantia atque urbanitate et de communi utilitate capiendum.

ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε] h. e. vel Megara usque. Cave tamen post περίπατον inserendum putes καί. Nam Μέγαράδε maiore vocis contentione pronuntiandum est, quam ob caussam etiam in fine incisi locatum videtur. Neque hinc colligi cum Krischio licet, colloquentes amicos revera viam Megara ducentem ingressos esse. Certe illi mox ad Ilissum se convertunt muris longis, qui vocantur, atque viis ad Piraeeum et Phalerum perducentibus ab illis seiunctum atque separatum. Ceterum Megara Athenis distabant millia passuum paullo amplius viginti; v. Gellius VI. 10. Unde Eryxia p. 392. A. κέκμηκα χθὲς βαδίσας

δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν, ταῦτα ἰδιώτην ὄντα ἀπομνημονεύσειν ἀξίως ἐκείνου; πολλοῦ γε δέω. καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον ἢ μοι πολὺ χρυσίον γενέσθαι.

Cap. II. ΣΩ. Ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον

P. 228. A. ἀλλὰ πολλάκις ἐπαναλ.] V. ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπ., quod sicuti per se displicet, ita nec multorum aut bonorum librorum gaudet defensione. Dein ἐκέλευεν cum Clark. codd.

Μεγαρόθεν. — Tum κατὰ Ἡρόδικον est: Herodici exemplo et auctoritate. Sic infra p. 252. D. Plato formulam: καθ' ἕκαστον θεόν, ipse interpretatur: ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος. Intelligitur vero Herodicus Selymbrianus, qui diligenter distinguendus est ab Herodico medico, Gorgiae fratre. De eo v. ad Remp. III. p. 406. A. Ceterum his verbis ipsum Phaedrum tangi, medicorum de ambulatione praeceptis mirum quantum tribuentem, vix eget admonitione.

P. 228. ἰδιώτην ὄντα —] artis oratoriae imperitum. v. ad Sympos. p. 178. B. Protagor. p. 322. E. Praeterea adverte animum ad verba δεινότατος τῶν νῦν γράφειν. Per totum enim librum Lysias non ut orator, sed tanquam orationum scriptor carpitur.

καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον — γενέσθαι] Structuram tetigit Schaefer. Melet. p. 127. n. 77.

εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ] Ἀγνοεῖν τινα est alicuius indolem ac mores non novisse. Eodem modo Latini dicunt ignorare aliquem, cui contrarium est aliquem intelligere. v. Lambin. ad Horat. Sat. I. 3, 22. intpp. ad Terent. Eunuch. V. 8, 59. Ἐπιλανθάνεσθαι ἑαυτῶν autem dicuntur qui semet ipsos ignorant nec sciunt, qui revera sint. Apol. Socr. p. 17. A. ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμοῦ ἐπελαθόμην. Menex. p. 235. C. μόγις ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ.

ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι—] Dupliciter diversis temporibus in his Astius offendit. Olim enim censuit ante εὖ οἶδα excidisse ἀλλά, quo sane nihil opus est: in recentissima autem libri editione arbitratur ἀλλὰ particulam, quae verbis εὖ οἶδα praemitti debuerit, ab γὰρ esse veluti attractam. Ea vero permira attractio foret. Nam istud ἀλλὰ quum manifesto ad praecedentia referatur, profecto nullo modo potest simul ad εὖ οἶδα pertinere. Imo ἀλλὰ γὰρ ut Lat. at enim, sed enim, per breviloquentiam ita usurpatur, ut quae est adversativa sententia, eadem simul pro caussali valeat. Quocirca ἀλλὰ γὰρ consociatur, quia binae notiones, alias distingui solitae, in unum coarctantur. Graeci enim quum eas enuntiationes, quibus caussa redditur, iis praemittere soleant, quarum caussa reddenda est, de quo loquendi genere v. Matthiae ad Eurip. Phoeniss. v. 371. et nos ad Plat. Phaedon. p. 117. A., etiam ita loquuti sunt, ut caussalem sententiam cum adversativa in unum confunderent, ideoque γάρ, quod proprie aliter fuit collocandum, continuo ad ἀλλὰ referrent, quippe caussae significationem sta-

ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά
ἐστι τούτων· εὖ οἶδα, ὅτι Λυσίου λόγον ἀκούων ἐκεῖ-
νος οὐ μόνον ἅπαξ ἤκουσεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐπανα-
λαμβάνων ἐκέλευέν οἱ λέγειν· ὁ δὲ ἐπείθετο προθύ- B
μως. τῷ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἦν ἱκανά, ἀλλὰ τελευτῶν πα-

longe plurimi pro vulg. ἐκέλευσεν. Imperfectum liquet rei ipsi esse accommodatius; sed mutatum temere a criticis est, qui ob antegressum ἤκουσεν hic quoque aoristum requisivissent.

tim ab initio membrorum facientes. Quocirca h. l. quum proprie distinctius fuerit dicendum: ἀλλ' οὐδέτερά ἐστι τούτων· εὖ γὰρ οἶδα, caussae commemoratione occupata continuo omnia mente et cogitatione tanquam uno verborum circuitu comprehenduntur, ut, etiamsi membra interpunctione seiuncta sint, tamen, vim verborum si spectamus, singula vix divellenda videantur. Itaque facile intelligitur contrarium fere eius, quod Astius statuit, verum esse. Nam quod ille ἀλλὰ censet ab γὰρ tanquam attractum esse, quum proprie ἀλλ' εὖ οἶδα dicendum fuerit, translatum potius γὰρ est in periodi initium eam ob caussam, quam modo significavimus, mirамurque magnopere illius rationem nuper viro cuidam docto unice probari potuisse. Haec igitur vera videtur loci expediendi ratio. Quae ne cui videatur insolentior, comparavisse iuvabit quae de aliorum locorum similium explicatione commentati sunt Hoogeveen. ad Viger. de Idiotism. p. 472 sqq. Hermann. ad eund. p. 810 sq. ed. 3. Schäfer. Melett. p. 67 sqq. Elmsl. ad Soph. Oed. Col. v. 797. Eur. Med. v. 1035. Heraclid. v. 481. Matthiae ad Phoeniss. v. 371. Hand ad Tursell. I. p. 444. Beier. ad Cic. Offic. I. 40, 144. Itaque locum apparet esse sincerissimum, neque quidquam habere, quod ab usu Graecorum ullo modo recedat. Germanice totum locum ita fere reddideris: *Allein es ist ja keins von beiden der Fall; recht wohl weiss ich, dass jener nicht bloss ein Mal des Lysias Rede anhörte* etc. Nimirum verba: εὖ οἶδα κτλ., quoniam superiora vel explicant vel confirmant, usitate iam sine coniunctione subiiciuntur. Eodem modo Sophocl. Oed. Col. v. 624. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη· ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην, i. e. sine igitur me in iis, quae dicere coepi, subsistere. Eurip. Phoen. v. 1347. ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο — στείχοντα· παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους. Ceterum οὐδέτερα usu pervulgato numero plurali dictum, licet de duabus tantum rebus agatur, ut οὐδέτερον requiri videatur. Exempla rei sunt Hipp. Mai. p. 294. A. Gorg. p. 524. B. p. 429. B. Phileb. p. 43. C. Euthyphr. p. 9. D. Demosth. de Coron. p. 285. ed. Reisk. al.

πολλάκις ἐπαναλ. ἐκέλευέν οἱ λέγειν] h. e. iterum iterumque iussit. Comparant Theaet. p. 169. D. οὐδὲν ἂν πάλιν ἔδει ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι. Imperfectum ἐκέλευεν de re diutius duranti eaque saepius repetita aoristo esse multo praestabilius, nemo dubitabit. Praetulerunt etiam Bekkerus, Buttmannus et nuperrime Astius.

ραλαβὼν τὸ βιβλίον ἃ μάλιστα ἐπεθύμει ἐπεσκόπει. καὶ τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος ἀπειπὼν εἰς περίπατον ᾔει, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, νὴ τὸν κύνα, ἐξεπιστάμενος τὸν λόγον, εἰ μὴ πάνυ τις ἦν μακρός. ἐπορεύετο δ' ἐκτὸς τείχους, ἵνα μελετῴη. ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοήν, ἰδὼν μέν, ἰδὼν

B. καθήμενος ἀπ.] Hirschig. καθήμενος uncis seclusit.
ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἥσθη] Sic codd. fere ad unum omnes, exceptis paucis, in quibus scriptum est ἰδὼν μὲν ἰὼν ἥσθ. Stephanus edidit ἰδὼν μὲν ἰόντα, quod nunc nolim amplecti. Winckelmann. coni. ἰδὼν μὲν εἷς ὤν. sed v. annot. Dein vulgo ἕξοι, adversantibus

B. δρῶν — καθήμενος ἀπειπών —] Ne quem hic participiorum concursus male habeat, Graecos ita cumulare solere participia, sicubi diversa ratione explicanda sunt, dudum demonstravimus ad Euthyphr. p. 4. C. Apol. Socr. p. 27. A. Gorg. p. 464. C. ad Phileb. p. 53. Et hic quoque participiorum varia ratio est. Nam τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος est: hoc faciens ita, ut inde a multo mane sederet. Cui subiungitur ἀπειπών, ubi defatigatus erat. Ex quo apparet, cur interpunctionis distractionem ab eiusmodi locis alienam esse arbitremur. Eadem ratio tenenda est infra p. 245. A. p. 251. C. et p. 253. A. Dein in verbis ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι vocula μέν, non subiuncto δέ, posita est usitate, sicuti in formulis οἶμαι μέν, δοκεῖ μέν aliis, ita ut pars orationis suppressa sit, cui δὲ additum esse debebat, v. Hermann. ad Viger. p. 841 sq. Falso igitur Astius legendum coniecit: ὡς γοῦν ἐγὼ οἶμαι. Ceterum ludibundum hoc Socratis iusiurandum, νὴ τὸν κύνα, ad Apolog. Socr. c. 7. attigimus.

ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λ. ἀκοήν] Νοσεῖν, ut Lat. aegrotare, de quo v. Lambin. ad Horat. Sat. I. 6, 30., positum de vehementioribus cupiditatibus, quae hominem veluti morbo quodam afficiunt, legitur etiam Sympos. p. 207. A. τὰ πεζὰ καὶ τὰ πτηνὰ νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα. Theaet. p. 169. B. conf. Grammat. apud Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 80. Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. P. IV. p. 73 sq. Eandem structuram habes Plutarch. T. II. p. 462. D. ἀνθρώπου φιλολίθου καὶ περὶ σφραγίδια πολυτελῆ νοσοῦντος. Articulum τῷ ante νοσοῦντι, pro quo Stephanus τῳ, i. e. τινί, scribendum putabat, Heindorf. minus recte explicat aegrotanti cuidam. Imo est: ei, qui misere cuperet. Lepide enim Socrates semet ipsum significat. conf. p. 227. B. extr. Itaque τῷ νοσοῦντι idem est quod ἐμοί. Atque hinc etiam facilem habet explicationem, quod deinceps dicitur ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα: cuius rationis exempla ad Reipubl. VII. p. 524. E. indicavimus.

ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἥσθη —] Sic libri mss. Lectio vulg. ἰδὼν μὲν ἰόντα, ἥσθη ex importuna scioli alicuius correctione fluxisse videtur, qui venustatem huius conduplicationis non sentiret, cuius plurima exempla collegerunt Dorvill. ad Chariton. p. 311. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 11. Astius ad Legg. p. 5 sqq. et ad Phaedr. p. 273. ed. 1. Neque

ἥσθη, ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε· δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ, C ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν· τελευτῶν δὲ ἔμελλε καὶ εἰ μή τις ἑκὼν ἀκούοι βίᾳ ἐρεῖν. σὺ οὖν, ὦ Φαῖδρε, αὐτοῦ δεήθητι, ὅπερ τάχα πάντως ποιήσει, νῦν ἤδη ποιεῖν.

plurimis optimisque codicibus. Tenuerunt tamen optativum Turicenses, scilicet quia ex uno Clark. ἕξει non est enotatum.

C. νῦν ἤδη ποιεῖν] Ab hac voce Phaedri orationem orditur Stephanus, quem Lenzius, Heindorfius, Bekkerus, Astius recte emendarunt, adstipulantibus codd. mss.

enim Astio, Buttmanno et C. Fr. Hermanno accedimus, qui vim aliquam in repetito ἰδὼν inesse negantes alterum tanquam errore ortum delendum censuerunt. Quippe imago exhibetur adolescentis, ipso adspectu eius, qui secum Lysiae scriptionem esset denuo pertractaturus, mirum in modum exsultantis, ut eum veluti exclamantem audiamus: εἶδον, εἶδον αὐτόν, quod Socrates hac narratione sua imitatur. Est igitur haec rarior quaedam forma orationis mimicae, qua verba eius, qui loquens introducendus erat, narrando referuntur recto sermone in orationem obliquam converso. Cui explicationi nostrae quod nuper Voegelinus illud officere iudicavit, quod talis repetitio non habeat locum nisi interiecto aliquo vocativo aut simili vocabulo, istud quidem nihili est, quippe quod vel Anacreonteis illis: θέλω θέλω μανῆναι ac similibus satis refellitur. Simillimus huic locus Horatii est Od. I. 35, 15. neu populus frequens Ad arma cessantes, ad arma concitet, imperiumque frangat: ubi item rectae orationis exclamationem intertextam vides orationi aliunde suspensae. Verissime enim Lambinus ibi repetitione verborum ad arma, ad arma populi concitati impetum et furorem declarari censet. Similiter igitur hic Phaedri impetus atque furor depingitur commixta recta et obliqua oratione. Rationem non multum disparem mox D. notabimus. Atque hoc si recte iudicavimus, illud quoque liquere arbitramur, optativo ἕξοι multum praestare quod ex codd. nonnullis revocavimus ἕξει.

C. ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ —] Θρύπτεσθαι, delicias facere, quod est in amore proprium, illustrarunt Dorvill. ad Charit. p. 447. Boisson. ad Philostr. Her. p. 337. Bornem. ad Xenoph. Symp. VIII. alii. Dein καὶ ne iungas cum εἰ μή τις ἑκ. ἀκούοι, scite Heindorfius observavit voculam ad βίᾳ ἐρεῖν pertinere, ut vel significet. Quocirca post ἔμελλε cum eodem viro docto delevimus interpunctionem: sustulimus item post ἀκούοι. Mox πάντως est omnino, *auf jeden Fall*, sicut Protag. p. 313. B. Gorg. p. 472. E. Phileb. 39. E; τάχα autem est fortasse. Ceterum Stephano, id quod iam Lenzius, Heindorfius alii monuerunt, eximie fraudi fuit, quod Socrates de Phaedro tanquam homine alieno et absente loquitur: corrigendum enim ille statuit ποιήσεις vel ποιήσῃ, neque istud αὐτοῦ δεήθητι intentatum reliquit. Similem orationis spe-

ΦΑΙ. Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν· ὥς μοι δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἁμωςγέπως.

ΣΩ. Πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκῶ.

D Cap. III. *ΦΑΙ.* Οὑτωσὶ τοίνυν ποιήσω. τῷ ὄντι γάρ, ὦ Σώκρατες, παντὸς μᾶλλον τά γε ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον· τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μή,

εἴπω ἁμωςγέπως] Asperum habent cum Bodl. sive Clark. non pauci alii. V. ἀμωςγέπως. Bekkerus et Turicc., ut solent, ἁμῶς γέ πως. Res eodem redit.

D. ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον] Om. ἕκαστον Bodl. cum ΔΓ GT et pr. Π. Magna est sane Bodl. auctoritas. Nec tamen cum Turicenss. vocem abiiciam. v. annot.

ciem notavimus Euthyphron. p. 4. E., ubi Stephanus eodem errore deceptus est.

Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς —] Gravis haec ac ponderosa asseveratio quod coniunctionum vinculis libera est, nos quidem minime miramur, qui talia alibi saepius observaverimus. Itaque neque cum Heindorfio οὖν post Ἐμοὶ inculcandum, neque Εἶεν ante idem vocabulum cum Klopfero De Cebetis Tabula Part. I. p. 11. inferciendum arbitramur. Dissimiles hac ex parte sunt loci alio nomine simillimi: Euthyphr. p. 5. A. ἆρ' οὖν μοι, ὦ θαυμάσιε Εὐθύφρον, κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι; Euthyd. p. 297. D. κράτιστον τοίνυν μοι — ἀποκρίνασθαί σοι· οὐ γὰρ μὴ ἀνῇς ἐρωτῶν.

Πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκῶ] h. e. πάνυ γὰρ ἀληθῆ ἐστιν ἅ σοι δοκῶ ποιήσειν. Pari breviloquentia Reipubl. VIII. p. 567. D. Ἀληθῆ γὰρ δοκῶ σοι, quem locum comparavit Heindorf., ipse minus accurate explicans: πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκεῖ, εἰ δοκῶ.

D. παντὸς μᾶλλον — οὐκ ἐξέμαθον] neutiquam edidici. Sic παντὸς μᾶλλον sequente negandi particula positum Charm. p. 171. C, quem locum ad tuendam librorum lectionem optime comparavit Heindorf. Nec abludit quod infra legitur p. 265. C. Καὶ μάλα ἔμοιγε οὐκ ἀηδῶς ἀκοῦσαι. — διάνοιαν est argumentum, ut Lysid. p. 205. B. Ion. p. 530. B. C. — οἷς ἔφη — τὰ τοῦ μή, quibus dicebat praestabiliorem esse caussam amantis quam non amantis. Sic enim διαφέρειν sequente ἢ intelligendum, de qua constructione v. ad Phaedon. p. 85. B. Sine caussa igitur Hirschig. mero arbitratu suo scripsit καὶ τὰ τοῦ μή pro ἢ τὰ τοῦ μή. Post τὴν μέντοι διάνοιαν σχ. ἁπάντων deinde rei accuratius definiendae gratia infertur ἕκαστον. Quod positum est perinde, ac si antea non διάνοιαν ἁπάντων, sed ἅπαντα scriptum esset. Hoc ipsum vero molestum accidisse iis videtur, qui ἕκαστον cum Bodl. et paucis aliis extruserunt. Sed ἕκαστον istud quum nec per se improbabile sit, tum prope necessarium videtur propter insequens ἀπὸ τοῦ πρώτου. Genus loquendi universum, quo ἕκαστος post nomina antegressa epexegesis caussa subiicitur, post alios abun-

ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου.

ΣΩ. Δείξας γε πρῶτον, ὦ φιλότης, τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ. τοπάζω γάρ σε ἔχειν τὸν λόγον αὐτόν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, οὑτωσὶ διανοοῦ περὶ ἐμοῦ, ὡς ἐγώ σε πάνυ μὲν φιλῶ, παρόντος δὲ καὶ Λυσίου ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν E *οὐ πάνυ δέδοκται. ἀλλ' ἴθι, δείκνυ.*

ΦΑΙ. Παῦε. ἐκκέκρουκάς με ἐλπίδος, ὦ Σώ-

τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστ.] Sic Bodl. Flor. h. ΔΛΣΦDGNOT. Vulgo post *ἄρα* insertum *ὅ*.

παρόντος δὲ καὶ Λ.] Sic Bodl. ΔΠG probante Bekkero. Vulgo *καὶ* abest. In septem aliis codd. exstat *π. δ. τοῦ Λυσίου*. Dein pro vulgato *δείκνυε* cum Hirsch. refinximus *δείκνυ*.

de illustravit A. Matthiae Gr. Ampl. §. 302. = p. 764 sq. ed. 3.

Δείξας γε πρῶτον —] Intell. *δίελθε*, quod *κατὰ σύνεσιν* e praecedenti *δίειμι* petendum. Usum loquendi illustravit Matthiae Gr. Gr. §. 556. ann. 1. pag. 1093. extr. Deinde *πρῶτον* est ante omnia, ut saepe. Corrupit verba Platonis Hirschig. corrigendo *πρότερον*. Denique Atticam hanc compellationem, *ὦ φιλότης*, a posterioris aetatis scriptoribus certatim frequentatam, illustrarunt Berglerus ad Alciphron. T. I. p. 359. ed. Wagn. et Astius ad h. l.

τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις] Animadvertendum est istud *ἄρα* in obliqua positum interrogatione, quia recta interrogatio erat: *τί ἄρα ἔχεις;* Eodem modo *οὖν* in interrogatione aliunde suspensa infertur Protagor. p. 322. C. Sympos. p. 219. D, ubi vide annot.

E. *ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν*] me tibi praebere, in quo te exerceas. Nam *ἐμμελετᾶν* est *ὥστε σὲ ἐν ἐμοὶ ἐμμελετᾶν*. Eodem modo dicitur *διδάσκειν, μανθάνειν, ἐπιδεῖξαι, παιδεύειν, δηλοῦν ἔν τινι*: quam in rem conferas, si lubet, Reipubl. III. p. 392. D. Alcibiad. I. 114. D. Phileb. p. 17. A. p. 21. A. Menon. p. 82. A. Sophist. p. 238. D. al. *Παρέχειν* ita cum infinitivo copulatum legimus etiam Gorg. p. 475. E. p. 480. C. Apolog. Socr. p. 33. B. al. — *παρόντος δὲ καὶ Λυσίου*, quum vero adeo etiam Lysias praesens sit, quippe cuius ipsius orationem litteris perscriptam habeas. Sic enim istud *καὶ* intelligendum, quod non videmus cur Voegelino adeo displicuerit, ut illud vel optimis codicibus invitis procul arcendum putaverit. Fortasse tamen ex vestigiis codd. refingendum: *δὲ καὶ αὐτοῦ Λυσίου*.

Παῦε. ἐκκέκρουκάς με ἐλπίδος] Aristoph. Eccles. v. 160. *παῦε τοίνυν*. Pac. v. 326. *ἀλλὰ παῦε, παῦ' ὀρχούμενος*. Ran. v. 269. *ὦ παῦε, παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ*. Ibid. v. 121. et 588. Vulgo pro *παύου* dictum putant. Alii *τὸν λόγον* aut tale quid intelligendum arbitrantur, quod tamen ideo minus placet, quia interdum *παῦε τοῦ λόγου* dictum invenimus. Respondet, nisi fallor, nostratium formula: *mache, dass du aufhörst*. Sic activum pro medio ponitur Eurip. Hecub. v. 898. *μολπᾶν ἄπο — κα-*

κρατες, ἣν εἶχον ἐν σοὶ ὡς ἐγγυμνασόμενος. ἀλλὰ ποῦ δὴ βούλει καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν;

229 ΣΩ. Δεῦρ' ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα, ὅπου ἂν δόξῃ, ἐν ἡσυχίᾳ καθιζησόμεθα.

P. 233. ταῦτα ἔπραξαν] h. e. consuetudine usi sunt. Proxima sic iungas: οὐκ εἰκὸς ταῦτα, ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσιν, h. e. unde hauserint voluptatem, ἐλάττω αὐτοῖς τὴν φιλίαν ποιῆσαι. In quibus quid insit obscuritatis, equidem non perspicio. Hoc unum fortasse animadvertendum, de quo monuit Heindorfius, quanquam is ceteroquin loci sententiam paullulum obscuravit, αὐτοῖς post τοῖς μὴ ἐρῶσιν abundanter inferri. Quod ne praeter usum et consuetudinem factum putetur, alia id genus adscripsimus ad Sympos. p. 195. A. et ad Gorg. p. 282. D. Dein post ἀλλὰ liquet εἰκὸς denuo intelligendum relinqui. Pro μνημεῖα — τῶν μελλόντων ἔσεσθαι Heind. coniectabat σημεῖα — τῶν μ. ἔσ. Quod commentum qui reiecerunt, Astius et Haenischius, vereor ut et ipsi veram loci interpretationem investigaverint. Mihi ille simpliciter explicandus videtur sic: monumenta, unde de futuris coniecturam capere liceat. Germanice dixeris: *Denkmäler für die Zukunft*. Xenoph. De rep. Athen. in.: ὅτε ἐνόμιζομεν τὰς γεγενημένας συμφορὰς ἱκανὰ μνημεῖα τῇ πόλει καταλελεῖφθαι, ὥςτε μηδ' ἂν τοὺς ἐπιγιγνομένους ἑτέρας πολιτείας ἐπιθυμεῖν. Demosthen. Leptin. §. 5. ἐπειδὰν δὲ τελευτήσωσι, ἐκεῖναι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι κτλ. Mox C. ταῦτα γάρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἐσομένης τεκμήρια.
ἐμοὶ πειθομένῳ ἢ ἐραστῇ] Breviter dictum pro: εἰ ἐμοὶ πείθοιο, ἢ γίγνοιο, εἰ πείθοιο ἐραστῇ. Frustra Lentzius

καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια παρ' ἐκείνων ἐπαινεῖν ἀναγκάζει τυγχάνειν· ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοῖς ἐρωμένοις ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει. ἐὰν δ' ἐμοὶ πείθῃ, πρῶτον μὲν οὐ τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύων συνέσομαί σοι, ἀλλὰ καὶ τὴν μέλλουσαν ὠφέλειαν ἔσεσθαι, οὐχ ὑπ' ἔρωτος ἡττώμενος, ἀλλ' ἐμαυτοῦ κρατῶν, οὐδὲ C διὰ σμικρὰ ἰσχυρὰν ἔχθραν ἀναιρούμενος, ἀλλὰ διὰ μεγάλα βραδέως ὀλίγην ὀργὴν ποιούμενος, τῶν μὲν ἀκουσίων συγγνώμην ἔχων, τὰ δὲ ἑκούσια πειρώμενος ἀποτρέπειν· ταῦτα γάρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἐσομένης τεκμήρια. Εἰ δ' ἄρα σοι τοῦτο παρέστηκεν, ὡς οὐχ οἷόν τε ἰσχυρὰν φιλίαν γενέσθαι, ἐὰν μή τις ἐρῶν

nec tamen Bodl.; etiam in ΔΗCDET αὐτοὺς correctione est restitutum.

δ' ἐμοὶ πείθῃ] V. δέ μοι π. Mutavit Bekker, ex Ven. Ξ.

ἀλλὰ καὶ τὴν μ.] καὶ vulgo aberat, invitis codd. praeter Ξ.

μᾶλλον ante πειθομένῳ excidisse suspicatus est. De coniunctione verborum τό τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα v. Boisson. ad Philostrat. Heroic. p. 476. Dein τὰ μέν — τὰ δέ, ut sexcenties, est: partim — partim.

B. εὐτυχοῦντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἡδ. — τυγχάνειν] „Post εὐτυχοῦντας δὲ quum sic procedere deberet structura: καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια ἐπαινεῖν ἀναγκάζει, quo rotundior exeat periodus, subito convertitur oratio, ut εὐτυχοῦντας haberi possit pro accusativo absoluto." HEINDORF. Recte vero. Concinnitatis enim gratia etiam alterum membrum exorditur ab accusativo: εὐτυχοῦντας δέ, quum proximorum structura verborum exigeret: παρ' εὐτυχούντων δέ. Sed accusativo illo relicto dein παρ' ἐκείνων interponitur. Cf. Rost. Gr. Gr. §. 137. 5. b. Secus locum expedivit Bernhardy Syntax. p. 467

ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοῖς ἐρωμένοις ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει] Sic libri optimi atque plurimi pro eo, quod vulgo legebatur, τοὺς ἐρωμένους. Sententia haec est: Quocirca in eos, qui amantur, multo potius convenit, ut eorum miserearis, quam ut iis invideas. Mire Astius, qui τοὺς ἐρωμένους sive τοῖς ἐρωμένοις delendum putat. Verbum προσήκει τινί, cadit s. convenit in aliquem, illustravit Heindorf. ad Gorg. §. 78. et ad Phaedon. §. 84.

C. οὐδὲ διὰ σμικρὰ ἰσχυρὰν ἔχθραν ἀν.] Oppositionis ratio postulabat: οὐ διὰ σμικρὰ ταχέως ἰσχυρὰν ἔχθρ. ἀν.

σοὶ τοῦτο παρέστηκεν] Παρίσταταί μοι, ut formula Germ. es tritt mir etwas vor die Seele, dicitur de cogitationibus cuiuscunque generis, imprimis de suspicione et metu; animum subeuntibus; vide quos in hanc rem laudavimus ad Phaedon. p. 58. E. Deinde singulis disiunctionis membris ἂν infertur, quo magis ea a se invicem discernantur atque per se singula extollantur; cuius rationis exempla nec apud Lysiam rara sunt,

D τυγχάνῃ, ἐνθυμεῖσθαι χρή, ὅτι οὔτ' ἂν τοὺς υἱεῖς περὶ πολλοῦ ἐποιούμεθα οὔτ' ἂν τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας, οὔτ' ἂν πιστοὺς φίλους ἐκεκτήμεθα, οἳ οὐκ ἐξ ἐπιθυμίας τοιαύτης γεγόνασιν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων ἐπιτηδευμάτων. Ἔτι δέ, εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις μάλιστα χαρίζεσθαι, προςήκει καὶ τῶν ἄλλων μὴ τοὺς βελτίστους, ἀλλὰ τοὺς ἀπορωτάτους εὖ ποιεῖν· μεγίστων γὰρ ἀπαλλαγέντες κακῶν πλείστην χάριν αὐτοῖς εἴσονται. καὶ [μὲν] δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις οὐ τοὺς
E φίλους ἄξιον παρακαλεῖν, ἀλλὰ τοὺς προςαιτοῦντας καὶ τοὺς δεομένους πλησμονῆς· ἐκεῖνοι γὰρ καὶ ἀγαπήσουσι καὶ ἀκολουθήσουσι καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι

D. προςήκει καὶ τῶν ἄλλων μὴ τ. β.] Bekkerus cum plurimis mss. τοῖς ἄλλοις. Sed Bodl. videtur τῶν ἄλλων tueri. In Par. G scriptum legitur τοὺς ἄλλους.

καὶ [μὲν] δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδ.] Bekkero μὲν est suspectum. Codd. ΓΠΣDNO voc. δὴ om.

v. c. Orat. de Olea Sacr. p. 53. ed. Brem.: καίτοι ταῦτα μὲν μετρίως ποιῶν, ἀλλὰ μὴ προθύμως, οὔτ' ἂν περὶ φυγῆς οὔτ' ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην. In Eratosth. p. 87. ὅτι οὔτ' ἂν ἐκεῖνα δύναιντο ποιεῖν, μὴ ἑτέρων συμπραττόντων, οὔτ' ἂν νῦν ἐπεχείρησαν ἐλθεῖν. Accus. Agorat. p. 110. καὶ οὔτ' ἂν Ἀθηναίων οὐδένα ἀπώλεσας, οὔτ' ἂν αὐτὸς εἰς τοιούτους κινδύνους κατέστης. Platonica laudavimus ad Apolog. Socrat. p. 62 Sympos. p. 90.

D. Ἔτι δέ, εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις —] Argumentatur in hunc fere modum. Si oportet in amore iis maxime gratificari, qui summo eius desiderio capti tenentur (τοῖς δεομένοις), consentaneum est etiam ex iis, qui non amant, illos maxime beneficiis ornandos esse, qui sint maxime inopes, non qui optimi esse videantur: quippe isti maximis malis liberati plurimum nobis habebunt gratiae. Proinde etiam ad epulas privatas non amicos vocare par est, sed eos, qui id valde cupiant atque satietate indigeant. At vero res longe secus habet. Nam non iis debemus gratificari, qui alicuius rei desiderio maxime tenentur, sed illis potius, qui gratiam referre queant etc. Vides ita omnia clara esse atque perspicua. Quod longe aliter evenit, ubi cum codd. plurimis τοῖς ἄλλοις legeris. Nam ita τοῖς ἄλλοις quum non possint alii significari quam non amantes, nemo est quin facile sentiat antea oppositionis rationem hoc fere exigere atque flagitare: Ἔτι δέ, εἰ τοὺς ἐρωμένους χρὴ τ. δ. μ. χ. Cuiusmodi oppositionem revera habet τῶν ἄλλων, quandoquidem οἱ δεόμενοι μάλιστα χαρίζεσθαι intelliguntur amantes. Accedit, quod orator exponit, quid puerum facere oporteat; non, quid a ceteris debeat fieri. Nec vero obscurum est, unde lectio τοῖς ἄλλοις

καὶ μάλιστα ἡσθήσονται καὶ οὐκ ἐλαχίστην χάριν εἴσονται καὶ πολλὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς εὔξονται. Ἀλλ' ἴσως προςήκει οὐ τοῖς σφόδρα δεομένοις χαρίζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς μάλιστα ἀποδοῦναι χάριν δυναμένοις· οὐδὲ τοῖς ἐρῶσι μόνον, ἀλλὰ τοῖς τοῦ πράγματος ἀξίοις· οὐδὲ 234
ὅσοι τῆς σῆς ὥρας ἀπολαύσονται, ἀλλὰ οἵτινες πρεσβυτέρῳ γενομένῳ τῶν σφετέρων ἀγαθῶν μεταδώσουσιν· οὐδὲ οἳ διαπραξάμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοτιμήσονται, ἀλλ' οἵτινες αἰσχυνόμενοι πρὸς ἅπαντας σιωπήσονται· οὐδὲ τοῖς ὀλίγον χρόνον σπουδάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὁμοίως διὰ παντὸς τοῦ βίου φίλοις ἐσομένοις· οὐδὲ οἵτινες παυόμενοι τῆς ἐπιθυμίας ἔχθρας

E. οὐδὲ τοῖς ἐρῶσι μόνον] Plurimi libri, inter quos est Bodl., προςερῶσι exhibent. Unde Astius legendum coniecit προςαιτοῦσι, probante C. Fr. Hermanno. Sed πρὸς malo errore ex praecedenti τοῖς natum.

P. 234. χρόνον σπουδάζουσιν] Steph. malebat σπουδάσουσιν, probante Heindorfio. Quod vellem codd. suppeditassent.

originem duxerit. Quum enim grammatici non viderent, quorsum αὐτοῖς, quod subsequitur, esset referendum, continuo huic malo scilicet ita mederi studuerunt, ut genitivum τῶν ἄλλων in dativum commutarent, qui cum προςήκει cohaereret. At enim vero hac mutatione neutiquam opus erat. Nam pronomen refertur ad subiectum indefinitum, quod latet in verbis χρὴ χαρίζεσθαι et προςήκει εὖ ποιεῖν, ita quidem, ut de pueris esse cogitandum res ipsa declaret. Sic αὐτός saepius ponitur, etiamsi subiecti mentio antea non disertis verbis facta sit. Euthydem. p. 273. C. οἵω τε δὲ καὶ ποιῆσαι δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὐτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ, ubi αὐτὸν infertur perinde ac si antea dictum esset τινὰ δυνατὸν εἶναι. Alia indicavimus Gorg. p. 520. C. Reipubl. I. p. 347. C. IX. p. 588. B, ubi vid. annot. Atque haec si recte iudicavimus, quo iure Heindorf. οὗτοι pro αὐτοῖς maluerit, sponte intelligitur.

E. καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι] Proverbialis loquutio de egenis et mendicis. v. ad Reip. II. p. 364. B. VI. p. 489. B.

ἀλλ' ἴσως προςήκει —] Ἴσως ita cum Attica urbanitate usurpari pro certo, profecto, sane, a multis observatum est. Astius laudat Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 188. iam ab Heindorfio citatum, Schaeferum ad Long. p. 357. et sua ad Legg. p. 78. Addas etiam Lobeck. ad Ai. v. 998.

P. 234. οὐδὲ οἳ διαπραξάμενοι] qui negotio suo peracto, i. e. cupiditate expleta. Notus μειλιγμός, de quo conferas supra ann. ad p. 232. D. Plutarch. Alcib. p. 210. E. al. Ita etiam infra p. 253. C. 256. C. Nec multum abludit Euripid. Helen. v. 20. Ζεὺς — δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξεν, ὑπ' αἰετοῦ δίωγμα φεύγων.

πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἱ παυομένης τῆς ὥρας,
B τότε τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται. Σὺ οὖν τῶν τε
εἰρημένων μέμνησο, καὶ ἐκεῖνο ἐνθυμοῦ, ὅτι τοὺς μὲν
ἐρῶντας οἱ φίλοι νουθετοῦσιν ὡς ὄντος κακοῦ τοῦ ἐπι-
τηδεύματος, τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσιν οὐδεὶς πώποτε τῶν οἰ-
κείων ἐμέμψατο ὡς διὰ τοῦτο κακῶς βουλευομένοις
περὶ ἑαυτῶν.

Cap. IX. Ἴσως μὲν οὖν ἂν ἔροιό με, εἰ ἅπασί σοι παραινῶ τοῖς μὴ ἐρῶσι χαρίζεσθαι. ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδ' ἂν τὸν ἐρῶντα πρὸς ἅπαντάς σε κελεύειν τοὺς

παυομένης τῆς ὥρας] Sic Flor. g. suffragante Ficino. Ceteri libri omnes παυσάμενοι. Quod vides lenissima mutatione nunc correctum haberi. Quamquam illud sanequam dubitaveris, num potius παυσαμένοις vel παυομένοις restituendum sit, ad quod codicum scriptura item perducit. At vel sic vulgatam lectionem vitiosam esse apparet, propiusque ad verum accedit quod ex libro Flor. revocavimus. V. annot.

B. Ἴσως μὲν οὖν ἂν] V. Ἴσως ἂν οὖν ἔροιο, quod etiam Bekkerus tenuit. Bodl. cum optimis Ἴσως μὲν οὖν ἔροιο. Alii ἴσως οὖν ἂν ἔροιο. Hinc prono alveo fluit ἴσως μὲν οὖν ἄν, quod exstat in Vind. 4.

παυομένης τῆς ὥρας] Vulgo παυσάμενοι τῆς ὥρας, quod nihili est. Itaque Heindorfius olim scribendum putabat παυσαμένῳ: postea ἀπολαυσάμενοι reponendum coniiciebat. Contra Astius olim πασάμενοι edidit: quod commentum ipse postea reprobavit in Obss. ad Phaedr. Germ. p. 201., ubi hanc proposuit emendationem: οὐδὲ οἵτινες παυομένῳ τῆς ὥρας ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἱ παυσάμενοι τῆς ἐπιθυμίας, τότε τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται. Sed audacior est haec verborum transpositio, quam ut probabilis videatur. Itaque Boeckhius Ephem. Ienens. a. 1808. n. 177. p. 185., reiecto etiam Heindorfii commento ἀπολαυσάμενοι, quam formam ne usitatam quidem fuisse monet, scribendum censuit ἐπαυράμενοι τῆς ὥρας, i. e. καρπωσάμενοι, comparatis locis Herodoti VII. 158. Thucyd. II. 53. Andocid. De Red. T. IV. p. 75. ed. Reisk. et Suidae s. v. ἐπαύρασθαι. Sed nec haec ratio omnium satisfecit desideriis. Quocirca Iacobsius ad Achill. Tat. p. 544. γευσάμενοι τῆς ὥρας legi voluit. His coniecturis omnibus nunc facile, opinor, carebimus. Nisi forte cum Astio facere volueris, qui utraque lectione in unum confusa nuper scribendum censuit: παυσαμένης τῆς ὥρας. Nostram lectionem confirmat etiam Ficinus, qui vertit: sed qui forma deflorescente virtutem suam constantiamque ostendent. Postulat eandem quod praecedit παυόμενοι τῆς ἐπιθυμίας, nisi forte membrorum parilitatem nihili faciendam putaveris. Nam quod Astius censet, sequens τότε necessario παυσαμένης efflagitare, hoc quale sit, libere fateor me neutiquam intelligere. Ceterum παυομένης quod dicitur pro λη-

ἐρῶντας ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν. οὔτε γὰρ τῷ λό- C
γῳ λαμβάνοντι χάριτος ἴσης ἄξιον, οὔτε σοὶ βουλομέ-
νῳ τοὺς ἄλλους λανθάνειν ὁμοίως δυνατόν· δεῖ δὲ
βλάβην μὲν ἀπ' αὐτοῦ μηδεμίαν, ὠφέλειαν δὲ ἀμφοῖν
γίγνεσθαι.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ
τι σὺ ποθεῖς, ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα.

Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερ-
φυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; D

ἐγὼ μὲν οἶμαι] Dedi *μὲν* pro vulg. *δὲ* ex Bodl. ΔΠΣDG NOT al. v. ann. ad Phileb. p. 35. A, unde nec in asyndeto haerendum esse intelligetur.

C. *τῷ λόγῳ λαμβάνοντι*] V. *τῷ λαμβάνοντι*. Sed Bodl. cum permultis aliis *τῷ λόγῳ λ.*, quod cum Bekkero recepimus, codicum auctoritati obtemperantes. Mox Bodl. vitiose: *ὁμοίως δυνατόν· αἰεὶ δὲ* —

εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς] Vett. editt. *εἰ δέ τι σὺ ὑποθῇς*. Aliquot libri *ὑποθεὶς*, quod ad verum perducit. Recte enim Venet. Σ *ποθεῖς*, quod cum Bekkero dedi. Heindorf. ad Theaet. p. 408. coni. *εἰ δ' ἔτι τι σὺ ποθεῖς*. conf. annot. ad Prot. p. 329. D. Reip. VI. p. 571. D. X. in. Statim post Bodl. prave *ἤρωτα*.

γούσης, id neminem morabitur, qui verborum rationem diligentius consideraverit.

C. *οὔτε γὰρ τῷ λόγῳ λαμβάνοντι* —] Concedendum fuit librorum auctoritati, qui magna consensione istud *λόγῳ* tuentur. Nec sane deest commoda loci interpretatio. Nam *λόγῳ λαμβάνειν* quum sit mente et ratione comprehendere, de qua re v. Sophist. p. 238. B. 249. D. Parmenid. p. 135. E. Legg. I. p. 638. C. X. p. 898. E., facileque possit intelligi *αὐτό*, i. e. *τὸ ἅπασι χαρίζεσθαι*, sententiam verborum liquet hanc esse: Neque enim ei, qui rem mente et cogitatione contemplatur, ea pari digna videtur gratia esse (sc. atque si secus habeat), h. e. nec amatori rem rite secum perpendenti ista probatur amoris ratio; neque tibi quamvis volenti (omnibus gratificari) pariter licebit ceteros amatores latere, ita ut eos non offendas, quippe aegre ferentes, quod alios quoque amaveris. Itaque significatur nec amanti rationem istam per se spectatam (*theoretisch*) probatum iri, nec amato talis amoris exercendi et colendi facultatem suppetituram esse, i. e. eum amatorem re vera (*praktisch*) talem esse, qui propter amatorum invidiam et aemulationem coli omnino non possit. Pro *τῷ λόγῳ* nuper Car. Badham in editione Phaedri Londinensi scribendum coniecit: *τῷ γ' οὕτω*.

Τί σοι φαίνεται — ὁ λόγος;] Reip. I. p. 328. E. *τί σοι φαίνεται τοῦτο;* Charmid. in: *τί σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος;* Euthydem. §. 77. *τί οὖν ἐφαίνοντό σοι (οἱ ἄνδρες);* ubi vid. Heindorf. p. 411. Phileb. p. 21. E. *τί δ' ὁ συναμφότερος (βίος), ἐξ ἀμφοῖν συμμιχθείς;* sc. *σοὶ φαίνεται*.

ΣΩ. Δαιμονίως μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, ὥςτε με ἐκπλαγῆναι. καὶ τοῦτ' ἐγὼ ἔπαθον διὰ σέ, ὦ Φαῖδρε, πρὸς σὲ ἀποβλέπων, ὅτι ἐμοὶ ἐδόκεις γάνυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου μεταξὺ ἀναγιγνώσκων. ἡγούμενος γὰρ σὲ μᾶλλον ἢ ἐμὲ ἐπαΐειν περὶ τῶν τοιούτων σοὶ εἰπόμην, καὶ ἑπόμενος συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς.

ΦΑΙ. Εἶεν· οὕτω δὴ δοκεῖ παίζειν;

ΣΩ. Δοκῶ γάρ σοι παίζειν καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι;

ΦΑΙ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς

D. *γάνυσθαι ὑπὸ τ. λ.*] Sic Bodl. et *Δ*. Vulgo *γάννυσθαι*, quae est scriptura citerioris graecitatis propria.

E. *εἰπεῖν ἄλλον τῶν Ἑλλ.*] Sic codd. fere omnes. Male legendum. v. ad Remp. I. p. 336. B. Apolog. p. 40. B.

ἐπαΐειν περὶ τῶν τοιούτων] Frequens est *εἰδέναι περί τινος*, *ἐπαΐειν περί τινος*, *κτλ.* v. Menon. p. 71. B. p. 92. C. Gorg. p. 464. D. De Rep. X. p. 598. C. Criton. p. 48. A. Heindorf. ad Hipp. Maior. p. 146.

τῆς θείας κεφαλῆς] Bene Heindorfius: „*θεῖος* ad divinum refer furorem. Eurip. Hecub. v. 87. *θεία Ἑλένου ψυχά*." Formulam posterioris graecitatis scriptores certatim usurpasse praeter Berglerum ad Alciphron. p. 349. ed. Wagn. Astius ad h. l. docte demonstravit. conf. Max. Tyr. XXIV. 4. Themist. Or. III. 46. Iulian. Orat. VII. 217.

D. Nec tamen viro docto assentimur post *Εἶεν* interpunctionem removendam iudicanti. Quod cur ita statuamus, patebit ex annot. ad Euthyphron. p. 13. D. coll. ann. ad Phaedon. p. 95. A. Ad *δοκεῖ* intell. *σοί*.

E. *Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες*] Int. *οὕτω λέγε*. Vide quae id genus collegimus ad Menon. p. 25. Gorg. p. 497. B. Protagor. p. 334. E. coll. p. 318. B. Reipubl. I. p. 334. D. et 350. E. Heindorfium *ἐσπούδακας* intelligentem merito reprehendit Engelhardt.

Philemon. ad Athen. IV. p. 133. A. *ἰχθὺς τί σοι ἐφαίνεθ' ἑφθός;* Lucian. Dial. Meretr. X. 3. *τί σοι δοκεῖ ἡ ἐπιστολή;* Horat. Epist. I. 11. in.: Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos, quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardes? Terent. Eun. II. 2, 43. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? Ceterum facile apparet ad *οὐχ ὑπερφυῶς* — *εἰρῆσθαι* denuo repetendum esse *φαίνεται*, ut temere nuper vir quidam doctus contenderit haec omnia sublata post *ὁ λόγος* interrogandi nota uno tenore legenda esse. — *τά τε ἄλλα*, sc. *τοῖς ῥήμασι*. v. Sympos. p. 198. B. Apol. p. 17. B. ibique annot.

D. *μὲν οὖν*] est immo, ut sexcenties.

ἐδόκεις γάνυσθαι] Alludit ad nomen Phaedri. Cur *γάνυσθαι* scribendum sit, neque *γάννυσθαι*, subtilissime nuper disputavit Hermannus Praef. ad Sophocl. Antigon. ed. III. p. XX sqq., inprimis p. XXVI. Seriorum usus duplex *ν* suscepit. v. Eustath. p. 199. 1710. 9. 546. 30. Etym. M. 85, 14. 221, 23. 589, 52. 629, 44. conf. etiam Iacobsium ad Philostrat. Imagg. p. 9. 31. p. 11. 26. p. 47. 22. — *μεταξὺ ἀναγιγνώσκων*, inter

εἰπέ, πρὸς Διὸς φιλίου, οἴει ἄν τιν' ἔχειν εἰπεῖν ἄλλον τῶν Ἑλλήνων ἕτερα τούτων μείζω καὶ πλείω περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος;

Cap. X. ΣΩ. Τί δέ; καὶ ταύτῃ δεῖ ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ τὸν λόγον ἐπαινεθῆναι, ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ μόνον, ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται; εἰ γὰρ δεῖ, συγχωρητέον χάριν σήν· ἐπεὶ ἐμέ γε ἔλαθεν ὑπὸ τῆς ἐμῆς οὐδενίας. τῷ γὰρ ῥη- 235

Steph. ἄλλων. Mox vulgo μείζω τούτων, quod et ipsum codicum auctoritate mutatum.

P. 235. ἐμῆς οὐδενίας] Ante Bekkerum scribebatur οὐδενείας, qui mutavit ex uno codice, in quo est οὐθενίας.

ad Lachet. p. 62. atque iterum ad Menexen. p. 248. De Iove φιλίῳ, hoc est amicitiae praeside, vide praeter Astium ad h. l. quae exposuerunt Bergler. ad Alciphron. p. 243. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 193. Creuzer. ad Proclum T. I. p. 233. Eandem formulam habes Euthyphron. p. 6. B. ἀλλά μοι εἰπέ, πρὸς Φιλίου. Gorg. p. 519. E. ἀλλ', ὦ ἀγαθέ, εἰπέ, πρὸς Φιλίου.

εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ] Ποιητής in universum de scriptore dictum illustravit Heindorfius ad h. l., laudato Dorvillio ad Chariton. p. 289. Sic etiam infra p. 236. D. accipiendum. Στρογγύλα, ut Lat. rotunda, rhetoribus dicuntur quae omni ex parte elaborata sunt ac perpolita, de quo usu conferunt Lambin. ad Horat. Satyr. II. 7, 86. et Ernesti Lexic. Techn. Gr. Rhet. p. 320. Nec ignota sunt quae de verbis ἀποτορνεύειν et tornare disputavit Bentlei. ad Horat. A. P. v. 441. Verba καὶ ἀκριβῶς, quae omittit Plutarch. de Audit. p. 45. A. et Hermias p. 79. Cod. 407. fol. 26. vers., Heindorfium Astiumque adeo offenderunt, ut ea omittenda iudicaverint. In quo illi me quidem non habent consentientem. Nam primum quod adverbium ita adiectivis subiicitur, in quo maxime haesit Heindorfius, non desunt alia eiusmodi exempla, in quibus nemo offenderit. Protagor. p. 352. C. καλῶς γε, ἔφη, σὺ λέγων, καὶ ἀληθῆ. Phaedon. p. 79. D. καλῶς καὶ ἀληθῆ λέγεις. Phileb. p. 37. C. 41. D. 61. D. Phaed. p. 93. B. Deinde καὶ ante ἀκριβῶς quidni recte interpretari liceat, et in universum, denique, ita ut postremo vocabulo quae antea singulatim indicata sunt comprehendantur? Denique nemo non sentiet ne potuisse quidem καὶ ἀκριβῆ commode dici, ut adverbii usus evitari vix ac ne vix quidem potuerit. Ceterum Plutarch. T. I. p. 77. ed. Steph. καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ εὕρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Sed laus Platonis non est seria.

εἰ γὰρ δεῖ] Respondet nostro: *wenn es sein muss*. Criton. c. 4. ἐὰν δέῃ (sc. κίνδυνον ὑπομένειν), ἔτι τούτου μείζω. Menex. c. 3. οἴει οἷός τ' εἶναι αὐτὸς εἰπεῖν, εἴπερ δέοι. Parm. p. 126. C. ἀλλ', εἰ δεῖ,

τορικῷ αὐτοῦ μόνῳ τὸν νοῦν προςεῖχον, τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν οἴεσθαι ἱκανὸν εἶναι. καὶ δὴ καὶ οὖν μοι ἔδοξεν, ὦ Φαῖδρε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς οὐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον τοῦ τοιούτου· καὶ ἐφαίνετο δή μοι νεανιεύεσθαι ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν ταῦτα ἑτέρως τε καὶ ἑτέρως λέγων ἀμφοτέρως εἰπεῖν ἄριστα.

B ΦΑΙ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ Σώκρατες. αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ μάλιστα ὁ λόγος ἔχει. τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως

ῥητορικῷ αὐτοῦ μόνῳ] μόνον ΛΣDNOT Flor. g. h. Vind. 1. Monacc., probante Astio. v. ad p. 253. D. Dein vulgo καὶ δὴ οὖν. Sed Bodl. ΔΠDGT δικαιοῦν corrupte. Alii δικαιοῦν οὖν vel δίκαιον οὖν, quod et ipsum corruptela laborat manifesta. δὴ καὶ οὖν in litura Ξ. Unde refinxi: καὶ δὴ καὶ οὖν. Herm. dedit καὶ οὖν minus vere. Tum Bodl. λέγῃς pro λέγεις.

ἢ ἴσως οὐδέν] In exemplo Steph. ἢ deest.

B. αὐτὸ γὰρ τοῦτο] V. αὐτὸ μὲν γὰρ τοῦτο, quod solus Ven. Ξ habet.

ἴωμεν παρ' αὐτόν. Soph. Ant. v. 675. κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν.

P. 235. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν — ἱκανὸν εἶναι] in hoc (sc. ἐν τῷ τὰ δέοντα λέγειν) vero putabam nec ipsum Lysiam existimare se satis valere. Nam τοῦτο pertinet ad remotiora. Iam vero sponte apparebit, quo iure Heindorf. et Ast. ἂν in his excidisse iudicaverint. Nimirum pari iure per se utique dicitur recta oratione: τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἄρα Λυσίας οἴεται ἱκανὸς εἶναι, atque: οὐδὲ αὐτὸς Λυσίας ἂν οἴοιτο ἱκανὸς εἶναι. De formula εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις conferas Reipubl. IV. p. 430. B. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Ibid. VI. p. 492. A. εἰ μὴ ἔτ' ἄλλο λέγεις τι σύ. Gorg. p. 462. B. p. 513. C. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Cratyl. p. 427. D. ordine paullulum mutato: εἰ μή τι ἄλλο Κρατύλος ὅδε λέγει.

ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον] vel quia fortasse hoc nihil curavit; v. Matthiae Gr. §. 564. coll. §. 348.

ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν] Eodem modo ὡς cum participio infertur Xenoph. Anabas. I. 5, 9. τὸ δὲ σύμπαν δῆλος ἦν Κῦρος ὡς (ita codd.) σπεύδων. Lysiae Orat. XII. §. 90. δῆλοι ἔσεσθε ὡς ὀργιζόμενοι. Sophocl. Aiac. 327. καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν. Quippe structura verborum haec est: ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν ἀμφοτέρως ἄριστα λέγειν ταῦτα ἑτέρως καὶ ἑτέρως λέγων. Pro ταῦτα ne cum Heindorfio et Turicensibus ταὐτὰ corrigas, δεικτικῶς haec dici existimanda sunt: ista, de quibus verba fecit.

B. τῶν γὰρ ἐνόντων —] nihil enim eorum praetermisit, quae in ipso argumento inerant, ut digne de iis diceretur. Mox παρὰ τὰ ἐκ. εἰρημένα cohaeret cum ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια; qua structura nihil est frequen-

ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν, ὥςτε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια.

ΣΩ. Τοῦτο ἐγώ σοι οὐκέτι οἷός τε ἔσομαι πείθεσθαι. παλαιοὶ γὰρ καὶ σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ.

ΦΑΙ. Τίνες οὗτοι; καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων C ἀκήκοας;

Cap. XI. ΣΩ. Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆ-

μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι] Bodl. et multi alii: μηδένα ποτε. Atqui hoc dicit: *so dass wohl keiner jemals im Stande sein dürfte* etc. Omisso ἄν oratio inurbanior erit. Probavit tamen Bodl. lectionem Hermann., de qua v. ad 256. A. Idem in proximis ex Bodl. πιθέσθαι pro vulg. πείθεσθαι dedit, plurimis libris, immo ceteris omnibus, adversantibus.

ἔσομαι πείθεσθαι] Bodl. ΔΓ πιθέσθαι, quae forma aoristi prosae orationis scriptoribus ignota est.

tius. Gorg. p. 507. A. οὐκ ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι. Phaedon. p. 107. A. οὔκουν — ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν. Ibid. p. 74. A. p. 80. B. Lachet. in. Theaet. p. 156. A. Lysid. p. 213. C. De Republ. I. p. 337. E. VI. p. 506. B. Politic. p. 295. D. E. Aristoph. Pac. v. 110. Nubb. v. 698. Lysistrat. v. 111. al. Mox C. παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. P. 235. E. παρὰ πάντα ταῦτα ἄλλα εἰπεῖν. P. 236. B. παρὰ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἕτερόν τι ποικιλώτερον.

C. *Νῦν μὲν οὕτως*—] sic *statim*, nulla praegressa meditatione. Apte comparat *Heindorf.* Theaet. p. 158. C. νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι. Legg. IV. p. 712. D. οὕτω νῦν ἐξαίφνης. *Xenoph.* Mem. III. 6, 9. οὕτω γε ἀπὸ στόματος. Etiam simplex οὕτως ita ponitur Gorg. p. 464. B. Sympos. p. 176. D. Infra p. 272. C. est νῦν γ' οὕτως. De Rep. II. p. 380. D. νῦν γε οὕτως. De Republ. VII. p. 530. C. νῦν γε οὐτωσί. Mox καλός et σοφός vulgaris est poetarum appellatio. v. ad Reipubl. X. p. 595. C. Συγγραφεῖς quod dicuntur simpliciter prosae orationis scriptores, alia huius usus exempla collegerunt intpp. ad Thom. Mag. p. 813. et *Heindorf.* ad Plat. Lys. §. 7. Ceterum Socrates Menon. p. 81. A. ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα, quae nollem *Astius* dixisset ad huius loci similitudinem esse composita. Consueta autem utitur hic Socrates ironia, qua aliis tribuit sua, veluti Sympos. c. X., ubi se a Diotima accepisse simulat τὰ ἐρωτικά, quae tamen ipse excogitavit. Laudat locum *Max. Tyr.* XXIV. 7., ubi Lesbiam poetriam censet καλὴν appellari διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν; alioquin enim eam fuisse parvam atque nigram. Bella vero loci interpretatio! Saniora aliquanto tradit *Perizonius* ad Aelian. Varr. Histor. Libr. XII. Cap. XIX., ubi de Sapphus sapientia disputat.

τορικῷ αὐτοῦ μόνῳ τὸν νοῦν προςεῖχον, τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν οἴεσθαι ἱκανὸν εἶναι. καὶ δὴ καὶ οὖν μοι ἔδοξεν, ὦ Φαῖδρε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς οὐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον τοῦ τοιούτου· καὶ ἐφαίνετο δή μοι νεανιεύεσθαι ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν ταῦτα ἑτέρως τε καὶ ἑτέρως λέγων ἀμφοτέρως εἰπεῖν ἄριστα.

B ΦΑΙ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ Σώκρατες. αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ μάλιστα ὁ λόγος ἔχει. τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως

ῥητορικῷ αὐτοῦ μόνῳ] μόνον ΛΣDNOT Flor. g. h. Vind. 1. Monacc., probante Astio. v. ad p. 253. D. Dein vulgo καὶ δὴ οὖν. Sed Bodl. ΔΠDGT δικαιοῦν corrupte. Alii δικαιοῦν οὖν vel δίκαιον οὖν, quod et ipsum corruptela laborat manifesta. δὴ καὶ οὖν in litura Ξ. Unde refinxi: καὶ δὴ καὶ οὖν. Herm. dedit καὶ οὖν minus vere. Tum Bodl. λέγῃς pro λέγεις.

ἢ ἴσως οὐδέν] In exemplo Steph. ἢ deest.

B. αὐτὸ γὰρ τοῦτο] V. αὐτὸ μὲν γὰρ τοῦτο, quod solus Ven. Ξ habet.

ἴωμεν παρ' αὐτόν. Soph. Ant. v. 675. κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν.

P. 235. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν — ἱκανὸν εἶναι] in hoc (sc. ἐν τῷ τὰ δέοντα λέγειν) vero putabam nec ipsum Lysiam existimare se satis valere. Nam τοῦτο pertinet ad remotiora. Iam vero sponte apparebit, quo iure Heindorf. et Ast. ἂν in his excidisse iudicaverint. Nimirum pari iure per se utique dicitur recta oratione: τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἄρα Λυσίας οἴεται ἱκανὸς εἶναι, atque: οὐδὲ αὐτὸς Λυσίας ἂν οἴοιτο ἱκανὸς εἶναι. De formula εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις conferas Reipubl. IV. p. 430. B. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Ibid. VI. p. 492. A. εἰ μὴ ἔτ' ἄλλο λέγεις τι σύ. Gorg. p. 462. B. p. 513. C. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Cratyl. p. 427. D. ordine paullulum mutato: εἰ μή τι ἄλλο Κρατύλος ὅδε λέγει.

ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον] vel quia fortasse hoc nihil curavit; v. Matthiae Gr. §. 564. coll. §. 348.

ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὤν] Eodem modo ὡς cum participio infertur Xenoph. Anabas. 1. 5, 9. τὸ δὲ σύμπαν δῆλος ἦν Κῦρος ὡς (ita codd.) σπεύδων. Lysiae Orat. XII. §. 90. δῆλοι ἔσεσθε ὡς ὀργιζόμενοι. Sophocl. Aiac. 327. καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν. Quippe structura verborum haec est: ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν ἀμφοτέρως ἄριστα λέγειν ταῦτα ἑτέρως καὶ ἑτέρως λέγων. Pro ταῦτα ne cum Heindorfio et Turicensibus ταὐτὰ corrigas, δεικτικῶς haec dici existimanda sunt: ista, de quibus verba fecit.

B. τῶν γὰρ ἐνόντων —] nihil enim eorum praetermisit, quae in ipso argumento inerant, ut digne de iis diceretur. Mox παρὰ τὰ ἐκ. εἰρημένα cohaeret cum ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια; qua structura nihil est frequen-

ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν, ὥστε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια.

ΣΩ. Τοῦτο ἐγώ σοι οὐκέτι οἷός τε ἔσομαι πείθεσθαι. παλαιοὶ γὰρ καὶ σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ.

ΦΑΙ. Τίνες οὗτοι; καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων C ἀκήκοας;

Cap. XI. ΣΩ. Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆ-

μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι] Bodl. et multi alii: *μηδένα ποτε*. Atqui hoc dicit: *so dass wohl keiner jemals im Stande sein dürfte* etc. Omisso *ἄν* oratio inurbanior erit. Probavit tamen Bodl. lectionem Hermann., de qua v. ad 256. A. Idem in proximis ex Bodl. *πιθέσθαι* pro vulg. *πείθεσθαι* dedit, plurimis libris, immo ceteris omnibus, adversantibus.

ἔσομαι πείθεσθαι] Bodl. *ΔΓ πιθέσθαι*, quae forma aoristi prosae orationis scriptoribus ignota est.

tius. Gorg. p. 507. A. *οὐκ ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι*. Phaedon. p. 107. A. *οὐκοῦν — ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν*. Ibid. p. 74. A. p. 80. B. Lachet. in. Theaet. p. 156. A. Lysid. p. 213. C. De Republ. I. p. 337. E. VI. p. 506. B. Politic. p. 295. D. E. Aristoph. Pac. v. 110. Nubb. v. 698. Lysistrat. v. 111. al. Mox C. *παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω*. P. 235. E. *παρὰ πάντα ταῦτα ἄλλα εἰπεῖν*. P. 236. B. *παρὰ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἕτερόν τι ποικιλώτερον*.

C. *Νῦν μὲν οὕτως* —] sic statim, nulla praegressa meditatione. Apte comparat Heindorf. Theaet. p. 158. C. *νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι*. Legg. IV. p. 712. D. *οὕτω νῦν ἐξαίφνης*. Xenoph. Mem. III. 6, 9. *οὕτω γε ἀπὸ στόματος*. Etiam simplex *οὕτως* ita ponitur Gorg. p. 464. B. Sympos. p. 176. D. Infra p. 272. C. est *νῦν γ' οὕτως*. De Rep. II. p. 380. D. *νῦν γε οὕτως*. De Republ. VII. p. 530. C. *νῦν γε οὑτωσί*. Mox *καλός* et *σοφός* vulgaris est poetarum appellatio. v. ad Reipubl. X. p. 595. C. *Συγγραφεῖς* quod dicuntur simpliciter prosae orationis scriptores, alia huius usus exempla collegerunt intpp. ad Thom. Mag. p. 813. et Heindorf. ad Plat. Lys. §. 7. Ceterum Socrates Menon. p. 81. A. *ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα*, quae nollem Astius dixisset ad huius loci similitudinem esse composita. Consueta autem utitur hic Socrates ironia, qua aliis tribuit sua, veluti Sympos. c. X., ubi se a Diotima accepisse simulat *τὰ ἐρωτικά*, quae tamen ipse excogitavit. Laudat locum Max. Tyr. XXIV. 7., ubi Lesbiam poetriam censet *καλὴν* appellari *διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν*; alioquin enim eam fuisse parvam atque nigram. Bella vero loci interpretatio! Saniora aliquanto tradit Perizonius ad Aelian. Varr. Histor. Libr. XII. Cap. XIX., ubi de Sapphus sapientia disputat.

λον δέ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤ που Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ
Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. πό-
θεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω; πλῆρές πως, ὦ δαιμόνιε,
τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν
εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. ὅτι μὲν οὖν παρά γε ἐμαυτοῦ
οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, εὖ οἶδα, συνειδὼς ἐμαυτῷ ἀμα-
θίαν. λείπεται δή, οἶμαι, ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμά-
D των διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου·
ὑπὸ δὲ νωθείας αὖ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπιλέλησμαι, ὅπως
τε καὶ ὧντινων ἤκουσα.

ΦΑΙ. Ἀλλ᾽, ὦ γενναιότατε, κάλλιστα εἴρηκας. σὺ
γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας, μηδ᾽, ἂν

C. πλῆρές πως] Ald. Steph. πλῆρές περ. Recte libri mss. cum Bass. 1. 2. Est enim πὲρ ab usu Atticorum alienum, de quo v. Klotz. De particul. p. 722.

παρά γε ἐμαυτοῦ] V. παρά τε, praeter fidem codicum fere omnium.

πόθεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω;] Unde igitur coniiciens arbitror me haec ab aliis accepisse? Solere apud Platonem interrogationes ita medio sermoni interponi multis demonstratum exemplis est ad Sympos. p. 178. D.

Πλῆρές πως — τὸ στῆθος ἔχων] Istud πὼς est nescio quo modo, ut Cratyl. p. 428. C. Theaet. p. 144. B. 177. A. Tim. p. 34. C. 37. E. Men. p. 73. A. 95. E. aliis centenis locis. Hoc igitur dicit: Pectore mihi nescio quo modo repleto sentio me alia praeter ista eaque non deteriora posse dicere.

ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμάτων —] Respexerunt Maximus Tyrius Diss. XXIV. 7. Themist. Orat. I. p. 13. Plutarch. De Poet. Aud. p. 48. C. alii. Ceterum de poetis loquens iocose imitatur poetarum dictionem.

D. ἕτερα ὑποσχέσει εἰπεῖν] Servavi ὑποσχέσει, librorum mss. lectionem, quamvis manifesto vitiosam. Nam ἕτερα ! quidem, quod fuerunt qui in ἑτέρᾳ mutatum vellent, cum Wexio ad Soph. Antig. Vol. II. p. 77 sqq., ubi fusius de hoc loco exposuit, facile pro vero agnoscimus. conf. p. 234. E. ἕτερα, τούτων μείζω καὶ πλείω. P. 235. B. ἄλλα πλείω καὶ πλέονος ἄξια. P. 236. B. Sed ὑποσχέσει sine controversia turpiter corruptum est. Stephanus aliique in locum eius substituerunt ὑποσχέθητι, quae tamen forma imperativi inaudita est, licet eam Venet. codex et fortasse alii tueantur. Opus igitur est alia emendatione. Ut dicam quod sentio, videtur olim duplex extitisse loci scriptura. Alii enim legerunt ὑπόστηθι, in te suscipe, unde istud ὑποσχέθητι natum est. De ὑφίστασθαι ita posito v. Plat. Legg. VI. p. 751. D. II. p. 141. B. Plutarch. Pyrrh. c. 21. Dorvill. ad Charit. p. 603. = 569. ed. Lips. et interprtt. ad Thom. Mag.

κελεύω, εἴπῃς, τοῦτο δὲ αὐτὸ ὃ λέγεις ποίησον· τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ βελτίω τε καὶ μὴ ἐλάττω ἕτερα ὑποσχέσει εἰπεῖν, τούτων ἀπεχόμενος· καί σοι ἐγώ, ὥςπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν, οὐ μόνον ἐμαυτοῦ, E
ἀλλὰ καὶ σήν.

ΣΩ. Φίλτατος εἶ καὶ ὡς ἀληθῶς χρυσοῦς, ὦ Φαῖδρε, εἴ με οἴει λέγειν, ὡς Λυσίας τοῦ παντὸς ἡμάρτηκε, καὶ οἷόν τε δὴ παρὰ πάντα ταῦτα ἄλλα εἰπεῖν. τοῦτο δὲ οἶμαι οὐδ' ἂν τὸν φαυλότατον παθεῖν συγγραφέα. αὐτίκα περὶ οὗ ὁ λόγος, τίνα οἴει λέγοντα,

D. ἕτερα ὑποσχέσει] V. ἕτερα ὑποσχέθητι, quod Ven. Ξ tuetur. Bodl. ἑτέραι ὑποσχέσει. Etiam alii ἑτέρα vel ἑτέρᾳ. Sed ὑποσχέσει ceteri omnes.

E. παρὰ πάντα ταῦτα] Ita codd. optimi, inter quos est Bodl. pro vulg. παρὰ ταῦτα πάντα.

τίνα οἴει λέγοντα] Sic codd. fere omnes pro τί οἴει λ.

p. 879. ed. Bern. Alii autem habuerunt ὑπόσχες εἰπεῖν, cuius vestigia refert scriptura codicum longe plurimorum. Ad sententiam non multum refert, utrum pro vero probetur, quamquam ὑπόστηθι, quod est: in te suscipe, magis placet quam ὑπόσχες, h. e. sustine, a te impetrare stude. Fieri igitur potest, ut ὑπόσχες εἰπεῖν interpretamentum sit alterius lectionis utpote rarioris et insolentioris. Quamquam Wexius l. c. et C. Fr. Hermannus istud ὑπόσχες unice probant. Et sane illud plurimorum optimorumque librorum auctoritate gravissime commendatur. Nam ὑποσχέσει depravatum est ex ὑπόσχες adiuncta proximi verbi syllaba initiali.

ὥςπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες] Muretus Varr. Lectt. VIII. 18. „Novem archontes, quum magistratum inirent, publice iurabant se observaturos esse leges, neque passuros fidem suam donis muneribusve corrumpi: si quis ipsorum secus fecisset, eum multae nomine auream statuam suam pensurum esse.“ Rem narrant Plutarchus Solon. p. 94. B. Heraclides Ponticus Fragment. 1. ed. Köhl. Suidas s. v. χρυσῆ εἰκών. Plura Astius indicavit. — εἰκόνα ἰσομέτρητον, h. e. magnitudine et statura parem. De auratis statuis apud vett. usitatis v. Salmasius ad Scriptorr. Histor. Aug. Vol. II. p. 343. ed. Lugd. Bat. Praeterea v. Dorvill. ad Charit. p. 314. Wyttenb. ad Eunap. p. 322 sq., quos etiam Astius laudavit. — In proximis καὶ ὡς ἀληθῶς χρυσοῦς Socratem apparet festive ludere atque iocari, respicientem videlicet ad hanc Phaedri responsionem. De usu v. Arist. Rann. 484. ὦ χρυσοῖ θεοί. Nimirum aurei et aureoli homines vulgari sermone dicti sunt etiam praestantissimi ab utriusque linguae scriptoribus: de quo v. Salmasius ad Trebell. Pollion. c. 5. = Histor. Aug.

ὡς χρὴ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, πα-
236 ρέντα τοῦ μὲν τὸ φρόνιμον ἐγκωμιάζειν, τοῦ δὲ τὸ
ἄφρον ψέγειν, ἀναγκαῖα γοῦν ὄντα, εἶτ' ἄλλ' ἄττα
ἕξειν λέγειν; ἀλλ' οἶμαι, τὰ μὲν τοιαῦτ' ἐατέα καὶ
συγγνωστέα λέγοντι· καὶ τῶν μὲν τοιούτων οὐ τὴν
εὕρεσιν ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἐπαινετέον, τῶν δὲ μὴ
ἀναγκαίων τε καὶ χαλεπῶν εὑρεῖν πρὸς τῇ διαθέσει
καὶ τὴν εὕρεσιν.

Cap. XII. *ΦΑΙ.* Συγχωρῶ ὃ λέγεις· μετρίως γάρ
μοι δοκεῖς εἰρηκέναι. ποιήσω οὖν καὶ ἐγὼ οὕτως· τὸ
B μὲν τὸν ἐρῶντα τοῦ μὴ ἐρῶντος μᾶλλον νοσεῖν δώσω
σοι ὑποτίθεσθαι, τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείο-
νος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνά-
θημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι.

P. 236. τὰ μὲν τοιαῦτ' ἐατέα] Sic permulti libri nec tamen Bodl. Vulgo τὰ μέντοι τ.

B. πλείονος ἄξια εἰπών] εἰπόντος Bodl. vitiose cum multis aliis.

Κυψελιδῶν] κυψελίδων Bodl. Dein pro στάθητι Cobet. Varr. Lectt. p. 196 sq. legendum contendit ἔσταθι, quia χρυσοῦν σταθῆναι nusquam dicatur. At hoc quidem loco recte dicitur.

ἐρεσχηλῶν σε] Hanc scripturam cum Bodl. non pauci alii Scriptt. ed. Lugd. Bat. 1671. 8. Vol. II. p. 361. b.

E. αὐτίκα περὶ οὗ ὁ λόγος] ne longe abeam, ut statim exemplum afferam. v. Gorg. p. 472. D. Protagor. p. 359. E. Reip. I. p. 340. D. al. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 56. Intpp. ad Gregor. Corinth. p. 416 sq. Mox εἶτα post participium illatum est nihilominus, tamen, ut Gorg. p. 527. D. Protagor. p. 341. E. al. Cuius usus caussas declaravimus ad Phaedon. p. 70. E.

P. 236. τὰ μὲν τοιαῦτα] argumenta plane necessaria, sine quorum commemoratione aliquid tractari prorsus nequeat aut aliis persuaderi. De loquutione μετρίως εἰρηκέναι v. ad Criton. p. 46. C. — ποιήσω οὖν καὶ ἐγώ, sc. ut dicam μετρίως.

B. δώσω σοι ὑποτίθεσθαι] h. e. iubebo te facere orationis tuae argumentum.

σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι] De re praeter Photium Lex. et Suidam s. v. Κυψελιδῶν conf. Pausan. V. 2. p. 378. Aristot. Pol. V. 11. Strabo VIII. p. 580. C. coll. 542. B. iam ab Heindorfio laudati. Ad eandem spectat Epigramma Analect. Brunck. III. p. 189. CXCIII. Αὐτὸς ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατος εἰμὶ κολοσσός· Ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά. Formulam χρυσοῦν τινα ἱστάναι, aureum aliquem ponere, illustrarunt Hemsterhus. ad Lucian. Vol. I. p. 165. Bergler. ad Alciphron. T. I. p. 175. Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 398. et 399. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 389. Wyttenbach. ad

ΣΩ. Ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σου τῶν παιδικῶν ἐπελαβόμην ἐρεσχηλῶν σε, καὶ οἴει δή με ὡς ἀληθῶς ἐπιχειρήσειν εἰπεῖν παρὰ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἕτερόν τι ποικιλώτερον.

ΦΑΙ. Περὶ μὲν τούτου, ὦ φίλε, εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας· ῥητέον μὲν γάρ σοι παντὸς μᾶλλον οὕτως, ὅπως οἷός τε εἶ· ἵνα δὲ μὴ τὸ τῶν κωμῳδῶν φορτικὸν πρᾶγμα ἀναγκαζώμεθα ποιεῖν ἀνταποδιδόντες ἀλλήλοις, εὐλαβήθητι, καὶ μὴ βούλου με ἀναγκάσαι λέγειν ἐκεῖνο τὸ εἰ ἐγώ, ὦ Σώκρατες, Σωκράτην ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, καὶ ὅτι ἐπεθύμει μὲν λέγειν, ἐθρύπτετο δέ· ἀλλὰ διανοήθητι, ὅτι ἐντεῦθεν οὐκ ἄπιμεν, πρὶν C

tuentur, quum vulgo legatur ἐρεσχελῶν σε. Etiam Phileb. p. 53. E. Bodl. ex corr. ἐρεσχηλεῖ pro vulg. ἐρεσχελεῖ. De scriptura verbi conf. Bekker. Anecdot. I. p. 258. et Pierson. ad Moer. p. 159. = 117. ed. Lips.

C. ἵνα δὲ μὴ τὸ τῶν κωμ.] Plurimi libri cum Bodl. hoc loco δὲ omittunt; male, nisi forte εὐλαβήθητι eliminandum cum Cobeto p. 197.

διανοήθητι, ὅτι] διανοήθητε Bodl. Vat. ΔΤ et pr. II. al.

Plut. De superst. p. 170. B. Weichert. de Horatii obtrectatoribus, Poetar. Lat. Reliqq. p. 292. — σφυρήλατος, malleo cusus, quae vox ponitur in artis statuariae operibus, inprimis in statuis solidis, quae totae sunt ex aere vel auro, ita ut opponantur fusa opera, ἔργα χωνευτά; v. Böttiger. Andeut. p. 52. Ottfr. Müller. Archäolog. §. 59. 71. Deinde in universum est firmus, indissolubilis, diciturque etiam metaphorice, sicuti demonstravit Wyttenbach. ad Plut. Moral. p. 65. B. Vol. VI. P. I. p. 501.

ἐρεσχηλῶν σε] h. e. σκώπτων. Verbi usum illustravimus ad Phileb. p. 53. E. Ceterum Photius Lexic. s. v. Παιδικά p. 319. ed. Lips. legit ἐρεσχελήσεις σε.

Περὶ μὲν τούτου — ἐλήλυθας] Proverbium ductum a luctatoribus. Phileb. p. 13. D. ἀνιέναι εἰς τὰς ὁμοίας, ubi supplendum λαβάς. Sophist. p. 231. ὀρθὴ γὰρ ἡ παροιμία, τὸ τὰς ἁπάσας μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαφεύγειν. Sententia haec est: Quod ad istud quidem attinet, tu parem reprehensioni ansam praebuisti, quandoquidem tibi item oratio habenda est. Prave igitur Bodl. ἐλήλυθα. Sed talia vitia liber alioquin praestantissimus habet innumera, ut eius auctoritati non temere obsequendum sit.

C. τὸ τῶν κωμῳδῶν] qui personas in scenam introducunt mutuis conviciis se invicem lacessentes et male dicta male di-

ἂν σὺ εἴπῃς ἃ ἔφησθα ἐν τῷ στήθει ἔχειν. ἐσμὲν δὲ
D μόνω ἐν ἐρημίᾳ, ἰσχυρότερος δὲ ἐγὼ καὶ νεώτερος, ἐκ δ' ἁπάντων τούτων ξύνες ὅ σοι λέγω, καὶ μηδαμῶς πρὸς βίαν βουληθῇς μᾶλλον ἢ ἑκὼν λέγειν.

ΣΩ. Ἀλλ', ὦ μακάριε Φαῖδρε, γελοῖος ἔσομαι παρ' ἀγαθὸν ποιητὴν ἰδιώτης αὐτοσχεδιάζων περὶ τῶν αὐτῶν.

ΦΑΙ. Οἶσθ' ὡς ἔχει; παῦσαι πρός με καλλωπιζόμενος· σχεδὸν γὰρ ἔχω ὃ εἰπὼν ἀναγκάσω σε λέγειν.

ΣΩ. Μηδαμῶς τοίνυν εἴπῃς.

ΦΑΙ. Οὔκ, ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω. ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἔσται. ὄμνυμι γάρ σοι — τίνα μέντοι, τίνα

ἐσμὲν δὲ μόνω ἐν ἐρ.] Pro δὲ codd. ΣDNO Florr. g. h. Vind. 3. 4. 7. α. et Monacc. ἐσμὲν γὰρ μ., quod olim placuit, nunc non placet. Dein post μόνω vulgo μὲν inepte intrusum, quod libris ΔΠΣDGNOT Flor. g. h. ϑ. Vindd. et Monacc. auctoribus cum Bekkero abiecimus.

D. ὅ σοι λέγω] Schneiderus ad Pind. Fragm. p. 7. ed. Heyn. T. III. p. 12 sq. malebat ὅ τι. In Menon. p. 76. D, ubi versiculus item affertur, optimi codd. ὅ τοι λέγω praebent, quod vide an hic quoque reponendum sit. Quamquam scrupulum iniicit, quod Pindari non diserte mentio facta est. Dein Bodl. ΔΠGT Vind. 1. a pr. m. πρὸς βίας, quod poetis proprium, quamquam illud in Aristophane Brunckius non semel attrectavit, a cuius lubidine illud tutum praestitit Berglerus ad Aristoph. Vesp. v. 462. Plato, Xenophon, alii, ctis rependentes. Respicit ad p. 228. A. et C.

D. ἐσμὲν δὲ μόνω] Iocosam comminandi formulam Heindorfius illustrat comparatis locis Reip. I. p. 327. C. Phileb. p. 16. A. Idem observat proxima sumpta esse e Pindaro. Menon. p. 76. D. ἐκ τούτων δὴ ξύνες ὅ τοι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. v. Boeckh. ad Pindari Fragm. 71. — πρὸς βίαν, vi coactus.

παρ' ἀγαθὸν ποιητήν] sc. λόγων. Lysiam ita non sine irrisione appellat.

Οὔκ, ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω] Ad Οὔκ ex praegressis intelligas οὕτω ποιήσω, h. e. non tacebo. Nihil hoc usu frequentius. Vide, si tanti est, annot. ad Protagor. p. 343. D.

τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; —] Iusiurandum praestiturus homo orationum audiendarum cupidissimus prae nimio studio incertus haeret, per quemnam deum ipsi iurandum sit, usque dum tandem ipsi platani suae in mentem venit, cuius amoenitatem supra p. 229. A. B. informatam vidimus. Loci elegantiam imitatione expresserunt scriptores posteriores, de quibus post Abreschium Obss. Misc. Vol. X. T. II. p. 212. monuerunt interpretes ad Aristaenet. p. 632. II. 2. Mox de negationum cumulatione vide ann. ad Phileb. p. 19. B. et quos ibi laudavimus.

E. Τί δῆτα ἔχων στρέφει;] Nostrates dixerint: *Was hast du denn, dass du so*

θεῶν; ἢ βούλει τὴν πλάτανον ταυτηνί; ἦ μήν, ἐάν E
μοι μὴ εἴπῃς τὸν λόγον ἐναντίον αὐτῆς ταύτης, μηδέποτέ σοι ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτ' ἐπιδείξειν μήτ' ἐξαγγελεῖν.

ΣΩ. Βαβαί, ὦ μιαρέ, ὡς εὖ ἀνεῦρες τὴν ἀνάγκην ἀνδρὶ φιλολόγῳ ποιεῖν ὃ ἂν κελεύῃς.

ΦΑΙ. Τί δῆτα ἔχων στρέφει;

ΣΩ. Οὐδὲν ἔτι, ἐπειδή σύ γε ταῦτα ὀμώμοκας. πῶς γὰρ ἂν οἷός τ' εἴην τοιαύτης θοίνης ἀπέχεσθαι;

ΦΑΙ. Λέγε δή. 237

ΣΩ. Οἶσθ' οὖν ὡς ποιήσω;

ΦΑΙ. Τοῦ πέρι;

ΣΩ. Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵν' ὅ τι τάχιστα δια-

num ita scripserint, utique controversum est, ut vellem certa rei exempla a nupero editore in medium prolata essent. Nam πρὸς βίας probat Herm.

τίνα μέντοι, τίνα θ.] Vett. editt. τινὰ μέντοι τινά, quod ex codd. emendatum. Dein Steph. perperam invitis codd. et editt. Ald. Bas. 1. 2. εἰ βούλει. Hoc enim dicit: sed quid, quaero? visne per hancce platanum? Ficinus: vel si vis. Unde tamen nolim ἢ εἰ βούλει, vel εἰ δὲ βούλει, scriptum fuisse suspicari.

E. μήτ' ἐξαγγελεῖν] Permulti libri ἐξαγγέλλειν. Sed vulgatum praeter alios tuetur Bodl., qui prius μήτε om. Unde Herm. scripsit ἐπιδείξειν μήδ' ἐξαγγελεῖν.

ausweichst. Quamquam cavendum est, ne τί cum ἔχων cohaerere existimetur, quod potius cum στρέφει coniungendum est, ut sit: quid tergiversaris? Nam ἔχων in talibus additur absolute, ut significet quasi statum et habitum, in quo versatur is, qui propter cunctationem, tergiversationem, nugas et ineptias increpatur. Sic Aristoph. Thesm. v. 473. τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον (Euripidem) αἰτιώμεθα; et loco simillimo Nubb. v. 131. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; Ecclesiaz. 1143. τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Avv. v. 340. τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων. Ran. v. 202. 524. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων; Plura dabunt Ruhnk. ad Tim. p. 258. Weiske de Pleonasm. p. 106 sq., qui tamen minus recte ἔχων abundare statuunt. Vide Hermannum ad Viger. p. 777. Ceterum Aristoph. Acharn. v. 393. τί ταῦτα στρέφει, τεχνάζεις τε καὶ πορίζεις τριβάς; ubi στρέφεσθαι item de callida ac versuta tergiversatione accipiendum.

P. 237. τοιαύτης θοίνης ἀπέχεσθαι] tali orationum pabulo abstinere. Comparatio admodum frequens. vid. supra p. 327. B. ad Remp. I. p. 354. A. IX. p. 571. D. Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 323. C.

Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ] Gellius N. A. XIX. 9. permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica ora-

δράμω τὸν λόγον, καὶ μὴ βλέπων πρὸς σὲ ὑπ' αἰσχύνης διαπορῶμαι.

ΦΑΙ. Λέγε μόνον, τὰ δ' ἄλλα ὅπως βούλει ποίει.

Cap. XIII. ΣΩ. Ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετε ἐπωνυμίαν, ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου, ὅν με ἀναγκάζει ὁ βέλτιστος οὑτοσὶ λέγειν, ἵν'

P. 237. γένος μουσικὸν —] Hirschig. cum Cobeto secundum Heracl. post γένος inseruit τι et τὸ Λιγύων extrusit.
ταύτην ἔσχετε ἐπωνυμίαν] Venet. ΣΔΝΟ Vind. 6. 7. inserto articulo τὴν ἐπ.

tione Socratem fecisse aiunt. Hic igitur Socratem existimat propter impium orationis argumentum caput suum obvolvere: in quo Astium habet paene consentientem, qui tamen revera illud Socratem pudere ait, quod orationem de amore tamquam insania mentisque morbo habiturus sit, quam Lysianae illi opponat. Nimirum obtecto capite dicit callidus εἴρων, quasi ipsum pudeat, quod cum Lysia sit certamen subeundum, quum tamen revera vereatur, ne, dum Phaedro gratificetur, in deos delinquat, apud mortales gratiam inire cupiens. v. p. 242. C. D. E. Etenim tota haec oratio, quum ad Lysianam sit comparata uniceque ad caussam, quam ille proposuerat, obtinendam valeat, tum item subsistit in vulgari amore considerando neque se attollit altius. Itaque mox demum, ubi Socrates palinodiam canere instituit, ad purioris atque divinioris amoris vim et naturam patefaciendam acceditur. Sed de his omnibus conferas quae disputavimus in Prolegomenis.

Ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι] Sententia haec est: sive ob carminum genus λίγειαι audistis, sive propter musicam Ligurum gentem hoc cognomen accepistis. Acute tangit Lysiam. Nam Musae λίγειαι, s. argutae, quod perpetuum est earum cognomen, ut apparebit ex Hymn. Hom. XVII. 1. Pindar. Olymp. IX. 73. Stesichor. Fragm. 78. ed. Klein. Archiloch. ap. Eustath. ad Iliad. α'. p. 10. Aeschyl. Agam. v. 1148. Theocrit. Idyll. XXII. 221. XV. 135. XVII. 113. VIII. 71. Virgil. Bucol. VII. 24. Horat. Epist. II. 2, 90. coll. Valckenar. ad Adoniaz. p. 300. C., duplicem ob caussam appellatae esse ponuntur. Ex quibus utramvis comprobaveris, facile animadvertas acerbum in Lysiam aculeum. Nam ubi eas ab arguto carminum sono nomen illud accepisse sumpserimus, putidum istud acumen Lysiae notabitur, cuius exemplum antea est propositum. Sin autem διὰ τὸ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων λίγειαι appellatae fuerint, haud scio an inanis illa perstringatur loquacitas, quam iam p. 235. A. satis acerbe tetigit. Videlicet gens illa Ligyum vel Ligurum cantus stridore adeo delectata esse narrabatur, ut vel in ipsis proeliis atque pugnis dimidia tantum pars armis uteretur, altera fere cantionibus ope-

ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ, καὶ πρότερον δοκῶν τούτῳ σοφὸς εἶναι, νῦν ἔτι μᾶλλον δόξῃ. B

Ἦν οὕτω δὴ παῖς, μᾶλλον δὲ μειρακίσκος, μάλα καλός. τούτῳ δὲ ἦσαν ἐρασταὶ πάνυ πολλοί. εἷς δέ τις αὐτῶν αἱμύλος ἦν, ὃς οὐδενὸς ἧττον ἐρῶν ἐπεπείκει τὸν παῖδα, ὡς οὐκ ἐρῴη. καί ποτε αὐτὸν αἰτῶν ἔπειθε τοῦτ' αὐτὸ, ὡς μὴ ἐρῶντι πρὸ τοῦ ἐρῶντος δέοι χαρίζεσθαι, ἔλεγέ τε ὧδε·

B. μᾶλλον δὲ μειρακίσκος] V. post μειρακίσκος add. ἁπαλός, quod plurimi optimique libri, inter quos est Bodl., merito omittunt.

αὐτὸν αἰτῶν] ἐρῶν Bodl. πειρῶν coni. Winckelmann.

ram daret, id quod Scholiastes ad h. l. et Hermias p. 84. memoriae prodiderunt. Nisi forte hoc γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ad canoros illos apud Ligures cygnos cum Heindorfio referre malis, de quibus I. H. Vossius Epist. Mythol. T. II. p. 98. ed. pr. Quocirca invocatio haec Musarum plena est protervae irrisionis, ut quae hunc fere sensum habeat: Agite igitur, o Musae, sive vos ob acutum argutumque cantum sive ob stridulam loquacitatem canorae appellatae estis, adiuvate meam orationem, quam hic me iam habere cogit, quo videlicet amicus ipsius, Lysias, quem dudum sapientissimum esse censuit, nunc me aemulum nactus suum etiam sapientior esse videatur. Mox quod olim scripsimus, ταύτην ἔσχετε τὴν ἐπωνυμίαν, eius consilii cur nos nunc poeniteat, docebit annotat. ad Gorg. p. 510. D. Phaedon. p. 97. A. Cfr. Reisig. Coniectan. p. 177 sqq. Bremi ad Lysiae Oratt. Select. Excurs. II. p. 436 sq. Verbum συλλαμβάνειν cum genitivo rei iunctum illustravit Heindorf. ad Phaedon. p. 82. E. conf. ad Sympos. p. 218. D. Tmeseos apud prosae orationis scriptores usum tetigerunt Bach. ad Xenoph. Symp. VIII. 17. Schaefer. ad Long. p. 417. Melett. Crit. p. 68. ann. 7. Koen. et Boissonad. ad Gregor. Corinth. p. 449. ed. Schaef. Lobeck. ad Phryn. p. 620. Matthiae Gr. §. 594. 2. p. 1398. ed. 3. Hoc loco tanto minus in ea haerendum, quod tota oratio colorem habet plane poeticum. Quamquam neutiquam assentior Stephano et Heindorfio, haec omnia ex poeta aliquo petita esse indicantibus. De universae orationis argumento et proposito nolumus hic repetere quae in Prolegomenis copiose exposuimus. Ceterum locum hunc inde ab Ἄγετε usque ad λάβεσθε memorat et carpit ut turgidum Dionys. Halicarn. T. VI. p. 970. ed. Reisk.

B. Ἦν οὕτω δὴ παῖς] „Formula ἦν οὕτω, es war einmal, sic in narrationum principio frequentatur. Aristoph. Vesp. 1177. οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ, ubi vid. Schol. Conf. Wyttenb. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 89. Respexit hunc locum Synes. Dion. p. 58. C.“ AST. — μειρακίσκος et μεῖραξ eximie dici de homine molli atque pathico docuerunt Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 604. Boissonad. ad Eunap. p. 291., quos iam alii laudarunt.

Περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι κα-
C λῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. ὡς οὖν εἰδότες οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προςελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν· οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτε ἀλλήλοις ὁμολογοῦσιν. ἐγὼ οὖν καὶ σὺ μὴ πάθωμεν ὃ ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, ἀλλ' ἐπειδὴ σοὶ καὶ ἐμοὶ ὁ λόγος πρόκειται, ἐρῶντι ἢ μὴ μᾶλλον εἰς φιλίαν ἰτέον, περὶ ἔρωτος οἷόν τέ ἐστι καὶ ἣν ἔχει δύναμιν, ὁμο-
D λογίᾳ θέμενοι ὅρον, εἰς τοῦτ' ἀποβλέποντες καὶ ἀναφέροντες τὴν σκέψιν ποιώμεθα, εἴτε ὠφέλειαν

C. παντὸς ἁμαρτάνειν] V. ἅπαντος, quod ex codd. optimis correctum. Hirschig. de suo dedit ἢ τοῦ παντὸς ἁμ. Mox Bodl. cum permultis aliis προςελθόντες δὲ, quod nunc pro vulg. προελθ. δὲ recepimus.

ἀλλήλοις ὁμολογοῦσιν] Pessime vett. editt. ἄλλοις, quod ex optimis libris, etiam Bodl., nuper emendatum est.

Περὶ παντός, ὦ παῖ] Praeter alios hunc locum respexit Cicero De Finib. II. c. 2. Orator. c. 33. §. 116. De Orat. I. 42. Nec alienum est illud Horatii Art. Poet. v. 309. Scribendi recte sapere est principium et fons.

C. τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν] Heindorf. ad Theaetet. p. 175. D. interpretatur: exhibent s. faciunt quod poterat exspectari, comparans quae ibi leguntur πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν, h. e. simile praebet spectaculum. Non placet. Videlicet ἀποδιδόναι proprium est verbum de debito persolvendo, ut appareat sententiam hanc esse: luunt eam poenam, quam ipsos persolvere consentaneum est, consentaneam i. e. debitam poenam solvunt. Sic εἰκότα πάσχειν Lucian. Nigrin. p. 55. ed. Bip. I. Dionys. Hal. Epist. ad Pomp. §. 7. ὥστε οὐδὲν ἔξω τοῦ εἰκότος ἔμελλε πείσεσθαι.

ἐρῶντι — εἰς φιλίαν ἰτέον] Vide ad p. 232. D.

οἷόν τέ ἐστι καὶ ἣν ἔχει δύναμιν] quam naturam atque vim habeat. Vide ad Gorg. p. 447. C. Reipub. V. p. 477. B. Protagor. p. 356. D. al.

D. εἰς τοῦτο ἀποβλ.] quod definitione est explicatum. Deinde ἀναφέροντες sine accusativo obiecti positum, ut Lysid. p. 219. C. ἐπί τινα ἀρχήν, ἣ οὐκέτ' ἐπανοίσει ἐπ' ἄλλο φίλον. Alcibiad. I. p. 110. D. εἰς τοὺς πολλοὺς ἀναφέρων. Theaet. p. 135. A, ubi plura Heindorf.

τῷ δὴ — κρινοῦμεν;] Usum interrogationis notavimus ad p. 235. C. De τὲ καί conf. Protag. p. 340. A. τό τε αὖ βούλεσθαι καὶ τὸ ἐπιθυμεῖν διαφέρεις. Xenoph. Hier. 1, 2. πῇ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος. Soph. Oed. Col. v. 808. χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. Eurip.

εἴτε βλάβην παρέχει. Cap. XIV. Ὅτι μὲν οὖν δὴ ἐπιθυμία τις ὁ ἔρως, ἅπαντι δῆλον· ὅτι δ' αὖ καὶ μὴ ἐρῶντες ἐπιθυμοῦσι τῶν καλῶν, ἴσμεν. τῷ δὴ τὸν ἐρῶντά τε καὶ μὴ κρινοῦμεν; δεῖ αὖ νοῆσαι, ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύο τινὲ ἐστον ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγητον, ἡ μὲν ἔμφυτος οὖσα, ἐπιθυμία ἡδονῶν, ἄλλη δὲ ἐπίκτητος, δόξα ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. τούτω δὲ ἐν ἡμῖν τοτὲ μὲν ὁμονοεῖτον, ἔστι E δὲ ὅτε στασιάζετον· καὶ τοτὲ μὲν ἡ ἑτέρα, ἄλλοτε δὲ ἡ ἑτέρα κρατεῖ. δόξης μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ ἀγούσης καὶ κρατούσης, τῷ κράτει σωφροσύνη ὄνομα· ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἑλκούσης ἐπὶ ἡδονὰς καὶ ἀρ 238

ἐρῶντι] πότερον ἐρῶντι. Flor. g. h. Vind. 3. 7. α. Ven. Π Σ al. qui partim πρότερον habent pro vulg. πότερα. Bodl. Δ G T et pr. Π Flor. ϑ. hanc vocem omittunt. Recte. Nam etiam in indirecta interrogatione πότερον omitti constat. v. ad Remp. I. 2. Omisit etiam Hermannus. Mox Bodl. ΔΠGT εἶχε δύναμιν.

D. ᾗ ἂν ἄγητον] Flor. c. ϑ. οἷ ἂν ἄγ. Mox Bodl. ἐπιθυμία δὴ δονῶν.

Alc. 546. χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μὴ νομίζεται.

δύο τινὲ ἐστον ἰδέα ἄρχοντε —] In describendis animi facultatibus Socrates hic sequitur opinionem popularem, ut Legg. I. 642. E. sqq. Mox noli οἷ ἂν ἄγητον corrigere, quamquam id ipsum in codd. nonnullis legitur. Enimvero recte Porsonus ad Hecub. v. 1070. „Ποῦ", inquit, „quietem notat, ποῖ motum (in quem locum versus): πᾷ s. πῇ in utramque partem sumitur, ut monuit Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 447." Etenim particula πῇ, quia proprie est qua via, recte et de quiete et de motu potuit usurpari, prouti verbum ei adiectum vel motum vel quietem indicaret. vid. annot. ad Euthyphron. p. 14. C. Mox p. 238. B. τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα. Lysid. p. 213. E. ταύτῃ ἰέναι. Reipubl. V. p. 474. C. ἀκολούθησόν μοι τῇδε. Ibid. VIII. p. 556. A. ὅπῃ τις βούλεται τρέπειν. Ibid. IX. p. 589. A. ὅπῃ ἂν ἐκείνων ἑκάτερον ἄγῃ. Parmenid. p. 185. C. πῇ τρέψει ἀγνοουμένων τούτων; Legg. II. p. 667. A. ὁ λόγος ὅπῃ φέρει, ταύτῃ πορευώμεθα.

ἐπίκτητος, δόξα] Tribuit Plato homini ἐπίκτητον δόξαν ἐφιεμένην τοῦ ἀρίστου. Quam quidem aperte contrariam esse voluit τῇ ἐμφύτῳ ἐπιθυμίᾳ, i. e. cupiditati ab ipsa natura insitae atque ingeneratae. Etenim voluptatis cupiditas omnibus est innata, ut non aliunde quaerenda aut exercitatione comparanda sit. Sed alia ratio est τῆς δόξης τῆς ἐφιεμένης τοῦ ἀρίστου. Haec enim vel θείᾳ μοίρᾳ contingit hominibus, sicuti in Menone docetur, vel etiam discendo atque consuefaciendo comparatur, unde eadem deinde dicitur ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ, i. e. ratiocinatione, ἄγουσα καὶ κρατοῦσα. Itaque est profecto ἐπίκτητος. Hinc Dio Chrysostom. Orat. XII. p. 236. ed. Emper. fontem cognitionis Dei

ξάσης ἐν ἡμῖν τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη. ὕβρις δὲ δὴ πολυώνυμον· πολυμελὲς γὰρ καὶ πολυειδές. καὶ τούτων τῶν ἰδεῶν ἐκπρεπὴς ἢ ἂν τύχῃ γενομένη, τὴν αὐτῆς ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον τὸν ἔχοντα παρέχεται, οὔτε τινὰ καλὴν οὔτε ἐπαξίαν κεκτῆσθαι. περὶ μὲν γὰρ ἐδωδὴν κρατοῦσα τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἐπιθυμία γαστριμαργία τε, καὶ τὸν

P. 238. A. *πολυμελὲς γὰρ καὶ π.*] Sic Bodl. ΔΠDGNOT Flor. g. al. cum Stobaeo et Hermia. Vulgo *πολυμερὲς γάρ*. In Vind. Φ pro *πολυειδές* scriptum *πολυμερές*, quod ortum ex interpretatione. v. annot.

ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον] Stobaeus *ἐπονομαζόμενον*, quod recepit Heindorfius. Non opus.

ἐπαξίαν κεκτῆσθαι] Sic Bodl. cum optimis. V. *κεκλῆσθαι*.

distinguit duplicem, alterum *τὴν ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπίνοιαν*, alterum *τὴν ἐπίκτητον καὶ δι' οὐδετέρων ἐγγιγνομένην ταῖς ψυχαῖς ἢ λόγοις τε καὶ μύθοις καὶ ἔθεσι*: ubi si nobiscum pro *δι' οὐδετέρων* scripseris *δι' οὐδὲν ἕτερον*, locum adhuc misere depravatum protenus habebis sanum atque integrum. Alios citerioris graecitatis scriptores, qui istud *ἔμφυτον* et *ἐπίκτητον* Platonis usurparunt, ita quidem, ut pro *ἐπίκτητον* subinde etiam *ἐπείσακτον* substituerint, indicavit Wyttenbachius ad Plutarch. Moral. (De recta audiend. rat.) = p. 38. C. Vol. I. p. 319. ed. Oxon.

P. 238. *τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη*] Dictionem *ἐπονομάζειν τί τινι* ad Remp. p. 580. E. illustravimus. conf. Matth. Gr. §. 420. 2. Deinde quod vulgo legebatur *πολυμερὲς γὰρ καὶ πολυειδές*, id vel codicum auctoritate mutandum fuit. Accedit usus et consuetudo loquendi, cuius ignoratio ut *πολυμελὲς* oblitteraretur, effecisse videtur. Quippe solebant Graeci pervulgari quodam loquendi usu *μέρη καὶ μέλη* vel *μέλη καὶ μέρη* copulare. Iam quum *πολυειδές* fere idem sit quod *πολυμερές*, diu est ex quo pro *πολυμερὲς* codicum auctoritate amplectendum censuimus *πολυμελές*. Phileb. p. 14. D. *ἑκάστου τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη διελὼν τῷ λόγῳ*. Legg. VII. p. 795. E. *τῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ μελῶν καὶ μερῶν*. Heliodor. VII. 10. *τραῦμα οὐ μέρους μόνον ἢ μέλους, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς αὐτῆς γέγονε*. Videlicet *μέλη* sunt membra, *μέρη* membrorum partes. Unde Ovidius Metamorph. XIV. v. 540. Cremabit ignis edax nemorum **partes et membra** meorum. Posterioris graecitatis scriptores quantopere huius formulae usu delectati sint, docuit Boissonad. ad Aristaenet. p. 211 sq.

ἐκπρεπὴς ἢ ἂν τύχῃ γενομένη]. Observes *ἐκπρεπὴς* pronomini relativo cum vi praemissum. Reipubl. II. p. 363. A. *ἀγαθὰ τοῖς ὁσίοις ἅ φασι θεοὺς διδόναι*. Ibid. IV. p. 426. B. *τῶν πόλεων ὅσαι κακῶς πολιτευόμεναι προσαγορεύουσιν*. Legg. IX. p. 871. E, quem locum vulgo male distinguunt. Eurip. Orest. v. 1370. *ἢ πόντον, Ὠκεανὸς ὃν ταυρόκρανος ἀγκάλαις ἑλίσσων κυκλεῖ χθόνα*. Conf. Schaefer. Appar. Demosth. T. IV. p. 461. — *τούτων τῶν ἰδεῶν*, h. e. harum *τῆς ὕβρεως* formarum. — Ad

ἔχοντα ταὐτὸν τοῦτο κεκλημένον παρέξεται· περὶ δ' αὖ μέθας τυραννεύσασα, τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα, δῆλον οὗ τεύξεται προσρήματος· καὶ τἆλλα δὴ τὰ τούτων ἀδελφὰ καὶ ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα, τῆς ἀεὶ δυναστευούσης ὃ προσήκει καλεῖσθαι, πρόδηλον. ἧς δ' ἕνεκα πάντα τὰ πρόσθεν εἴρηται, σχεδὸν μὲν ἤδη φανερόν, λεχθὲν δὲ ἢ μὴ λεχθὲν πᾶν B

κρατοῦσα τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου] Vett. editt. τοῦ λόγου τε τοῦ ἀρ. Sed τε istud optimi codd. Bodl. ΔΠΣDGNOT Flor. g. h. ϑ. al. non agnoscunt. Buttmannus e libro Γ recepit τοῦ τε λόγου τοῦ ἀρ.

B. *ὃ προσήκει καλ.*] Sic ex cod. quodam Stob. dedimus. Libri mss. Platonis ᾗ. Sed Turicenses pro diligentia sua tribuerunt ὃ operis.

τὸν ἔχοντα int. αὐτήν, ut mox B. etiam ad τὸν κεκτημένον. Ita usu fere constanti ad ἔχων participium accusativus pronominis demonstrativi omitti solet. De Republ. II. p. 357. B. μηδὲν ἄλλο — ἢ χαίρειν ἔχοντα, sc. αὐτάς. Ibid. p. 366. E. p. 367. B. D. E. III. p. 392. C. ὅταν εὕρωμεν οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι, sc. αὐτήν. VI. p. 491. B. ἓν ἕκαστον ὧν ἐπῃνέσαμεν — ἀπόλλυσι τὴν ἔχουσαν (sc. αὐτὸ) ψυχήν. VI. p. 507. D. ἐνούσης που ἐν ὄμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ. VIII. p. 545. A. p. 549. B. X. p. 610. C. al. Ceterum haec sic intelligas: eum, qui ipsam habet, suo ipsius cognomine nuncupatum exhibet. Ita mox B. κεκλημένον παρέξεται.

γαστριμαργία τε καὶ — παρέξεται] Iungas hunc in modum: ἐπιθυμία μὲν γὰρ περὶ ἐδωδὴν κρατοῦσα τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν γαστριμαργία τε (κληθήσεται) καὶ παρέξεται τὸν ἔχοντα (αὐτὴν) κεκλημένον ταὐτὸν τοῦτο, h. e. idem τοῦ γαστριμάργου nomen. Itaque notandum in his zeugma est, quo ad γαστριμαργία τε ex proximis verbum rei convenientius assumendum relinquitur. Formulam καλεῖν τινά τι s. ὄνομά τι saepius attigimus, ut Sympos. p. 212. C. Phaedon. p. 105. E. Gorg. p. 448. B. De ἄλλων ante ἐπιθυμιῶν illato vid. ad p. 232. E.

B. *τὰ τούτων ἀδελφά*] P. 276. D. ὅσα τούτων ἀδελφά. Phileb. p. 21. B. καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά. Absolute autem posita sunt haec: καὶ τἆλλα — ὀνόματα, si quidem vera est lectio ᾗ vel ὃ προσήκει καλεῖσθαι. Quippe sententia haec est: Et de ceteris quidem iisque cognatis cupiditatum nominibus perspicuum est, quo quemque vocabulo oporteat appellari, prouti haec vel illa dominetur. Scripsi autem ὃ προσήκει κ., quod Heindorf. quoque atque Ast. e Stobaei cod. Par. A. revocandum censuerunt. Ita iunctura verborum procedit hunc in modum: πρόδηλον, ὃ τῆς ἀεὶ δυναστευούσης (ὄνομα) προσήκει (τινὰ) καλεῖσθαι. Ceterum idem usus casu absoluti est. Sympos. p. 176. A. ᾄσαντες τὸν θεὸν καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα, ubi v. ann.

πᾶν πως σαφέστερον] Haec generalis sententiae vim et potestatem habent, ut non videam,

πως σαφέστερον. ἡ γὰρ ἄνευ λόγου δόξης ἐπὶ τὸ ὀρ-
C θὸν ὁρμώσης κρατήσασα ἐπιθυμία, πρὸς ἡδονὴν ἀχθεῖσα κάλλους καὶ ὑπὸ αὖ τῶν ἑαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σωμάτων κάλλος, ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα νικήσασα ἀγωγῇ, ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβοῦσα ἔρως ἐκλήθη.

Ἀτάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τι σοί, ὥςπερ ἐμαυτῷ, θεῖον πάθος πεπονθέναι;

ΦΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τίς σε εἴληφεν.

πᾶν πως σαφέστερον] Stobaeus cum Vind. 7. Ven. ΣΤ πάντως, quod placuit Heindorfio et Astio.

C. πρὸς ἡδονὴν ἀχθεῖσα κ.] Flor. ϑ. et Bodl. in marg. ἄγουσα, omisso etiam ὑπὸ αὖ. Bodl. a pr. m. ἑαυτῇ habet pro ἑαυτῆς. Mox Bodl. in marg. ῥωσθεῖσαν. Pro ἀγωγὴ idem cum plurimis cur Heindorfius istud πᾶν πως sensu cassum esse iudicaverit. Nam πᾶν est unumquodque, ut saepe; πως autem cohaeret cum σαφέστερον, ut sit aliquo modo, aliquatenus. Proximorum verborum haec est structura: ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἡ ἄνευ λόγου κρατήσασα δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὁρμώσης κτλ.

C. καὶ ὑπὸ αὖ — νικήσασα ἀγωγῇ] In his nihil omnino fuit mutandum praeter unum solum ἀγωγή, quem nominativum plurimorum optimorumque librorum fide et auctoritate in ἀγωγῇ, dativum, convertimus. Qua mutatione facta atque verbis ut nunc fecimus distinctis, omnia habent explicationem facillimam, ut iam plane improbemus tum quae ipsi ad h. l. olim commentati sumus, tum etiam ea, quae alii, inprimis Astius et Heindorfius, de eo disputaverunt. Sententia verborum haec est: Nam cupiditas sine ratione opinionem, quae ad rectum fertur, devincens, ubi ducitur ad voluptatem ex pulcritudine redundantem atque item a cognatis cum ipsa cupiditatibus ad corporis pulcritudinem (defertur), potenter corroborata eo quod ductu suo reportavit victoriam (h. e. victrici ductu suo ubi corroborata est) ab hoc ipso robore cognomine amoris nominata est. Itaque amorem vult esse vehementiorem cupiditatem, quae ad corporis pulcritudinem pertineat, mentis imperio non obedientem. Ea vero iudicatur ἔρως dici utpote ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα: quod arctissime connectas cum νικήσασα ἀγωγῇ. Nam prave vulgo post ῥωσθεῖσα commate interpungitur. Quae ipsa caussa fuit, cur Heindorfius in his graviter offenderit. Mirum enim iudicavit esse, quod a solo isto: ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα, vocabuli ἔρως origo repetatur. At nimirum cohaeret illud cum νικήσασα ἀγωγῇ, hoc sensu: vincendo corroborata. Recte vero ἐῤῥωμένως ad ῥωσθεῖσα additum est, ut huius ipsius vocabuli, unde ἔρως nomen deducitur, vis et potentia extollatur. Iam vero νικήσασα, i. e. κρατήσασα τῆς ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ὁρμώσης δόξης s. τοῦ λόγου quod additum habet ἀγωγῇ, conferas quaeso p. 256. A.

ΣΩ. Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι, ὥστε, ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς· τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόῤῥω διθυράμβων φθέγγομαι. D

ΦΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Τούτων μέντοι σὺ αἴτιος. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ ἄκουε. ἴσως γὰρ κἂν ἀποτράποιτο τὸ ἐπιόν. ταῦτα μὲν οὖν θεῷ μελήσει, ἡμῖν δὲ πρὸς τὸν παῖδα πάλιν τῷ λόγῳ ἰτέον.

aliis ἀγωγῇ, quod recepimus.

θεῖον πάθος πεπονθέναι] In exemplo Steph. θεῖον errore omissum.

D. κἂν ἀποτράποιτο] V. ἄν. Sed κἂν est in Bodl. ΔΠ DGOT. Vind. 4. 6. 7. a. Flor. i.' θ.

ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας ἀγαγόντα, ubi vides simillimam esse vocabuli utriusque coniunctionem, nisi quod ἀγαγόντα dictum est pro eo quod dici potuit ἀγωγῇ. Nimirum cupiditas, quae ad pulcrum refertur, etsi dicitur ἀχθεῖσα, quia ad illud fertur et abripitur, tamen, quia est eadem κρατήσασα δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὁρμώσης, potuit item νικήσασα ἀγωγῇ, h. e. νικήσασα ἀγαγοῦσα, tanquam dux s. ductu suo vincens, rectissime appellari. En, explanavimus tandem locum intellectu difficillimum. Quae quidem explanatio si vera est, nemo iam, opinor, verba mutanda esse arbitrabitur, praesertim quum nec Dionys. Hal., qui haec laudat Epist. ad Pomp. T. VI. p. 762. et De grav. Demosth. p. 969. recedat a codd. Ceterum de re ipsa contulisse iuvabit locum Legg. VIII. p. 837. B. sqq. unde his nonnihil lucis affundetur.

εὔροιά τίς σε εἴληφεν] Εὔροιαν de orationis flumine usurpatum illustravit Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 148. Mox θεῖος dicitur locus propterea, quod pectus subinde videtur replere divino quodam afflatu. ἐὰν ἄρα πολλάκις, si forte. Frequentis est usus apud Platonem πολλάκις ea significatione positum, inprimis post εἰ, ἐάν, μή, ἵνα μή, ut Phaedon. p. 60. E. p. 61. A. Protag. p. 361. C. Reip. IV. p. 424. C. Politic. p. 283. B. Lach. p. 179. B. p. 194. A. al. Haud inepte compares Virgil. Aen. I. 148. Ac veluti magno in populo quum saepe coorta est seditio —. Ibid. X. 723. Impastus stabula alta leo ceu saepe peragrans.

D. νυμφόληπτος] Νυμφόληπτοι qui proprie sint, declarat Festus his verbis: „Vulgo memoriae proditum est, quicunque speciem quandam e fonte, i. e. effigiem nymphae, viderint, furendi non fecisse finem, quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellant.“ Deinde omnino sunt divino furore concitati. vide Ast. ad h. l.

ἴσως γὰρ κἂν ἀποτράποιτο τὸ ἐπιόν] Fortasse enim illud, quod animum meum subit, avertatur s.

Cap. XV. *Εἶεν, ὦ φέριστε· ὃ μὲν δὴ τυγχάνει
ὂν περὶ οὗ βουλευτέον, εἴρηταί τε καὶ ὥρισται. βλέ-*
E *ποντες δὲ δὴ πρὸς αὐτὸ τὰ λοιπὰ λέγωμεν, τίς ὠφέ-
λεια ἢ βλάβη ἀπό τε ἐρῶντος καὶ μὴ τῷ χαριζομένῳ ἐξ
εἰκότος συμβήσεται.*

*Τῷ δὴ ὑπὸ ἐπιθυμίας ἀρχομένῳ δουλεύοντί τε ἡδο-
νῇ ἀνάγκη που τὸν ἐρώμενον ὡς ἥδιστον ἑαυτῷ πα-
ρασκευάζειν. νοσοῦντι δὲ πᾶν ἡδὺ τὸ μὴ ἀντιτεῖνον,
κρεῖττον δὲ καὶ ἴσον ἐχθρόν. οὔτε δὴ κρείττω οὔτε*
239 *ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ*

E. *Τῷ δὴ ὑπὸ ἐπ.*] V. *Τῷ μὲν δή.* Sed *μὲν* solus Ξ tuetur.
δουλεύοντί τε ἡδονῇ] V. *ἢ δ. τε ἡδ.* Recte *ἢ* om. codd. ΔΠΣDFGNOT. Florr. g. h. θ. Bodlei. alii. Stephanus *τε* in *γε* mutandum putabat.
τὸν ἐρώμενον ὡς ἥδιστον] Edit. Lugdun. *τὸ ἐρώμενον*, quod hinc errore in Bipont. Bekker. meamque migravit editionem.

averruncetur. Haec dicit respiciens ad illud, quod modo dixerat: *ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος γένωμαι.* Sensum loci neque Hermias, neque Cornarius, neque Heindorfius, nec Schleiermacherus, nec denique Astius perspexerunt. Qui si meminissent usum verborum *ἐπιέναι* et *ἐπέρχεσθαι*, minus a recta ratione aberraturi erant. Exempla eius suppeditabunt Valckenar. ad Phoeniss. p. 464. Hemsterh. ad Lucian. Prom. in Verb. 2. Iacob. ad Lucian. Alexandr. p. 93. Infra p. 264. B. *ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν — οὐκ ἀγεννῶς τοὐπιὸν εἰρῆσθαι τῷ γράφοντι.* Videlicet Socrates divinam illam, quam sibi contigisse ait, mentis concitationem simulat malum sibi videri, quod averruncandum sit.

E. *ἐξ εἰκότος*] h. e. *εἰκότως*, ut *ἐκ τῶν εἰκότων* pro *εἰκότως* Legg. VI. 775. D. Phileb. 58. D. De Rep. II. 362. C. 365. D. IV. 422. C. al.

κρεῖττον δὲ καὶ ἴσον] Sententia haec est: aegrotanti omne est iucundum, quod non renititur; quod autem potentius est ipso aut ei par, inimicum. Itaque aliquis *τὸ* ante *κρεῖττον* excidisse putet, quod de suo inculcavit Hirschigius. Nec tamen opus ea medicina putamus esse. Nam *κρεῖττον* i. q. *κρεῖττόν τι*, ut hoc dicatur: sed si quid est potentius aut par, inimicum esse solet.

P. 239. *ἰσούμενον — παιδικὰ ἀνέξεται*] Ne *ἰσούμενα* corrigas, *παιδικὰ* quia de uno intelligitur, ita cum adiectivo masculino singularis numeri coniungitur, estque creberrimum hoc *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον.* Infra p. 240. A. *ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι.* Protagor. p. 315. E. *παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν.* Lysid. p. 204. E. *χρὴ ἐραστὴν περὶ παιδικῶν πρὸς αὐτὸν* (sc. *τὰ παιδικὰ*) *λέγειν.* Xenoph. Symp. VIII. 26. *τῶν παιδικῶν ὃς ἂν εἰδῇ.* vide ad Phaedon. p. 73. D. et conf. infra p. 241. A.

τοσούτων κακῶν — ἡδέος]

ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάζεται. ἥττων δὲ ἀμαθὴς σο-
φοῦ, δειλὸς ἀνδρείου, ἀδύνατος εἰπεῖν ῥητορικοῦ, βρα-
δὺς ἀγχίνου. τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων κατὰ
τὴν διάνοιαν ἐραστὴν ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε
καὶ φύσει ἐνόντων τῶν μὲν ἥδεσθαι, τὰ δὲ παρα-
σκευάζειν, ἢ στέρεσθαι τοῦ παραυτίκα ἡδέος. φθονε- B
ρὸν δὴ ἀνάγκη εἶναι, καὶ πολλῶν μὲν ἄλλων συνου-
σιῶν ἀπείργοντα καὶ ὠφελίμων, ὅθεν ἂν μάλιστ' ἀνὴρ
γίγνοιτο, μεγάλης αἴτιον εἶναι βλάβης, μεγίστης δὲ
τῆς ὅθεν ἂν φρονιμώτατος εἴη. τοῦτο δὲ ἡ θεία

Codd. τὸν ἐρ.

P. 239. ἀεὶ ἀπεργάζεται] Steph. probante Hirschig. ἀπεργάσεται, invitis codicibus.

ἐραστὴν ἐρωμένῳ ἀν.] V. τοῦ ἐραστοῦ τῷ ἐρωμένῳ ἀν., quod cum Bekkero ex Bodl. et ceteris codd. fere omnibus mutavimus. Dein Bodl. prave ἒν ὄντων pro ἐνόντων.

Verba hunc in modum iungantur: ἀνάγκη ἐραστήν, τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων ἐρωμένῳ γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων κατὰ τὴν διάνοιαν, τῶν μὲν (sc. φύσει ἐνόντων) ἥδεσθαι, τὰ δὲ (sc. γιγνόμενα) παρασκευάζειν. Quum inquit, tam multa mala adeoque plura amati animo vel accidant vel natura insint, prorsus necesse est amatorem alteris, quae a natura proficiscantur, gaudere, altera, quae extrinsecus accidant, efficere studere. Sententia igitur clara est et perspicua. Sed offendit ἥδεσθαι cum genitivo constructum. Itaque Heindorfius correxit τοῖς μὲν ἥδεσθαι. Hirschigius autem de suo scripsit τῶν μὲν κήδεσθαι, altera sollicite iuvare atque alere. Nec dubium est, alterutrum si in codd. esset repertum, quin loci scriptura acquiescere liceret. Nunc vero libris omnibus adversantibus ἥδεσθαι unice tenendum, quod insolentius genitivo iunctum est ut χολοῦσθαι, ἀλγεῖν, ζηλοῦν, ἄγασθαι alia, de quibus v. Matthiae Gr. Gr. §. 368. Eadem constructione usus est Sophocl. Philoct. 715. ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτη χρόνον, quem locum Buttmann. comparavit. De ordine verborum paullulum impeditiore egregie Heindorfius: „Illud ἐραστήν," inquit, „ante ἐρωμένῳ positum est ex more illo antiquorum iungendi praeponendique verbum verbo, nomen nomini, quae sunt inter se aut contraria aut similia, aut aliquo modo sibi respondent: unde nobis quidem moleste interdum verborum ordo turbatur." — κατὰ διάνοιαν infra p. 239. C. opponitur τῇ τοῦ σώματος ἕξει, usu pervulgato, quem Heindorfius copiosa exemplorum enumeratione illustravit. v. De Rep. II. 371. D. III. 395. E. Legg. VII. 816. D. XI. 916. A. 925. E. al.

B. μεγίστης δὲ τῆς ὅθεν —] Breviter dictum pro: μεγίστης δὲ βλάβης (αἴτιον εἶναι) ἀπείργοντα τὰ παιδικὰ τῆς συνουσίας, ὅθεν κτλ. Dein ὃν

φιλοσοφία τυγχάνει ὄν, ἧς ἐραστὴν παιδικὰ ἀνάγκη πόῤῥωθεν εἴργειν, περίφοβον ὄντα τοῦ καταφρονηθῆναι, τά τε ἄλλα μηχανᾶσθαι, ὅπως ἂν ᾖ πάντ' ἀγνοῶν καὶ πάντ' ἀποβλέπων εἰς τὸν ἐραστήν, οἷος ὢν τῷ μὲν ἥδιστος, ἑαυτῷ δὲ βλαβερώτατος ἂν εἴη. Τὰ
C μὲν οὖν κατὰ διάνοιαν ἐπίτροπός τε καὶ κοινωνὸς οὐδαμῇ λυσιτελὴς ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα.

Cap. XVI. Τὴν δὲ τοῦ σώματος ἕξιν τε καὶ θεραπείαν οἵαν τε καὶ ὡς θεραπεύσει οὗ ἂν γένηται κύριος, ὃς ἡδὺ πρὸ ἀγαθοῦ ἠνάγκασται διώκειν, δεῖ μετὰ ταῦτα ἰδεῖν. ὀφθήσεται δὲ μαλθακόν τινα καὶ οὐ στερεὸν διώκων, οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον, ἀλλ' ὑπὸ συμμιγεῖ σκιᾷ, πόνων μὲν ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον, ἔμπειρον δὲ ἁπαλῆς καὶ

B. βλαβερώτατος ἂν εἴη] Recepi ἂν ex uno Vind. Φ consentiente Bekkero. Dederunt etiam Turicenses, quamvis adversante Schneidero ad Remp. Vol. I. p. 366. Paullo ante τῷ ἑαυτῷ addito articulo Bodl. ΔΠ G T. Quod vix ex iis defendas, quae scripsimus ad Phil. p. 20. B. Phaedr. p. 258. A.

participium in verbis: φιλοσοφία τυγχάνει ὄν, praedicato quod accommodatum est, nihil hoc usu esse frequentius ad Sophist. p. 242. E. et Menon. p. 79. E. ostendimus. conf. infra ad p. 244. C.

βλαβερώτατος ἂν εἴη] h. e. fuerit s. esse possit. Non caruerim hoc ἂν cum Schneidero ad Polit. Tom. I. p. 366.

C. ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα] Ita supra p. 238. A. et alibi. Noli cum Schleiermachero haec pro poeticis habere, quamquam Sophocles Antigon. 786. καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

ὀφθήσεται δὲ μαλθ.] Pro δὲ Hirschig. de suo dedit δή: qua mutatione non opus. v. Hermann. ad Viger. p. 843. Klotz. ad Devar. p. 363 sqq.

οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον] h. e. effeminatum, qui solis assi calorem fugiat et in umbra molliter considerat. De insolatione, quae erat in exercitationibus gymnasticis, ut corpori robur quoddam compararetur, praeter Astium ad h. l. et nostra ad Remp. VII. p. 520. D. vide quae monuerunt Toup. ad Longin. p. 30. Casaubon. ad Persium p. 346. Iacobs. ad Philostrat. Imagg. p. 230. Meinek. ad Euphorion. Fragment. p. 14. Opponitur autem ἡλίῳ καθαρῷ, h. e. asso soli, σκιὰ συμμιγής: quae qualis sit, apparet e p. 230. B, ubi Socrates memorabat τοῦ ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον.

ἱδρώτων ξηρῶν] Suidas: „Ξηρὸς ἱδρώς· ὁ μὴ ὑπὸ λουτρῶν, ἀλλ' ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων γινόμενος". Optime Lentzius Animadvv. in Phaedr. p. 320. comparavit illud ξηραλοιφεῖν, ξηραλουτρεῖν, ξηροτριβεῖσθαι, de quo Wesseling. ad Petiti Legg. Attic. p. 378. conf. etiam Wyttenbach. ad Plu-

ἀνάνδρου διαίτης, ἀλλοτρίοις χρώμασι καὶ κόσμοις χήτει οἰκείων κοσμούμενον, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἕπεται πάντα ἐπιτηδεύοντα. ἃ δῆλα, καὶ οὐκ ἄξιον περαιτέρω προβαίνειν, ἀλλ' ἓν κεφάλαιον ὁρισαμένους ἐπ' ἄλλο ἰέναι. τὸ γὰρ τοιοῦτον σῶμα ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρείαις, ὅσαι μεγάλαι, οἱ μὲν ἐχθροὶ θαῤῥοῦσιν, οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ οἱ ἐρασταὶ φοβοῦνται. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς δῆλον ἐατέον. D

Τὸ δ' ἐφεξῆς ῥητέον, τίνα ἡμῖν ὠφέλειαν ἢ τίνα βλάβην περὶ τὴν κτῆσιν ἡ τοῦ ἐρῶντος ὁμιλία τε καὶ ἐπιτροπεία παρέξεται. σαφὲς δὴ τοῦτό γε παντὶ μέν, μάλιστα δὲ τῷ ἐραστῇ, ὅτι τῶν φιλτάτων τε καὶ εὐνουστάτων καὶ θειοτάτων κτημάτων ὀρφανὸν πρὸ παντὸς εὔξαιτ' ἂν εἶναι τὸν ἐρώμενον. πατρὸς γὰρ καὶ E

C. *μαλθακόν τινα*] Sic optimi plurimique codd. mss. Vulgo τινὰ μαλθακόν, quod tuetur Ven. Ξ.
D. *ἀλλοτρίοις χρώμασι*] V. ἀλλοτρίοις τε χρ. invitis codd. uno excepto Ven. Ξ omnino omnibus.
E. *ἐπιτροπεία παρέξεται*] Steph. ἐπιτροπία cum cod. E. *μάλιστα δὲ τῷ ἐρ.*] Bodl. et nonnulli alii γε pro δέ Flor.

tarch. Conviv. Sept. Sap. p. 152. D. = p. 950. Vol. I. ed. Ox.
D. *χήτει οἰκείων κ.*] h. e. *in Ermangelung eigner.* Timaeus p. 275. „Χῆτις· σπάνις, ἔνδεια, στέρησις." Ubi Ruhnkenius: „Phaedri locum adhibuit Plutarchus T. II. p. 51. D. atque imitando expressit Philo T. I. p. 568. χρώμασι τὴν ὄψιν ὑπογραφομένη χήτει φυσικῆς εὐμορφίας." Addimus Aelian. H. A. V. 39. τροφῆς χήτει. Philostr. V. A. II. p. 91. χήτει τῶν ἀναγκαίων. Id. V. p. 218. χήτει βουκόλου δικαίου. Iulian. Or. II. p. 50. B. χήτει χαλινοῦ. Synes. p. 20. a. Themist. p. 306. b. Dio Chrysost. Or. XII. p. 225. ed. Emper. χήτει τῶν κρειττόνων τε καὶ ζώντων διδασκάλων, ubi Reiskius χήτει verissime restituit pro lectione librorum δή τι. Omnino istud χήτει τινὸς πράγματος a posterioris aetatis scriptoribus creberrime usurpatum est, ut plane in usum vulgarem abiisse existimandum sit. Mox Suckow (*Form der Plat. Schriften* p. 210. sq.) legendum contendit ἐπιτηδεύων, coniectura ineptissima.
ἀλλ' ἓν κεφάλαιον ὁρισαμένους]. Astius coniecit: ἀλλ' ἐν κεφαλαίῳ ὁρ. Qua coniectura quod olim scripsi me admodum vereri ut opus esset, idem nunc mihi iudicandum esse video. In oculos enim incurrit formulam ἓν κεφάλαιον ὁρίζεσθαι esse unum, quod summum sit et maxime generale, definiendo ponere et constituere: quo sensu ponitur κεφαλαιοῦσθαί τι Reip. IX. p. 576. B. Et video nunc virum optimum postrema quam fecit Phaedri editione palinodiam cecinisse. Post ἀλλὰ e praecedenti οὐκ ἄξιον commode per zeugma intelligere licet ἱκανόν ἐστιν aut simile quiddam.
οἱ μὲν ἐχθροὶ θαῤῥοῦσιν] h. e. non metuunt. De θαῤῥεῖν

μητρὸς καὶ ξυγγενῶν καὶ φίλων στέρεσθαι ἂν αὐτὸν δέξαιτο, διακωλυτὰς καὶ ἐπιτιμητὰς ἡγούμενος τῆς ἡδί-
240 στης πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας. ἀλλὰ μὴν οὐσίαν γ' ἔχοντα χρυσοῦ ἢ τινος ἄλλης κτήσεως οὔτ' εὐάλωτον ὁμοίως οὔτε ἁλόντα εὐμεταχείριστον ἡγήσεται. ἐξ ὧν πᾶσ' ἀνάγκη ἐραστὴν παιδικοῖς φθονεῖν μὲν οὐσίαν κεκτημένοις, ἀπολλυμένης δὲ χαίρειν. ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι, τὸ αὑτοῦ γλυκὺ ὡς πλεῖστον χρόνον καρποῦσθαι ἐπιθυμῶν.
Cap. XVII. Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κακά, ἀλλά
B τις δαίμων ἔμιξε τοῖς πλείστοις ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονήν. οἷον κόλακι, δεινῷ θηρίῳ καὶ βλάβῃ μεγάλῃ,

θ. δέ γε. Mox Bodl. cum decem fere aliis nec tamen Vatic. καὶ ante μητρὸς omittit.

P. 240. ἀπολλυμένης δὲ χαίρειν] Vett. editt. ἀπολλυμένοις, quod ex plurimis optimisque libris correctum.

B. δαίμων ἔμιξε] ἔμιξε δαίμων Steph. cum Ven. Ξ.

cum accusativo constructo v. Phaedon. p. 88. B. Euthydem. p. 275. C. D. et Abresch. Dilucidatt. Thucyd. p. 561. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 365. Bremi ad Demosthen. Oratt. Selectt. Sect. I. p. 168. — φοβοῦνται, i. e. de eo solliciti sunt. Nec tamen audiendus est Heindorfius, qui duriore ellipsi περὶ αὐτῷ supplendum arbitratur. Nam φοβεῖσθαι hac vi et potestate positum etiam cum simplici accusativo copulari solere non est quod dubitemus.

P. 240. πᾶσ' ἀνάγκη] Sic infra p. 243. D. Lucian. Hermotim. §. 27. §. 39. al.

τὸ αὑτοῦ γλυκύ] Adiectivum cum genitivo iunctum, quia instar est nominis substantivi. Ita creberrime τὰ τοῦ κοινοῦ, τὰ τῆς πατρίδος συμφέροντα, de quo v. Taylor. ad Lys. Vol. V. p. 125., τὸ κοινὸν τῆς πόλεως, ut Criton. p. 50. A. Protagor. p. 319. D. De Republ. VII. p. 519. E., τό τινος συμφέρον, ut Reipubl. I. 338. C. 339. A. D. E. 340. A. B. C. 341. A. B. 342. C. 343. C. 344. C. 346. E. 347. E. II. 367. C. al. Nec masculino et feminino genere hic usus infrequens, ut Plat. Apolog. Socr. p. 34. B. οἱ τούτων προςήκοντες. Lycurg. adv. Leocrat. c. IV. §. 2. τῶν πάντων συνειδότων. Sed huius constructionis exempla larga manu praebebit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. vers. 360. p. 238. ed. 2. Conferas etiam Schaefer. ad Apollon. Rhod. II. p. 219. et 672. Markland. ad Suppl. v. 1089.

Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κακά —] Argumentatio haec est: Ceteris malis omnibus, etsi per se iniucunda sunt, tamen fortunae beneficio aliquid iucunditatis admixtum esse solet. Sed hoc neutiquam convenit in fa-

ὅμως ἐπέμιξεν ἡ φύσις ἡδονήν τινα οὐκ ἄμουσον. καί τις ἑταίραν ὡς βλαβερὸν ψέξειεν ἄν, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιουτοτρόπων θρεμμάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων, οἷς τό γε καθ' ἡμέραν ἡδίστοισιν εἶναι ὑπάρχει. παιδικοῖς δὲ ἐραστὴς πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ εἰς τὸ συνημερεύειν πάντων ἀηδέστατον. ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα· ἡ γάρ, οἶμαι, χρόνου ἰσότης ἐπ' ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δι' ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται· ἀλλ' ὅμως κόρον γε καὶ ἡ τούτων συνουσία ἔχει. καὶ μὴν τό γε ἀναγκαῖον αὖ βαρὺ παντὶ περὶ πᾶν λέγεται· ὃ δὴ πρὸς τῇ ἀνομοιότητι μάλιστ' ἐραστὴς πρὸς παιδικὰ ἔχει. νεωτέρῳ γὰρ πρεσβύτερος συνὼν οὔθ' ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἑκὼν ἀπολείπεται, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου ἐλαύνεται, ὃς ἐκείνῳ μὲν D

(C in margin at line "παιδικοῖς δὲ ἐραστὴς ... συνη-")

ἡδίστοισιν εἶναι ὑπ.] Codd. aliquot ἡδίστοις. De Ionica illa dativorum forma nec Atticis inusitata scriptoribus v. Astius ad Legg. p. 11. Matthiae Gr. T. I. p. 146. 150. Schneider. ad Rempubl. T. I. p. 222.

C. ἑκὼν ἀπολείπεται] V. inverso ordine ἀπολείπεται ἑκών, quod codicum auctoritate mutatum est.

miliaritatem illam, quae inter puerum et amatorem intercedit. Amator enim quum amasio suo sit damnosus, tum ei etiam molestissimus sit necesse est, propterea quod neque ei aequalis est etc.

B. δεινῷ θηρίῳ] Imitati sunt Plutarch. De discr. am. et adul. p. 61. C. Athen. T. II. p. 474. Etiam loquutionem ἡδονὴν οὐκ ἄμουσον non pauci celebrarunt, de quibus v. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 14. et Ruhnken. ad Tim. p. 3.

τό γε καθ' ἡμέραν] certe quidem in diem, hoc est ἐν τῷ παραυτίκα, ut antea loquebatur.

πρὸς τῷ βλαβερῷ] Sic p. 240. E. πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ' αἴσχει. De Republ. X. p. 610. E. τὸν δ' ἔχοντα καὶ μάλα ζωτικὸν παρέχουσαν, καὶ πρός γ' ἔτι τῷ ζωτικῷ ἄγρυπνον, ubi vide annot.

C. ἥλικα — τέρπειν τὸν ἥλικα] Schol. εἴρηται μὲν ἐνταῦθα τῷ Πλάτωνι οὕτως· ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα· τὸ δὲ τέλειον ἔχει· ἧλιξ ἥλικα τέρπε, γέρων δέ τε τέρπε γέροντα, ὥς φησι καὶ ὁ Ξενοφῶν γεροντοκωμικά. Proverbium, a multis illustratum, apud Platonem saepius memoratur, ut Sympos. p. 195. B. Gorg. p. 510. B. Lysid. p. 214. A. Mox quod οἶμαι inter nomen et articulum est interpositum, eodem modo De Rep. VIII. p. 564. A. 568. C. Polit. p. 300. B. al.

κόρον — ἔχει] cum taedio coniuncta est. v. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 4. et p. 985. ibique Hermann. p. 863.

ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου] Οἶστρος et οἰστρᾶν de amore et omni vehementi cupiditate dictum illustravit Astius ad h. l. conf. Reip. IX. p. 573. A.

D. ὃς ἐκείνῳ μὲν — ἄγει]

ἡδονὰς ἀεὶ διδοὺς ἄγει, ὁρῶντι, ἀκούοντι, ἁπτομένῳ καὶ πᾶσαν αἴσθησιν αἰσθανομένῳ τοῦ ἐρωμένου, ὥςτε μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν· τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ ποῖον παραμύθιον ἢ τίνας ἡδονὰς διδοὺς ποιήσει τὸν ἴσον χρόνον συνόντα μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν ἀηδίας; ὁρῶντι μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ, ἑπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτῃ, ἃ καὶ λόγῳ
E ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ ἀνάγκης ἀεὶ προςκειμένης μεταχειρίζεσθαι· φυλακάς τε δὴ κα-

D. ἀεὶ διδοὺς ἄγει] Schneiderus ad Xenoph. Sympos. VIII. 1. coni. ἀϊδίους ἄγει. Pro διδοὺς Bodl. ΔΠΤ αἰδοῦς: alii δι' αἰδοῦς.

τὸν ἴσον χρόνον συνόντα] Sic codd. pro vulg. συνόντι. v. interpretat.

E. φυλακάς τε δή] Sic Vind. 7. et Heindorf. Vulgo φύλακάς τε δή. Dein vett. editt. praeter Bas. 2. καχυπόπτους. Bodl. pr. καχυπὸ τόπους. Alii plurimi καχυποτόπους. Flor. a. c. Ven. Σ corr. cum Bas. 2. καχυποτόπας.

ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίνους] Vulgo καὶ aberat. Sed ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίνους Bodl. ΔΠG. ἀκαίρους τε καὶ ἐγκαίρους ἐπαίνους ΞΣDNO. ἐπαίνους τε καὶ ἀκαίρους Φ. Coniecit Winckelm. ἀκαί-

h. e. ἐπάγει ἀεὶ διδούς, quod concinnitatis gratia interpositum propter insequentia: τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ — τίνας ἡδονὰς διδοὺς ποιήσει.

ἀραρότως] Hesychius: Ἀραρῶσαι (Ἀραρότως corr. interpretes). ἁρμοδίως, προςηρμοσμένως, ἁρμαζόντως, ἀσφαλῶς, ὅθεν καὶ τὸ ἀραρῶς παγίως δέδεικται, quod emendant: ὅθεν καὶ τὸ ἀραρότως, παγίως, ὡς δέδεικται. Eurip. Med. v. 1161. edunt ἀρηρότως. Sed Aeschyl. Suppl. 951. vulgo ἀραρότως.

τὸν ἴσον χρόνον συνόντα] Exspectabas συνόντι, quod vulgo edebatur, praesertim quum ὁρῶντι subsequatur. Sed accusativum nunc ponit, quia participium retulit ad ποιήσει. Similem rationem notavimus ad Remp. IX. p. 586. E. Fallitur igitur Astius, qui accusativum participii post dativum inferri arbitratur, ut oratio quasi in se consistens exhibeatur. Quod quid sibi velit, fatemur nos nullo pacto intelligere. Paullo post ad καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ ne οὖσαν desideres, compares quaeso Parmenid. p. 165. D. Οὐκοῦν καὶ τοὺς αὐτοὺς καὶ ἑτέρους ἀλλήλων (ἀνάγκη φαίνεσθαι τοὺς ὄγκους), καὶ χωρὶς αὑτῶν, sc. ὄντας. Ibid. p. 166. B. οὐδὲ ἁπτόμενα οὐδὲ χωρίς, sc. ὄντα. Atque hinc defendimus quod mox E. legitur οὐκ ἀνεκτούς, εἰς δὲ μέθην ἰόντος — ἐπ' αἴσχει, ubi Heindorfius ἐπαισχεῖς desiderabat. Simile quid observavimus ad Gorg. p. 501. A. et Tim. p. 618. D.

E. φυλακάς τε δὴ καχυποτόπους] Vulgatum καχυπόπτους etsi Reipubl. III. p. 409. C. satis certam habet sedem, tamen hoc loco codd. et optimi et plurimi καχυποτόπους exhibent,

χυποτόπους φυλαττομένῳ διὰ παντὸς καὶ πρὸς ἅπαντας, ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίνους καὶ ὑπερβάλλοντας ἀκούοντι, ὡς δ᾽ αὔτως ψόγους νήφοντος μὲν οὐκ ἀνεκτούς, εἰς δὲ μέθην ἰόντος πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ᾽ αἴσχει παῤῥησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρωμένου.

Cap. XVIII. Καὶ ἐρῶν μὲν βλαβερός τε καὶ ἀηδής, λήξας δὲ τοῦ ἔρωτος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἄπιστος, εἰς ὃν πολλὰ καὶ μετὰ πολλῶν ὅρκων τε καὶ δεήσεων ὑπισχνούμενος μόγις κατεῖχε τὴν ἐν τῷ τότε ξυνουσίαν 241

ρους τε καὶ ἐπαχθεῖς ἐπαίνους. Quo minime opus est. Nam καὶ est etiam, adeo. Receptam lectionem etiam C. Fr. Hermann. restituit. — Mox Bodl. νήφοντες pro νήφοντος, errore manifesto.

ἐπ᾽ αἴσχει παῤῥησίᾳ] Heindorfius malebat ἐπαισχεῖς. Non opus. Iungendum: χρωμένου ἐπ᾽ αἴσχει.

P. 241. τὴν ἐν τῷ τότε ξ.] V. τήν γ᾽ ἐν τῷ τ. praeter fidem optimorum codicum. Deinde οὖσαν post ἐπίπονον in Bodl. aliisque multis optimae notae libris desideratur. Sed abesse vocabulum recte nullo modo potest, ut errore propter antegressum ονον elisum videatur. Quod enim nuper scripsit Voegelinus, languere sibi illud videri, certe vir optimus non vidit vel per grammaticas rationes aliter scribi non potuisse. Omisit tamen οὖσαν Hermannus.

quod ipsum Suidae confirmatur auctoritate. Is enim: Καχυπότοπος, inquit, καχύποπτος· τοπάσαι γὰρ τὸ ὑπονοῆσαι et καχυποτοπεῖσθαι τὸ τέλειον κακὰ ὑπονοεῖσθαι. Verbum καχυποτοπεῖσθαι legitur Aristoph. Ran. v. 956., ubi frustra Brunckius καθυποτοπεῖσθαι. Ceterum intelliguntur praeter ipsum amatorem suspicione flagrantem homines ab illo subornati ad observandum amasium.

παῤῥησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρ.] h. e. fastidiosa atque nimia, quae nec de clandestinis amoris mysteriis taceat. Plutarch. Symposiac. p. 712. A. ἥ τε πρὸς τὰ σκώμματα καὶ βωμολοχίας εὐχέρεια, δεινῶς κατάκορος καὶ ἀναπεπταμένη, καὶ γέμουσα ῥημάτων ἀκόσμων καὶ ἀκολάστων ὀνομάτων. De Stoicor. Repugn. p. 1050. C. τῇ κακίᾳ — ἀναπεπταμένην παῤῥησίαν δίδωσιν. Themistocl. p. 122. E. ἀναπεπταμένῃ — εἰς τὸν Θεμιστοκλέα κέχρηται βλασφημίᾳ. Plura collegit Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 882.

ἄπιστος, εἰς ὃν — κατεῖχε] Distinximus nunc orationem post ἄπιστος commate, olim omisso illo. Quo facto liquet εἰς ὃν referri ad antegressum τὸν ἔπειτα χρόνον, hoc sensu: Dum amat, ei damnosus est ac molestus; ubi autem amare desiit, in futurum tempus est perfidus, pro quo (tempore) olim multa, multis interpositis obtestationibus ac precibus, pollicitans amasium aegre retinebat, ita ut hic molestam tunc et aerumnosam perferret familiaritatem propter spem futurorum bonorum.

ἐπίπονον οὖσαν φέρειν δι' ἐλπίδα ἀγαθῶν. τότε δὴ δέον ἐκτίνειν, μεταβαλὼν ἄλλον ἄρχοντα ἐν αὐτῷ καὶ προστάτην, νοῦν καὶ σωφροσύνην ἀντ' ἔρωτος καὶ μανίας, ἄλλος γεγονὼς λέληθε τὰ παιδικά. καὶ ὁ μὲν αὐτὸν χάριν ἀπαιτεῖ τῶν τότε, ὑπομιμνήσκων τὰ πραχθέντα καὶ λεχθέντα, ὡς τῷ αὐτῷ διαλεγόμενος· ὁ

μεταβαλὼν ἄλλον ἄρχοντα] Bekkerus ex codd. NO, mg. F. c. ΓD dedit μεταλαβών, quod habent etiam Flor. g. h. θ. Monac. Sed vide infra. Ceterum vulgo: καὶ προστάτην ἐν ἑαυτῷ, invitis codd. mss. Bodl. ἐν αὐτῶι.

P. 241. μεταβαλὼν ἄλλον ἄρχοντα ἐν αὐτῷ καὶ προστάτην] Non ausus sum μεταλαβὼν cum Bekkero et Astio revocare, quum libri plurimi et optimi vulgatum tueantur, nec ipsa sententiae ratio suadeat mutationem. Quid discriminis intercedat inter μεταβάλλειν τι et μεταλαμβάνειν τι, optime definiri posse putamus ex usu nominum substantivorum μεταβολή et μετάληψις, quorum prius mutationem et vicissitudinem nobis vel insciis vel imprudentibus accidentem designat, posterius mutationem, quam nostra sponte facimus et suscipimus. Ex quo clarum est μεταλαμβάνειν τι ita usurpari, ut consilium permutandi et pro altero quodam sumendi indicetur, μεταβάλλειν τι autem dici eos, qui non tam consilio in aliqua re permutanda reguntur, quam coeco aliquo casu aut necessitate ducuntur: unde saepe mera mutandi significatio tenenda, seiuncta prudentis deliberationis notione. Quod quidem prorsus congruit in amatorem, qualis hoc loco depingitur. Is enim cessante vi cupiditatis, quum antea amasio suo de futuro optima quaeque sanctissime promisisset, tamen repente alius evadit ac veluti imprudens mentis rationisque imperium amplectitur. De Rep. IV. p. 424. C. εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα, ubi simplex permutationis temerariae notio tenenda, ut facile appareat, cur μεταλαμβάνειν minus aptum sit. Ibid. VII. p. 535. D. χωλὸς δὲ καὶ ὁ τἀναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φιλοπονίαν, ubi item de permutatione quadam magis fortuita quam deliberato consilio suscepta sermo est. Ibid. X. p. 620. A. ἰδεῖν δὲ καὶ κύκνον μεταβάλλοντα εἰς ἀνθρωπίνου βίου αἵρεσιν, ubi μεταβάλλοντα cur dicatur, inde patet, quod de μεταβολῇ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν disputatur. Phileb. p. 51. A. πειράσομαι μεταβαλὼν σημαίνειν ἡμῖν αὐτάς, ubi v. annot. nostr. Sed optime usum loquendi illustrant Euripidea ab Heindorfio comparata: Eurip. Iphig. Aul. v. 343. κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους Τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος. Ibi Menelaus Agamemnoni exprobrat inconstantiam et levitatem, ut profecto μεταβαλὼν rei ipsi multo sit convenientius et accommodatius, quam μεταλαβών. Ibid. v. 363. κᾆθ' ὑποστρέψας λέληθας μεταβαλὼν ἄλλας γραφάς, quo loco item notatur inconstantia certi consilii expers. Sed satis exemplorum in praesenti. Longe alia ratio est verbi μεταλαμβάνειν. Politic. p. 246. ed. Bekk.: διανα-

δὲ ὑπ' αἰσχύνης οὔτε εἰπεῖν τολμᾷ, ὅτι ἄλλος γέγονεν, οὔθ' ὅπως τὰ τῆς προτέρας ἀνοήτου ἀρχῆς ὁρκωμόσιά τε καὶ ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει ἔχει, νοῦν ἤδη B ἐσχηκὼς καὶ σεσωφρονηκώς, ἵνα μὴ πράττων ταὐτὰ τῷ πρόσθεν ὅμοιός τε ἐκείνῳ καὶ ὁ αὐτὸς πάλιν γένηται. φυγὰς δὴ γίγνεται ἐκ τούτων, καὶ ἀπεστερηκὼς

B. ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει] Bodl. Flor. a.b.c.g.i. Vind. 1. 3. ΓΔ A B C G H ἐμπεδώσῃ. Dein Bodl. aliique ταῦτα pro ταὐτὰ, errore manifesto.

ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης] ἀπειρηκὼς corr. Γ, ἀπεστη ρηκὼς Bodl.

παύσωμεν αὐτὸν μεταλαβόντες αὐτοῦ τὸν συγγυμναστὴν τόνδε Σωκράτη. Phileb. p. 21. C. μήπω τοίνυν μαλθακιζώμεθα, τὸν δὲ τοῦ νοῦ μεταλαβόντες αὖ βίον ἴδωμεν, ubi non probandum esse quod quidam libri habent μεταβαλόντες in Appendice scripsimus. Quippe olim quum librorum mss. copiae nondum essent cum eruditis communicatae, alterum tanquam rarius praetuleram; μεταλαμβάνειν ita usurpari neutiquam ignoraveram. Eandem imaginem habes Reip. IX. p. 572. E. ἔρωτά τινα αὐτῷ μηχανωμένους ἐμποιῆσαι προστάτην τῶν — ἐπιθυμιῶν. Ibid. p. 573. B. οἰστρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς. Ibid. p. 575. A. C. Ceterum mireris vanas Suckowii argutias, qui in libro *Die Form der Platonischen Schriften* p. 218. locum sic scribendum putat: ὅτε δὴ δέον (sc. ἐστὶ) ἐκτίνειν, quod interpretatur: *zu der Zeit also, wo der Dank erfolgen soll.* Nimirum hoc est emendare Platonem.

καὶ ὁ μὲν] Intell. τὰ παιδικά. vid. ad p. 238. E.

B. ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει ἔχει] Vide ne ex codice Clarckiano s. Bodleiano aliisque libris bonae notae ἐμπεδώσῃ restituendum sit: de quo genere loquendi dictum est ad Gorg. p. 465. C. et Sympos. p. 216. C. Coniunctivus deliberativus tertiae personae neminem offendet, qui comparaverit Reipubl. I. p. 348. E. Menon. p. 92. E. Legg. p. 719. E. Phaedon. p. 115. C. Sophist. p. 225. A. Adde Matthiae Gr. §. 516. 3.

ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης] In his ἀπεστερηκὼς ita simpliciter positum tolerari non posse Stephan., Heindorf, alii censuerunt. Dorvill. ad Chariton. p. 199. reponendum putabat ἀπεσπερχώς, formam soloecam. Astius scribi volebat ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης οὗ πρὶν ἐραστής, h. e. τούτου, οὗ πρὶν ἐραστὴς ἦν. Hirschig. dedit ἀπεστυγηκώς. Possis etiam refingere: ἀπειρηκὼς ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἐραστής, quod correctione in cod. Γ invectum esse Bekker. testatur. Sed nulla opus est mutatione. Positum est ἀπεστερηκὼς vulgari significatione fraudandi, hoc sensu: transfuga igitur fit idcirco et iam testa conversa se in fugam dat mutatus, posteaquam amatum necessitate coactus iis privavit, quae promiserat, s. promissis fraudavit. Casus obiecti ut verbo adderetur, non fuit necessarium, quum quid rei sit, sponte intelligatur. Ceterum ne cui videatur languere quod additum est ὁ πρὶν ἐρα-

ὑπ' ἀνάγκης, ὁ πρὶν ἐραστής, ὀστράκου μεταπεσόντος, ἴεται φυγῇ μεταβαλών· ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθειάζων, ἠγνοηκὼς τὸ ἅπαν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἄρα ἔδει ποτὲ ἐρῶντι καὶ ὑπ' ἀνάγκης ἀνοήτῳ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι· εἰ δὲ μή, ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστῳ, δυςκόλῳ, φθονερῷ, ἀηδεῖ, βλαβερῷ μὲν πρὸς οὐσίαν, βλαβερῷ δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, πολὺ δὲ βλαβερωτάτῳ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς παίδευσιν, ἧς οὔτε ἀνθρώποις οὔτε θεοῖς τῇ ἀληθείᾳ τιμιώτε-

C

ἐπιθειάζων] Sic meliores libri omnes. V. ἐπιθεάζων. Pro διώκειν Bodl. διώκων.

C. τὴν τοῦ σώματος ἕξιν] V. τοῦ aberat, invitis codicibus. Paullo ante Bodl. αὐτὸν pro ἑαυτόν.

D. οὐκέτ' ἂν τὸ πέρα ἀκούσαις] τὸ nuper e plurimis reductum codd. Paullo ante Steph. ἄρνα φιλοῦσιν, Bodl. ἄρνας ἀγαπῶσιν.

στής, habet haec appositio sane insignem quandam elegantiam et gravitatem. Germanice dixeris: *er, der früher den Liebhaber abgab.* vid. ad Remp. p. 579. A.

ὀστράκου μεταπεσόντος] Proverbium de repentina nec opinata mutatione usurpari solitum. Vide Schol. ad h. l. et quae notata sunt ad Remp. VII. p. 521. C. Dein μεταβαλὼν est mutatus: nam positum est intransitive, ut Reip. V. p. 473. B, ubi vide ann.

C. ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι] De hoc optativo vide quae scripsimus ad Phaedon. p. 86. A. coll. Matthiae Gr. §. 529. 3. — ἐνδοῦναι ἑαυτόν τινι est se alicui dedere, ut Reip. VIII. p. 561. A. X. p. 605. E. conf. Timaei Gloss. p. 101. ibique Ruhnken.

βλαβερῷ μὲν — βλαβερῷ δέ —] De hac orationis forma consulas Reitz. ad Viger. p. 841.

ἧς οὔτε ἀνθρώποις — τιμιώτερον οὔτε ἔστιν οὔτε ποτὲ ἔσται] Ne quis οὐδὲν post τιμιώτερον desideret, Gorg. p. 485. D. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Reip. I. p. 337. E. V. p. 464. D. Legg. p. 642. A. p. 942. C.

D. ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι —] Versiculus constructione cohaeret cum proxime antecedentibus: nam verba sic nectenda sunt: ἀλλ' (ὅτι) ἐρασταὶ φιλοῦσι παῖδα σιτίου τρόπον χάριν πλησμονῆς οὕτως, ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι. Male igitur Cornarius θηρίου τρόπον corrigebat. Ceterum Scholiasta ad h. l. et Hermias p. 90. hos versiculos putant ab ipso Platone ad imitationem loci Homerici Iliad. XXII. 262 sq. compositos esse: de qua re nihil certi decerni posse videtur. Eodem modo Horat. Epod. IV. in.: Lupis et agnis quanta sortito obtigit, Tecum mihi discordia est. Ridicule res invertitur Horat. Epod. XI. 25 sq.: O ego infelix, quam tu fugis, ut pavet acres Agna lupos capreaeque leones. Paederastarum cum lupis comparationem Graecis fuisse admodum usitatam di-

ρον οὔτε ἔστιν οὔτε ποτὲ ἔσται. Ταῦτά τε οὖν χρή, ὦ παῖ, ξυννοεῖν, καὶ εἰδέναι τὴν ἐραστοῦ φιλίαν, ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίγνεται, ἀλλὰ σιτίου τρόπον χάριν πλησμονῆς

ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσ', ὣς παῖδα φιλοῦσιν D
ἐρασταί.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε. οὐκέτ' ἂν τὸ πέρα ἀκούσαις ἐμοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἤδη σοι τέλος ἐχέτω ὁ λόγος.

Cap. XIX. ΦΑΙ. Καίτοι ᾤμην γε μεσοῦν αὐτὸν

ἀλλ' ἤδη σοι τέλος] Vulgo invitis codd. scribebatur ἀλλὰ δή σοι πέρας.

Καίτοι ᾤμην γε μ.] Legebatur Καίτοι γε ᾤμην γε, quod est in libris paucissimis. Pro αὐτὸν, quod tuentur Ven. Ξ Σ Par. C T F H N O P tres Vindobb. Flor. a. g. h., Bodl. αὐτοῦ cum Γ Δ И Π B E G I aliis. Quo arrepto C. Fr. Hermann. de suo dedit: Καίτοι ᾤμην σε μεσοῦν αὐτοῦ, quum proximum λέγειν istud σε abesse vix patiatur. Quod quam vere iudicatum sit, infra ostendimus.

sees ab interprett. Aristaen. II. 21. et a Iacobsio ad Antholog. Gr. Vol. II. P. III. p. 123.

Τοῦτ' ἐκεῖνο] Recte Heindorfius: „Refertur hoc ad versum hunc, quo disputationem finierat Socrates. Ecce, inquit, me versus loquentem! Hoc illud est, quod ante dixeram, me dithyrambos propemodum loqui.“ Compares de hac formula Sympos. p. 210. E. p. 223. A. Charmid. p. 166. B. Hipp. Mai. p. 296. D. ἀλλ' ἄρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο. Praeterea legas Reisig. Coniectan. p. 279. Hermann. ad Aristophan. Nubb. v. 1053.

μεσοῦν αὐτὸν —] Non pauci codd. neque ii deteriores αὐτοῦ. Et construitur μεσοῦν cum genitivo etiam De Rep. X. p. 618. B. τὰ δὲ καὶ μεσοῦν τούτων. Politic. p. 265. B atque alibi. Sed inde neutiquam sequitur, ut αὐτὸν mutandum sit. Immo eam lectionem unice veram esse ex eo intelligitur, quod illo admisso opus est pronomine σέ, quod quidem quum in nullo codice reperiatur, de suo addi voluit C. Fr. Hermann. adeoque in exemplo Teubneriano haud cunctanter addidit. At enim vero boni librarii vel critici verissimam scripturam de medio sustulerunt duplici de caussa. Primum enim non meminerunt rectissime dici τὸν λόγον μεσοῦν, h. e. in medio versari. Deinde videntur neglexisse, eundem etiam per prosopopoeiam quandam dici solere λέγειν, φάναι etc. Utriusque rei exempla haec sunt: Sympos. p. 175. C. σφᾶς μεσοῦν δειπνοῦντας, ubi v. ann. Aristoph. Rann. 924. ἐπειδὴ — καὶ τὸ δρᾶμα μεσοίη (dimidia fabulae parte acta). Eurip. Med. v. 59. ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ, ubi v. Elmsl. et Lenting. conf. Suid. v. Μεσῶ. Alterius vero usus exempla apud Platonem sunt frequentissima, ut Phileb. p. 51. C. p. 50. A. p. 18. B. De Rep. V. p. 465. E. VI. p. 484. A. p. 503. A. Theaet. p. 169. D. Legg. I. p. 630. B. Sophist. p. 237. B. Politic. p. 264. B. al. Hoc igitur neglecto boni critici αὐτοῦ scribendo orationem effecerunt mancam et balbutientem, praesertim quum etiam verba proxime antegressa: τέλος ἐχέτω ὁ λόγος, accusativum

καὶ ἐρεῖν τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά. νῦν δὲ δή, ὦ Σώκρατες, τί ἀποπαύει;

E ΣΩ. Οὐκ ᾔσθου, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη ἔπη φθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους, καὶ ταῦτα ψέγων; ἐὰν δ' ἐπαινεῖν τὸν ἕτερον ἄρξωμαι, τί με οἴει ποιήσειν; ἆρ' οἶσθ', ὅτι ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας, σαφῶς ἐνθουσιάσω; λέγω οὖν

λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά] V. λέγων αὖ ὅσ' ἔχει ἀγαθά, quod vix in uno alterove cod. repertum est. Bodl. aliique nonnulli: ὅσα αὖ.

E. προὔβαλες ἐκ προνοίας] Verba ἐκ προνοίας vulgo cum seqq. σαφῶς ἐνθουσιάσω coniuncta recte Lennepius ad Phalar. αὐτὸν requirere ac flagitare videantur. Patet igitur hoc quoque exemplo, quanta cum cautione vel optimis libris utendum sit, et quam digni sint etiam libri deteriores, ut ipsorum lectiones diligenter perpendantur et cum ceterorum codicum auctoritate contendantur. Nam quo certius est vel optimos libros exhibere nobis grammaticorum recensiones, eo maiore utique cautione opus est, ne illis temere fidem habeamus. Grammaticorum correctionem hoc loco arguit etiam illud, quod Ven. 6. (Φ) a m. rec. αὐτοῦ scriptum exhibet, Par. F. autem a m. pr. illud habet.

λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά] Constructionis ratio exigebat λέγοντα, quod Stephan. requirebat. At nulla opus est mutatione, quandoquidem nominativus κατὰ τὸ νοούμενον subiicitur, quasi praecessisset: καίτοι ἐδόκει μοι μεσοῦν καὶ ἐρεῖν κ. τ. λ. Celebratissimus hoc nomine est locus Homeri Iliad. β', 350. φημὶ μὲν οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα — Ἀστράπτων ἐπιδέξια, ubi iam Eustath. et postea Clark. atque Valckenar. ad Phoeniss. v. 481. recte notarunt anacoluthiam. Xenoph. Cyrop. I. 4, 26. τέλος δὲ καὶ ἣν εἶχε στολὴν ἐκδύντα δοῦναί τινι (φασὶ), δηλῶν, ὅτι τοῦτον μάλιστα ἠσπάζετο, ubi nominativus infertur, perinde ac si non φασί, sed λέγεται praecederet. Apte contulisset Heindorf. Legg. X. p. 885. C. ἀξιοῦμεν — ἡμᾶς πρότερον ἐπιχειρεῖν πείθειν καὶ διδάσκειν, ὡς εἰσὶ θεοί, τεκμήρια λέγοντες ἱκανά, si certa ibi lectio esset, nunc a nobis aliter constituta. Sed poterat adiicere locum, qui p. 270. D. huius ipsius libri legitur, ubi vir optimus praeter necessitatem ἀριθμησάμενον e Galeno suscepit. Dissimilia confudit Astius, qui nec structurae rationem recte declaravit, illustratam illam nuper etiam a Poppone De Elocutione Thucyd. p. 117. et Krügero ad Thucyd. VIII. c. 63. extr. Quippe Astius λέγων ait cohaerere cum ᾤμην ἐρεῖν, non cum τὸν λόγον. Quod quid valeat ad expediendam structurae insolentiam, Oedipo coniectore opus est. Nam ego si quid video, vel sic λέγοντα requiritur. Ceterum similiter Latini subinde usi sunt nominativo, de quo v. Ruhnken. Dict. in Terent. Hecyr. III. 1, 6. Bremi ad Cic. De Fin. II. 33. p. 244. Kühner. ad

*ἑνὶ λόγῳ, ὅτι, ὅσα τὸν ἕτερον λελοιδορήκαμεν, τῷ
ἑτέρῳ τἀναντία τούτων ἀγαθὰ πρόςεστι. καὶ τί δεῖ
μακροῦ λόγου; περὶ γὰρ ἀμφοῖν ἱκανῶς εἴρηται. καὶ
οὕτω δὴ ὁ μῦθος, ὅ τι πάσχειν προςήκει αὐτῷ, τοῦτο
πείσεται· κἀγὼ τὸν ποταμὸν τοῦτον διαβὰς ἀπέρχο- 242
μαι, πρὶν ὑπὸ σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι.*

ΦΑΙ. *Μήπω γε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία*

p. 143. cum praecedentibus nectenda esse animadvertit. Bodl. *ἐνθυσιάσω*.

P. 242. *ἢ οὐχ ὁρᾷς*] Sic libri non pauci, ut iam Berglerus ad Alciphron. p. 305. legendum suaserat. Vulgo *ἦ*.

Tusc. III. 8. Inde explicandus Hor. Sat. II. 6, 47.

E. *ἤδη ἔπη φθέγγομαι*] „versus ipsos, legitimo numero adstrictos; quod spectat ad versum illum: *ὡς λύκοι κ. τ. λ.* Ad *διθυράμβους* conf. p. 238. C. D.“ HEINDORF. — *ἔπη* sunt versus heroici.

αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας] quibus me dedita opera obiecisti. Notabilis verbi significatio, quam lexicographi nostri silentio transmiserunt. Male vulgo distinguitur: *προὔβαλες, ἐκ προνοίας σαφῶς ἐνθ.*

καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος —] Oratio mea utcunque excipietur, certe id experietur iudicium, quo dignā fuerit.

P. 242. *μεσημβρία ἵσταται, ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*] Sic libri constanter, praeterquam quod Clark. cum nonnullis aliis *ἤδη* pro *ἡ δὴ* scriptum exhibet. Nec discrepat Suidas T. III. p. 367., qui locum affert s. v. *Σταθερόν*. Neque est cur vel apicem loco suo moveamus, quanquam Heindorf. et Hermann. cum Ruhnkenio ad Tim. p. 235. verba *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά* tanquam ineptum glossema damnant, Ast. autem suscepto *ἤδη* participium *καλουμένη* extrusit. Nimirum additis verbis: *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*, gravius indicatur esse hunc ipsum temporis articulum eum, quo aestus solis maximus esse soleat. Nam *σταθερόν* omnino de eo, quod ad summum pervenit, ideoque etiam de tempore fervidissimo dici consuevit; unde Suidas l. c. inter alia interpretatur per *θερμότατον*. v. Schellenberg. ad Antimach. Colophon. Rell. p. 109 sq. coll. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 403. Itaque Phaedrus caloris meridiani gravitatem urgens, quantumvis dixerit *ἤδη μεσημβρία ἵσταται*, tamen non inepte subiungit istud: *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*. Non raro autem apud Platonem inferri quae sententiae explicationi inserviant ac glossematis speciem referre videantur, docuimus ad Apolog. Socr. p. 23. C. et E. Carolo tamen Schneidero De locis nonnullis Phaedri p. 14. Socrates per occasionem ridere videtur eos, qui dictionem *μεσημβρία σταθερά* ad verbum *σταθεύειν* referrent, unde apud Aeschylum Prometh. v. 22. *σταθευτὸς ἡλίου φλογί*, ustus solis flamma. De quo inter alia haec scripsit: „Magna hic

ἵσταται, ἡ δὴ καλουμένη σταθερά; ἀλλὰ περιμείναντες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, τάχα ἐπειδὰν ἀποψυχῇ ἴμεν.

ΣΩ. *Θεῖός γ' εἶ περὶ τοὺς λόγους, ὦ Φαῖδρε, καὶ ἀτεχνῶς θαυμάσιος. οἶμαι γὰρ ἐγὼ τῶν ἐπὶ τοῦ*
B *σοῦ βίου γεγονότων μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι γεγενῆσθαι ἤτοι αὐτὸν λέγοντα, ἢ ἄλλους ἑνί γέ τῳ*

ἡ δὴ καλουμένη σταθερά] *ἤδη* pro *ἡ δὴ* Bodl. Flor. g. Vind. α. 7. Mon. ΠDGNOT. *ἠδὺ* Flor. h. In Flor. θ. *ἤδη* deest. Editt. Bass. 1. et 2. addunt verba: *τὸ σφόδρα θερμὸν ἐν τῷ θέρει μεσημβρίας*, quae Berglerus l. c. recte iudicavit e glossemate orta esse.

ἐπειδὰν ἀποψυχῇ] V. *ἀποψύξῃ ἴωμεν*. Aliquot libri; *ἀποψυχῇ ἴμεν*, quod recepit Bekkerus. Alii habent *ἐπειδὰν ἀποψύξῃ ἴμεν*. Bodl. *ἀποψυχη μεν* θ. omissis accentibus. Phrynichus in Bekkeri Anecdott. 1. p. 26. 13. *ἐπειδὰν ἀποψύχῃ ἄπιμεν*. Verum quum omnino tum in eo scriptore opus est cautione, qui, ut Plato, linguae suae naturam et rationem probe perspectam habet, et veritatis imaginem, seu potius veritatem, quam lingua expressam intelligit, non solum ipse in scribendo ubique sequitur, sed etiam occasione data defectiones a veritate et errores temporis progressu in linguam illatos notat et corrigit. Ab eiusmodi scriptore, praesertim incipiente, non debet absurdum videri interdum obscuriorem vel ambiguam dictionem vel vulgo male intellectam explicari, etiamsi res ipsa explicationem non postulet, modo ne inepte cursum orationis interpellet aut aliud gravius agens grammatici persona induta risum lectoribus moveat." Haec ille, quae aperte fatemur nobis quidem argute magis quam vere disputata esse. De *μεσημβρίᾳ σταθερᾷ* conferas etiam Photium Lexic. s. v. *σταθερόν*, Interprett. ad Thom. Magistr. p. 302. Ruhnken. ad Tim. p. 235. Bergler. ad Alciphron. T. II. p. 52. ed. Wagn. Deinde *τάχα ἐπειδάν* est mox ubi. Falluntur enim Heindorf. Astiusque pro *ἐπειδὰν τάχιστα*, simul atque, accipientes. De *τάχα* mox, statim, significante vide annot. ad Gorg. p. 450. C. Praegressum *Μήπω γε* more usitato elliptice dictum, ut Aristoph. Nubb. 196. 267. Equitt. 1098. Plene, h. e. addito *ἴωμεν*, legitur Plat. Prot. p. 311. A.

οἶμαι γὰρ ἐγὼ — προςαναγκάζοντα] H. e. *οἶμαι γὰρ ἐγώ, ὡς μηδεὶς πλείους τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων πεποίηκε γεγενῆσθαι ἢ σύ*. Nam *λόγων* e superioribus nullo negotio repetitur, vulgo ex interpretatione adiectum.

ἑνί γέ τῳ τρόπῳ] certe una aliqua ratione, quaecunque demum sit. Sic saepe *εἷς γέ τις* apud Platonem, et *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ* Menon. p. 96. D.

Σιμμίαν Θηβαῖον ἐξαιρῶ λόγου] Ne quis requirat *ἐξαιρῶ τοῦ λόγου*, prohibebunt quae scripsimus ad Sympos. p. 176. C. Ceterum dictum hoc de Simmia Thebano quorsum spectet, haud sane constat. Illud unum e Phaedone p. 85. C. novimus, fuisse eum veri exquirendi cupidissimum, ut cum Ce-

τρόπῳ προςαναγκάζοντα. Σιμμίαν Θηβαῖον ἐξαιρῶ λόγου· τῶν δὲ ἄλλων πάμπολυ κρατεῖς. καὶ νῦν αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι.

ΦΑΙ. Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις. ἀλλὰ πῶς δὴ καὶ τίνι τούτῳ;

Cap. XX. ΣΩ. Ἡνίκ' ἔμελλον, ὦ 'γαθέ, τὸν ποταμὸν διαβαίνειν, τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς ση-

est ἀποψυχῇ, ductum illud ab aor. 2. ἀποψυχῆναι, de quo v. Lobeck. ad Phrynich. p. 318. Hirsch. ἀποψύξῃ edidit.

τῶν ἐπὶ τ. σ. β. γεγονότων] Additum vulgo post γεγονότων vocabulum λόγων codd. longe plurimi optimique non agnoscunt.

B. ἑνί γέ τῳ τρόπῳ] τῳ, quod codd. permulti suppeditarunt, vulgo desiderabatur. Heindorfius inseruerat de coniectura. Bodl. τῷ τρόπῳ.

ἐξαιρῶ λόγου] Vind. 1. 6. Φr. ἐξαιρῶ τοῦ λόγου. Perperam vulgo ἐξαίρω.

καὶ τὸ εἰωθὸς σημ.] τὸ om. Flor. c.

bete familiari suo arbitraretur προαφίστασθαι, πρὶν ἂν πανταχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀνδρός. Vita Simmiae est apud Diog. Laert. II. 124 sq., ubi narratur viginti tres dialogos uno volumine comprehensos scripsisse.

Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις] Schol. ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ ἀγγελλόντων. ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Νόμων. (p. 702. B.) Inter Adagia retulit Erasmus p. 527. Paullo ante advertas constructionem verborum: δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι. Compares Reipubl. III. p. 407. C. (ἡ φιλοσοφία) ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντῃ ἐμπόδιος. Ibid. IV. p. 437. B. τὸ ἐφίεσθαί τινος λαβεῖν. Ibid. p. 443. B. εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν. Gorg. p. 513. E. ἆρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν, ubi exspectabas τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας. Reip. I. p. 342. B. III. p. 416. A. Legg. I. p. 626. D. VII. p. 790. C. Criton. p. 52. B. Nimirum saepe casus nominis, qui ex infinitivo pendere debebant, attractione verbo finito accommodantur. Idem participio vindicandus usus est, quem viri docti non satis perceperunt. Sophocl. Electr. 47. ἄγγελλε ὅρκῳ προςτιθείς, quod proprie esse debebat ὅρκον πρ. Qui usus latius serpsit in talibus: Antigon. 24. Ἐτεοκλέα μὲν — σὺν δίκῃ χρησθεὶς δικαίᾳ — ἔκρυψεν. Xenoph. Cyrop. I. 6, 33.

τὰ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖον —] Τὸ δαιμόνιον quum apud Platonem fere adiectivum esse videatur, quemadmodum etiam Cicero intellexit De Divin. I. 54. esse divinum quiddam, quod daemonium appellat, cui semper pareat, facile alicui placeat, quod Astius postrema editione ex cod. Flor. C suscepit καὶ εἰωθὸς σημεῖον, sicuti De Republ. VI. p. 496. C. legitur τὸ δαιμόνιον σημεῖον, et Euthydem. p. 272. E. ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. Theag. p. 129. B. γέγονε γάρ μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. Nec tamen uni illi libro tantum tribuerim, ut ceterorum omnium auctoritas nihili aestimetur, praesertim quum lectio vulgata habeat quo se satis tueatur. Nam primum quidem τὸ δαιμόνιον,

μεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο — ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ
C ἂν μέλλω πράττειν —, καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι, πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι, ὥς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον. εἰμὶ δὴ οὖν μάντις μέν, οὐ πάνυ δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' ὥςπερ οἱ τὰ γράμματα φαῦλοι, ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον ἱκανός.

C. *ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον*] *μὲν* accessit ex multis iisque optimis codicibus, in quorum numero etiam Bodl. est. v. explicat. Dein Bodl. Vat. Ven. *Π* Par. G H N *ἱκανῶς*.

etsi proprie est adiectivum, tamen ab ipso Platone vi nominis substantivi ponitur, ut Euthyphron. p. 3. B. *σὺ τὸ δαιμόνιον φὴς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι.* Apolog. Socr. p. 40. A. *ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου.* Deinde rarior usus vocularum' *τε καί* facile librarium eo potuit deducere, ut *τὸ* omittendum putaret. Sed eas interdum ibi quoque poni, ubi non diversa nectuntur, monuit G. Hermann. ad Sophocl. Electr. 873. *ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου.* Sic Phaedon. p. 68. B. *ἀγανακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε*, ubi propediem plura dabimus. De Republ. X. p. 602. B. *τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσιν.* Gorg. p. 460. D. *ἐὰν ὁ πυκτὴς τῇ πυκτικῇ μὴ καλῶς χρῆταί τε καὶ ἀδικῇ*, ubi v. ann. Quidni igitur iam recte dicatur: Daemonium atque signum mihi obtingere solitum? Fr. tamen Hermannus *τὸ* ante *εἰωθὸς* tanquam suspectum uncis seclusit, quoniam ubi *τὸ δαιμόνιον* ponatur absolute, semper *σημεῖον* mente supplendum relinquatur. In quo viro praestantissimo minime assentimur; talis enim ellipsis nullo pacto ferenda fuerit.

ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλω πράττειν —] Quum Socrates apud Platonem saepius profiteatur se a daemonio suo a facinoribus retineri tantum, nunquam ad aliquid suscipiendum impelli, veluti Theaet. p. 151. A. *ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαιμόνιον ἀποκωλύει ξυνεῖναι, ἐνίοις δὲ ἐᾷ* (videlicet, quando tacet, ut certe non de cohortatione aut instigatione aliqua sit cogitandum), Apolog. p. 31. D. Theag. p. 128. D, ipsa sententia per se nihil habere videtur, quod vitii suspicionem moveat. Illud vero aegre tulerunt docti viri, quod ea minus definite esset enuntiata. Nam quod ait Socrates, semper se illo signo deterreri, quidquid facturus sit, facile aliquis argumentetur ei daemonio obsequenti nihil plane facere licuisse. Atque ea ipsa caussa fuit, cur Heindorf. totum hoc additamentum, tanquam ex Apolog. p. 31. D. huc translatum, delendum iudicaret. Atenimvero non tam inepta sententia est, quam primo adspectu videtur. Nam *ἀεί* constat, ut Lat. semper, etiam relative dici, ut respondeat nostro *jedesmal;* id quod iam monuit Buttmannus. Ex quo consequens est, ut per se facile intelligatur *ὅταν γένηται.* Quod autem additur, *ὃ ἂν μέλλω πράττειν*, dictum est hoc paullo gravius pro *ἐάν τι μέλλω πράττειν*, usu haud infrequenti, quem tetigimus ad Euthyphron. p. 3. C. Itaque tantum abest, ut verba nimis indefinita sint, ut propter ipsam rei naturam necessario sic

σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἁμάρτημα. ὡς δή τοι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή. ἐμὲ γάρ ἔθραξε μέν τι καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον, καί πως ἐδυσωπούμην κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμβλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω· νῦν δ' ᾔσθημαι τὸ ἁμάρτημα. D

ὡς δή τοι, ὦ ἑτ.] V. ὡς δή τι, quod ex codd. optimis emendatum, quanquam hi partim corrupte ὡς δή, vel δέ, ποι scriptum exhibent.

D. ἀμβλακὼν τιμὰν] Sic Bodl. ΔΠGT Editt. ἀμπλακών. v.

debeant intelligi: semper autem, quotiescunque mihi obtingit, me retinet ac deterret, si quid facturus sum. Iam vero dubitatio nascitur, siatne haec verba temere invecta, an prudenter et consulto interposita. Qua de re miror nemini eorum in mentem venisse accuratius disquirere, qui de loci ineptiis conquesti sunt. Et mihi quidem non est dubium, quin scriptor iustissimam habuerit caussam inserendae huius admonitionis. Nam primum vel propter verba insequentia: φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι, ut Phaedrus in universum rem admoneretur, necessarium videri poterat. Deinde manifestum est daemonium hoc, quod retinendi tantum ac deterrendi vim habere dicitur, ab ipso Socrate opponi animo vaticinandi ac divinandi facultate praedito, cui, ubi daemonium aliquid fieri prohibuerit, suspicari ac divinare liceat, quid sit quod peccatum fuerit et quo id modo expiari debeat. Quae omnia qui diligenter perpenderint, eos speramus nobis facile esse concessuros, sine idonea caussa hunc locum a viris doctis in glossematis suspicionem vocatum esse.

C. ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον ἱκανός] Videlicet nec vero aliis. Sic ἀλλὰ — μέν positum Sophist. p. 240. B. οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἐοικός μέν. Theaet. p. 201. B. οὐδαμῶς ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ πεῖσαι μέν. Ibid. p. 197. B. τρόπον δέ γ' ἄλλον οὐδεμίαν ἔχειν, ἀλλὰ δύναμιν μὲν αὐτῷ παραγεγονέναι. Lachet. p. 182. D. ἀλλ' ἔστι μὲν χαλεπὸν λέγειν. Protagor. p. 344. A. οὐ γὰρ εἶναι, ἀλλὰ γενέσθαι μέν ἐστιν. Men. p. 87. A. οὔπω οἶδα, εἰ ἔστι τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλ' ὥςπερ μέν τινα ὑπόθεσιν οἶμαι προὔργου ἔχειν. Criton. p. 43. D. οὔ τοι δὴ ἀφῖκται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον. Videlicet oppositum talibus in locis iam continetur superioribus. De hac Socratis professione autem conf. Maxim. Tyrius XIV. 3. ὅσον αὐτῷ ἱκανὸν εἶναι χρησμῳδεῖν, ubi v. Davis. Respexit haec etiam Dio Chrys. Or. XVIII. p. 294. ed. Emper.: μέχρι γὰρ νῦν, ὥςπερ τις ἔφη τῶν παλαιῶν αὑτῷ ἱκανὸς εἶναι μάντις, κἀγὼ ἐξαρκεῖν ᾤμην ἐμαυτῷ περὶ τοὺς λόγους. Nimirum loquutio apud scriptores posteriores abiit in proverbium.

ὡς δή τοι —] quippe revera, nam profecto. Vide ad Reipubl. libr. II. p. 366. C. — Contractam formam θράττειν Atticis, inprimisque Platoni, vehementer placuisse docuit Pierson. ad Moer. p. 186. Ruhnken. ad Tim. p. 93 sq.

ἐδυςωπούμην κατ' Ἴβυκον] Lobeckius ad Phryni-

ΦΑΙ. Λέγεις δὲ δὴ τί;

ΣΩ. Δεινόν, ὦ Φαῖδρε, δεινὸν λόγον αὐτός τε ἐκόμισας ἐμέ τε ἠνάγκασας εἰπεῖν.

ΦΑΙ. Πῶς δή;

ΣΩ. Εὐήθη καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ· οὗ τίς ἂν εἴη δεινότερος;

ΦΑΙ. Οὐδείς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης καὶ θεόν τινα ἡγεῖ;

ΦΑΙ. Λέγεταί γε δή.

ΣΩ. Οὔ τι ὑπό γε Λυσίου, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ
E λόγου, ὃς διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος καταφαρμακευθέντος ὑπὸ σοῦ ἐλέχθη. εἰ δ' ἔστιν, ὥςπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη· τὼ δὲ λόγω τὼ νῦν δὴ περὶ αὐτοῦ εἰπέτην ὡς τοιούτου ὄντος.

Schneidewin. ad Ibyci fragm. in Delect. Epigramm. Vol. II. p. 343. Cod. Bodl. τιμᾶν.

Οὔ τι ὑπό γε Λυσίου] Mon. οὔτοι, male. οὔτις Bodl.

E. *τὼ δὲ λόγω*] δὲ Bodl. Flor. g. Vind. 4. 7. α. pro vulg. δή, quod tenuit Bekkerus. Praeterea Bodl. τοῖν δὲ λόγοιν τοῖν, casu dativo; male. Idem prave in proximis: ἡμάρτανε τὴν, et cum Vat. Δ Ven. Π Par. DGNOT Flor. g. h. μήτε ἀληθές.

chum p. 190. „Δυςωπεῖσθαι et ionicum δυσωπεῖσθαι, quantum ex etymo intelligi potest, proprie de oris confusione dicitur, quae ex variis perturbationibus, metu, suspicione, pudore, exsistit. Sed veteres illi tantum de praesensione instantis periculi vel molestiae usurparunt. Sic et Plato et Xenophon et Demosthenes.“ — Ibyci Rhegini sententiam, quae hoc loco memoratur, illustrat Ruhnk. ad Tim. p. 90. Fragmentum tractat Schneidewin. Delect. Epigr. V. II. p. 343.

D. *ὑπό τι ἀσεβῆ*] propemodum impiam, ut Gorg. p. 493. C. Aristoph. Vesp. 1281. Ecclesiaz. 1062. Athen. IV. p. 157. A. XIII. p. 579. D. XV. p. 693. B. Plura dabunt Casaubon. ad Sueton. Iul. c. 41. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 30. Dobree Commentar. in Aristoph. p. 586 sq. ed. Lips. Etiam ὑπό τι μικρόν dixerunt, de quo vide interprett. ad Strabon. T. II. p. 209. ed. Friedem.

Οὔ τι ὑπό γε Λυσίου] Phileb. p. 13. D. Οὔ τι καθόσον γε ἡδοναί, ubi vide annot. coll. Matthiae Gr. §. 609. extr.

E. *εἰ δ' ἔστιν, ὥςπερ οὖν ἔστι*] Nostrates dicunt: *wie er es denn nun einmal ist.* Apolog. Socr. p. 21. D. ἐγὼ δ', ὥςπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι. De sententia conf. Sympos. p. 204. C. D. p. 212. A sqq.

P. 243. *ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ*] Stesichorus Himerensis ob

ταύτῃ τε οὖν ἡμαρτανέτην περὶ τὸν Ἔρωτα, ἔτι τε ἡ εὐήθεια αὐτοῖν πάνυ ἀστεία, τὸ μηδὲν ὑγιὲς λέγοντε μηδὲ ἀληθὲς σεμνύνεσθαι ὥς τι ὄντε, εἰ ἄρα ἀν- 243
θρωπίσκους τινὰς ἐξαπατήσαντε εὐδοκιμήσετον ἐν αὐτοῖς. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥςπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. καὶ B
ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. ἐγὼ οὖν σοφώτερος ἐκείνων γενήσομαι κατ' αὐτό γε τοῦτο. πρὶν γάρ τι παθεῖν διὰ τὴν τοῦ Ἔρωτος κακηγορίαν, πειράσομαι αὐτῷ ἀπο-

P. 243. A. ἔτυμος λόγος οὗτος] V. ἔτυμος ὁ λόγος. Articulum plurimi optimique libri aspernantur. — οὐδὲ βὰς Bodl. vitiose. — Vind. 4. οὐδ' ἵκεο ὑψηλὰ πέργαμα τροίας. Dein εὐσέλμοις Steph. cum Ven. Σ.

B. καὶ ποιήσας δὴ π.] V. deerat καί, quod codd. unanimi fere consensione redhibuerunt.

carmen maledicum in Helenam oculorum usu privatus esse, eundem autem palinodia cantata recuperasse dicitur. Vid. Isocrat. Helen. p. 245. ed. Bekk. Suidas in Στησίχορος inter alia: φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα ψόγον Ἑλένης τυφλωθῆναι, πάλιν δὲ γράψαντα Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου, τὴν παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι. coll. Buttmann. Mytholog. V. I. p. 300. Klein. Fragm. Stesich. p. 91 sqq. Fabulam, quam Stesichorus secutus est, docte tractavit Pflugk. Praefat. ad Eurip. Helenam p. 7 sq. Versiculos eius a Platone allatos alii aliter descripserunt. v. Gaisford. Poet. Min. T. III. p. 341. ed. Lips. Naekius ad Choeril. p. 120. Boissonad. Poet. Gr. Syllog T. XV. p. 79. Schneidewin. Delect. Epigramm. Vol. II. p. 331. Quod autem Socrates Homerum ait, quamvis coecum scilicet, tamen non perspexisse visus recuperandi rationem, quam Stesichorus ἅτε μουσικὸς ὢν probe cognoverit et intellexerit, meminisse debemus Platonis de poesi epica iudicium in Republica inprimis expositum. Nimirum lyrica Stesichori poesis cognatior ipsi visa est verae musicae, i. e. philosophiae. Praeterea conf. p. 244 A. ibique ann. — ἀνέβλεψεν, visum recuperavit.

B. σοφώτερος ἐκείνων] Stesichoro, qui oculorum usu iam privatus palinodiam cecinit, et Homero, quem coecitatis caussa omnino praeteriit. Schleiermacherus ex cod. Ξ ἐκείνου

δοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ οὐχ, ὥςπερ τότε, ὑπ' αἰσχύνης ἐγκεκαλυμμένος.

ΦΑΙ. Τουτωνί, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔστιν ἅττ' ἂν ἐμοὶ εἶπες ἡδίω.

Cap. XXI. ΣΩ. Καὶ γάρ, ὦ 'γαθὲ Φαῖδρε, ἐν-
C νοεῖς, ὡς ἀναιδῶς εἴρησθον τὼ λόγω, οὗτός τε καὶ ὁ ἐκ τοῦ βιβλίου ῥηθείς. εἰ γὰρ ἀκούων τις τύχοι ἡμῶν γεννάδας καὶ πρᾶος τὸ ἦθος, ἑτέρου δὲ τοιούτου ἐρῶν ἢ καὶ πρότερόν ποτε ἐρασθείς, λεγόντων, ὡς διὰ σμικρὰ μεγάλας ἔχθρας οἱ ἐρασταὶ ἀναιροῦνται καὶ ἔχουσι πρὸς τὰ παιδικὰ φθονερῶς τε καὶ βλαβερῶς, πῶς οὐκ ἂν οἴει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν ναύταις που τεθραμμένων καὶ οὐδένα ἐλεύθερον ἔρωτα ἑωρακό-
D των, πολλοῦ δ' ἂν δεῖν ἡμῖν ὁμολογεῖν ἃ ψέγομεν τὸν Ἔρωτα;

γυμνῇ τῇ κεφαλῇ] τῇ om. Bodl.; non probo.

ἅττ' ἂν ἐμοὶ εἶπες] V. εἴπῃς. Indicativum Bodl. Vat. Parisini, Florr. Ven. Vindd. aliique dederunt. Sententia est: nihil legendum censet. — κατ' αὐτό γε τοῦτο, in hoc ipso.

C. οὗτός τε καὶ — ῥηθείς] Damnat haec ut otiosa Hirschigius. Nec tamen omnia, quae omitti potuerunt, protenus pro otiosis ducenda sunt neque talis epexegesis omnino vi sua caret; v. ad Apolog. Socrat. p. 23. E. et 25. A. ad Phaedon. p. 114. B. al.

ἐν ναύταις που τεθραμμένων] Nautas inter homines vilissimos numeratos esse docet Heindorf. ad h. l. et ad Horat. Satir. I. 5, 4. Adde Interprett. ad Athenaeum VI. p. 254. B. = p. 474., ubi Theopompus dixisse narratur πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν κτλ. Lege inprimis etiam ipsum Platonem Legg. IV. p. 704 sqq. Deinde ἐλεύθερον i. q. ἐλευθέριον, quod parum consulte de suo invexit Hirschig. Menex. p. 245. C. τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον. Legg. VII. p. 808. A. αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἐλευθέριον. Gorg. p. 485. C D. Theaet. p. 173. A. De Rep. VI. p. 499. A. VIII. p. 567. A. Pindar. Pyth. 2, 57. ἐλευθέρᾳ φρενί, h. e. generosa mente, al. De structura verborum ἃ ψέγομεν τὸν Ἔρωτα v. Matthiae Gr. §. 421. 2. Rost. §. 104. 3. d. p. 497. ed. VII. Compares Sympos. p. 222. A. ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ. Ibid. p. 221. B. πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι. Aristotel. Polit. VIII. 1. ἐπαινέσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο Λακεδαιμονίους.

D. ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι] Tractavit hunc locum Wyttenbach. Epist. Crit. p. 271. ed. Lips., qui imitatores recensuit eiusque fontem iudicavit esse Eurip. Hippolyt. 653. ἃ 'γὼ ῥυτοῖς να-

ΦΑΙ. Ἴσως νὴ Δί', ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτόν γε τοίνυν ἔγωγε αἰσχυνόμενος καὶ αὐτὸν τὸν Ἔρωτα δεδιὼς ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι. συμβουλεύω δὲ καὶ Λυσίᾳ ὅ τι τάχιστα γράψαι, ὡς χρὴ ἐραστῇ μᾶλλον ἢ μὴ ἐρῶντι ἐκ τῶν ὁμοίων χαρίζεσθαι.

ΦΑΙ. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἕξει τοῦθ' οὕτως· σοῦ γὰρ εἰπόντος τὸν τοῦ ἐραστοῦ ἔπαινον, πᾶσα ἀνάγκη Λυσίαν ὑπ' ἐμοῦ ἀναγκασθῆναι γράψαι αὖ περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγον. E

ΣΩ. Τοῦτο μὲν πιστεύω, ἕωςπερ ἂν ᾖς ὃς εἶ.

ΦΑΙ. Λέγε τοίνυν θαῤῥῶν.

ΣΩ. Ποῦ δή μοι ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον; ἵνα καὶ τοῦτο ἀκούσῃ, καὶ μὴ ἀνήκοος ὢν φθάσῃ χαρισάμενος τῷ μὴ ἐρῶντι.

mihi gratius istis potuisses dicere. Astius εἴποις coni.
D. Τοῦτόν γε τοίνυν —] Fuit qui τε pro γε mallet. Non opus.
E. καὶ τοῦτο ἀκούσῃ] Sic Bodl. et non pauci alii. Vulgo τούτου.

σμοῖσιν ἐξομόρξομαι Εἰς ὦτα κλύζων. Alia contulit Creuzerus ad Plotin. de Pulcrit. p. 465 sq. Usus est his verbis etiam Athenaeus libr. III. p. 121. E. F. et p. 122. A. — ἐκ τῶν ὁμοίων, recte Heindorfius interpretatur: si cetera paria sint, *bei gleichen Verhältnissen*. Cui frustra obloquitur Astius, ἐκ τῶν ὁμοίων ratus idem esse quod ὁμοίως, ut hic sit sensus verborum: perinde atque contendit amoris experti potius quam amanti gratificandum esse. Ita vero ἐκ τῶν ὁμοίων alia sede collocandum fuit, non ante χαρίζεσθαι. Ceterum Socrates non sine caussa acriter exagitat superiorum orationum argumentum. Enimvero in utraque amoris vis et natura ea informata est, ut facile appareat, qui ita censeat, eum non ultra vulgus sapere. Itaque Socrates iam Lysiae sermoni aliam oppositurus est orationem, in qua nobiliorem ac vere sublimem describit amoris vim. v. Prolegg.

E. ὥςπερ ἂν ᾖς ὃς εἶ] In talibus vulgo ὅς pro οἷος dictum putant. Perperam. Nam οἷος semper ad qualitatem, ὅς ad ipsam vim et naturam alicuius vel rei vel personae refertur. Itaque ὅς certe gravius est quam οἷος. Veluti hoc loco Germanice dicendum: *so lange du bist, der du bist*, quod nonnihil differt ab altera formula: *so lange du ein solcher bist, wie du bist*. Nimirum Socrates hoc dicit: quam diu Phaedrus es, hoc est is, in cuius natura et ingenio positum est, ut orationum audiendarum sis cupidissimus. Exempla huius loquendi rationis attulerunt Heindorf. ad h. l. Porson. et Schaefer. ad Eurip. Orest. 910. Confer etiam Bremium ad Lysiam p. 193.

ΦΑΙ. Οὗτος παρά σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλῃ.

Cap. XXII. ΣΩ. Οὑτωσὶ τοίνυν, ὦ παῖ καλέ,
244 ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν λόγος Φαίδρου τοῦ Πυθοκλέους, Μυῤῥινουσίου ἀνδρός· ὃν δὲ μέλλω λέγειν, Στησιχόρου τοῦ Εὐφήμου, Ἱμεραίου. λεκτέος δὲ ὧδε, ὅτι Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, ὃς ἂν παρόντος ἐρα-

ὅταν σὺ βούλῃ] V. ὅταν καὶ σὺ β. praeter fidem codicum. P. 244. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος] Sic Bodl. ΔΠΣΦDNOT alii pro vulg. ἔτυμος ὁ λόγος. Paullo ante Bodl. λεκτέος om.

παρά σοι μ. πλ. ἀεὶ πάρεστιν] Haesit in his nuper Cobetus Varr. Lectt. p. 119. Graecum esse negans παρεῖναι παρά τινι, ideoque scribendum contendens: πάρα σοι extruso verbo πάρεστιν. Nos vero πάρα σοι a prosa oratione alienum putamus esse servandamque lectionem librorum utpote integerrimam. Nam παρά neutiquam abundanter cum πάρεστιν iunctum, sed hoc potius significat: **Hic in vicinia tua** admodum prope semper praesens adest, ut facile appareat verbi παρεῖναι notionem accuratius definiri graviusque notari praesentiam. Sophocl. Philoct. 1057. ἐπεὶ πάρεστι μὲν Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, ubi temere offenderunt intpp., siquidem hoc dicitur: nam adest Teucer in vicinia nostra. Oed. Col. v. 1269. πρός σοι παραστιαθήτω. Electr. v. 610. σὺν δίκῃ ξύνεστιν. Ibid. v. 1242. κἂν γυναιξὶν ὡς Ἄρης ἔνεστιν. Oed. Col. v. 115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων. Dixit de hoc loquendi genere Bastius Epistol. Crit. ad Boissonad. p. 124 sqq.

P. 244. λόγος Φαίδρου — Ἱμεραίου] Verissima est disputatio Astii, ludere Socratem in nominibus atque inde repetere ipsarum orationum ingenium ac discrimen putantis. „Oratio prior, inquit, dicitur Phaedri esse, cuius nomine significatur is, qui vana oblectatur specie; isque filius vocatur Pythoclis, quo homo famae et gloriae cupidus designatur; praeterea Myrrhinusius vocatur, quasi in toris myrteis cubans, quod moris est delicatorum et otiosorum, v. Polit. II. 372. B, vel sertis myrteis redimitus.“ (In quo observandum cod. Bodl. scribere μυῤῥινουσίου.) „Alterius contra orationis, quam Socrates dicturus est, ingenium vere musicum ac religiosum egregie hoc indicatur, quod Stesichori fingitur esse. Stesichorus videlicet a choris instituendis nomen invenit; porro filius fuit Euphemi, quo vir pius significatur, et Himera oriundus, quo vir amore (ἱμέρῳ) quasi initiatus designatur. Egregie igitur Plato veterum consuetudinem morum, ingenii, vel fatorum alicuius hominis ab eius nomine repetendorum, de qua v. Valcken. ad Phoeniss. p. 242. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 231. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 288. et Aglaopham. Libr. II. p. 870., in rem suam accommodavit.“ De studio veterum nomina ad rationem etymologicam revocandi legas etiam Meinekium ad Euphor. p. 128. et Creuzerum De arte hist. Gr. p. 52.

εἰ — γὰρ ἦν ἁπλοῦν] H. e.

στοῦ τῷ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον φῇ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι δὴ ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης. Ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι μανεῖσαι μὲν B πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὴν Ἑλλάδα

cum ΔGY et pr. Π.

B. Ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς] δὴ om. Bodl. Flor. g, sed ras. post γάρ.

simpliciter ac sine exceptione verum; v. ad Sympos. p. 183. D. Reip. VIII. p. 545. D. ibique annot.

νῦν δὲ τὰ μέγιστα] Furorem non simpliciter in malis ducendum esse vel ex eo apparere arbitratur, quod hominibus per eum maxima quaeque bona obtingere soleant, siquidem ille divino munere, θείᾳ μοίρᾳ, mortalibus tribuatur. Quod quorsum pertineat, disputavimus suo loco in Prolegomenis. Distinguuntur autem divini furoris genera quattuor, sicuti apparet etiam ex p. 265. B. C, ubi ad hunc locum respicitur, μαντική, quae Apollini debetur, τελεστική, expiatio et lustratio, καθαρμός, ἁγνισμός, τελετή, quae adscribitur Baccho, ποιητική, quae Musis accepta refertur, denique ἐρωτική, Veneris et Amoris munus ac beneficium, quod furoris genus, quia ad divinae veritatis refertur scientiam et cognitionem, iudicatur omnium esse praestantissimum et mortalibus ad summam eorum felicitatem datum. Et primum quidem μαντικὴν vitae mortalium maxime salutarem extitisse, perspicuum esse censet exemplo Pythiae, sacerdotum Dodonaearum, Sibyllarum, aliorum vatidicorum hominum; patere item ait ex ipso nomine μανικῆς, quam cum irrisione sophistarum, vocabulorum originatione, sicuti ex Cratylo constat, male abutentium, olim veteres vere μανικὴν appellaverint, utpote rati eam ut pulcrum quiddam hominibus obtigisse, quum recentiores inserta littera ταῦ prave μαντικὴν vocaverint. Qua opportunitate, quo maior etiam fiat irrisionis acerbitas, etiam aliud affertur exemplum perversae et ridiculae vocabulorum derivationis, quo tamen philosophus item facete et urbane in rem suam utitur, quandoquidem recentiores dicit etiam οἰωνιστικὴν perperam isto nomine insignivisse, quum antiqui nominum conditores eam vocaverint potius οἰονοϊστικήν, quippe quae sobriae mentis cogitatione futurarum rerum notitiam quaereret. Quocirca eam ab οἴησις, νοῦς et ἱστορία appellatam esse statuit, qua originatione nihil potest esse insulsius, ut ne Indici quidem etymologi nostri, lepida sane interdum capita, quidquam magis ridiculum in medium attulisse videantur. His vero tamquam obiter expositis sic fere pergit: „Sed arte augurali," inquit, „quanto illa et re et nomine est praestabilior, tanto furor divinus excellentior est omni humana praestantia." Quibus ita expositis deinde inde a verbis: Ἀλλὰ μὴν νόσων γε κτλ. transitur ad describenda alia divini furoris genera.

εἰργάσαντο, σωφρονοῦσαι δὲ βραχέα ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σίβυλλάν τε καὶ ἄλλους, ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ πολλὰ δὴ πολλοῖς προλέγοντες εἰς τὸ μέλλον ὤρθωσαν, μηκύνοιμεν ἂν δῆλα παντὶ λέγοντες. τόδε μὴν ἄξιον ἐπιμαρτύρασθαι, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο,
C οὐδὲ ὄνειδος μανίαν· οὐ γὰρ ἂν τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ᾗ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέκοντες μανικὴν ἐκάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο. οἱ δὲ

προλέγοντες εἰς τὸ μέλλον ὤρθωσαν] Stephanus cum Aldo: προὔλεγον — ὀρθῶς. Sed προλέγοντες est in Bas. 2. et in mss. omnibus. Istud ὀρθῶς autem ex ὤρθωσα natum, quod servavit Venet. Σ et corr. Φ cum Aristide Oratt. Platt. I. T. II. p. 13. ed. Iebb. ὄρθωσαν est in H et corr. F et marg. T, ut corruptelae origo sit manifesta. Pro χρώμενοι ἐνθέῳ Bodl ΔΠGN OT Vind. 4. 7. α. Flor. g. h. Mon. ἐν θεοῖς, unde Winckelmannus extundebat ἐνθέως. Vera tamen lectio vulgata videtur. v. ann. Articulum τὸ ante μέλλον uncis seclusit Hirschig.

C. τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες] Sic codd. mss. ad unum omnes. Vulgo ἐπεμβαλόντες.

ὀρνίθων ποιουμένων] Sic codd. Platonis ad unum omnes.

B. μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ] Mox C. ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται. D. μανίαν τὴν ἐκ θεοῦ. P. 245. B. μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν. De ipsa re vide Ciceron. De Divin. I. 18. 19. 31. 37. ibique Davisium.

C. ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος] Participium ad praedicatum accommodatum, cuius usus exempla plurima congessimus ad Reip. I. p. 333. D. Protag. p. 354. C. supra ad p. 239. B. De participio atque ὡς conf. Phileb. p. 16. D. ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι. Cratyl. p.439.C. διανοηθέντες — ὡς ἰόντων τε ἁπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων. Lucian. Dial. Mort. II. 2. οὕτω γιγνώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσαμένου μου. vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 281. De re Cicero De Divin. I. 1. in.: Itaque ut alia nos melius multa, quam Graeci, sic huic praestantissimae rei (praesensioni et scientiae rerum futurarum) nomen nostri a divis (divinationem dicit), Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. Ceterum verissime statuit Astius hanc vocabulorum originationem non carere Sophistarum irrisione, quorum perversitas imitatione perstringatur.

ἐπεὶ καὶ τήν γε τῶν ἐμφρ.] Comparaturus disciplinam augurandi humanam cum divino illo vatum furore ita pergit explicare sermonem, ut οἰωνιστικὴν tanquam aliud pravae vocabulorum mutationis exemplum in medium afferat. Quod diligenter tenendum est, ne totum

νῦν ἀπειροκάλως τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες μαντικὴν ἐκάλεσαν. ἐπεὶ καὶ τήν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος, διά τε ὀρνίθων ποιουμένων καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἅτ' ἐκ διανοίας ποριζομένων ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν, ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τῷ ω̄ σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. ὅσῳ δὴ οὖν τελεώτερον καὶ ἐντιμότερον μαντικὴ οἰωνιστικῆς, τό τε ὄνομα τοῦ ὀνόματος ἔργον τ' ἔργου, τόσῳ κάλλιον μαρτυροῦσιν οἱ παλαιοὶ μανίαν σωφροσύνης, τὴν ἐκ θεοῦ τῆς παρ' ἀνθρώπων γιγνο- D

Sed Stephan. Heind. Astius ex Aristide l. c. dederunt ποιουμένην. Quae lectio eo magis videtur dubia, quod etiam Aristidis codd. plurimi ποιουμένων, non improbante Reiskio, probante Dindorfio. Et ibidem p. 39. 10. Aristides vulgo ποιουμένην.

ἀνθρωπίνῃ οἰήσει] Ita codd. optimi quique pro vulg. νοήσει. Quanquam Bodl. a pr. m. habet: ἀνθρωπίνην οἰήσει. Deinde vulg. οἰονοηστικήν. Sed οἰονοϊστικὴν Flor. a. c. Vind. 1. 3. 6. Ven. Σ alii, quod auctore Buttmanno suscepimus. Bodl. et alii οἰωνιστικήν, ac dein Φ D N O al. ὠωνιστικήν, quod legit etiam Schol. Hermogen. cod. Paris. 1983. f. 186, cujus verba apposuit Bekker.

D. τῷ ω̄ σεμνύνοντες] Sic Bodl. Vin. 1. 4. et octo fere alii pro vulg. τὸ ω̄ σεμν.

hunc locum sinistre intertextum esse opineris. De ipsa originatione audias Hermiam p. 110. τὰ τρία ταῦτα οἱ παλαιοὶ ὀνόματα οἴησιν, νοῦν καὶ ἱστορίαν ἐντείναντες εἰς ἓν ὄνομα οἰονοϊστικὴν αὐτὴν προσηγόρευσαν, πᾶσαν στοχαστικὴν [καὶ] ἀνθρωπικὴν οἰονοϊστικὴν προσαγορεύσαντες, ἀπὸ μὲν (male leg. μέντοι) τοῦ οιο τὴν οἴησιν δηλοῦντες, ἀπὸ δὲ τοῦ νο τὸν νοῦν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἱστικην τὴν ἱστορίαν σημαίνοντες. Tenuimus vero veterem lectionem ποιουμένων, ad quod liquet repetendum esse ex antegressis τὴν ζήτησιν, ita ut idem sit quod ζητούντων. Redit autem res eodem, sive ipsa ζήτησις dicitur δι' ὀρνίθων ποιεῖσθαι, sive ea perhibetur esse τῶν ἐμφρόνων αὐτὴν δι' ὀρνίθων ποιουμένων. Quocirca nulla omnino caussa est, cur codicum auctoritatem deserendam existimemus.

D. ἣν νῦν οἰωνιστ.] Nam Graecia olim ω̄ ignoravit, de quo Heindorf. laudat Muretum Var. Lectt. XVIII. 1. — τῷ ω̄ σεμν., istud ω̄ cum ostentatione tanquam iactantes. Hermias: τὸ ο̄ μεταβάλλοντες εἰς τὸ ω̄ ὡς εἰς ὀγκοειδέστερον — καὶ μεγαλοφωνότερον. Theaet. p. 168. D. ἀποσεμνύνων τὸ πάντων μέτρον. Phileb p. 28. B. σεμνύνεις γὰρ τὸν σαυτοῦ θεόν. Gorg. p. 511. D. 512. C. Parmen. p. 128. C. Reip. III. 13. conf. Valcken. ad Hippol. p. 176. Spanhem. ad Iulian. Caesar. p. 54. ed. Heus.

τό τε ὄνομα —] Nam οἰωνιστικῆς nomen graviorem subiit corruptelam.

μένης. Ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γε-
E νῶν, ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο, καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς τε

ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν] Stephan. de sola Cornarii, ut videtur, coniectura dedit: μεγίστων δὲ ἁμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων που θεῶν ἔν τισι γενομένων, ἡ μανία κτλ., quod adversatur codicum testimoniis.

E. ὅθεν δὴ καθ.] δὴ om. Bodl.

Ἀλλὰ μὴν νόσων γε—] Facile est ad intelligendum verba primariam partem enuntiati efficientia inter se ita cohaerere: ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων (aerumnarum, ut Eurip. Orest. v. 281.) τῶν μεγίστων ἀπαλλαγὴν εὕρετο ἡ μανία ἐγγενομένη οἷς ἔδει (ἐνεῖναι) καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει (προφητεῦσαι), καταφυγοῦσα κτλ., ut profecto non videam, cur Astius in his adeo haeserit. Sensus hic est: Iam vero de morbis atque calamitatibus maximis furor, quum et inesset, in quibus inesse oporteret, et vaticinaretur quibus deberet, facile illorum invenit remedium. Plus molestiae afferunt verba intermedia: ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν, de quorum et iunctura et sententia accuratius dicendum. Et Heindorf. quidem pro ἃ δὴ scribendum putat: ἅτε. Quem ita refellere studet Astius, ut ἃ δὴ statuat idem quod ἅτε valere. Quod licet affirmaverit etiam Lobeckius ad Aiac. p. 386.; tamen rem secus habere plane nobis persuasimus. Ut paucis praecidam, ἃ neutro genere post masculinum illatum est, quum exspectares οἳ. Quam loquendi rationem nihil habere insolentiae docebit Matth. Gr. §. 439. Quocirca ἦν vel ἐγένετο intelligendum relinquitur, quod et ipsum eiusmodi est, nulla ut indigeat excusatione. Quamquam in eo nuper offendit Hermannus, qui arbitrio suo scripsit: τῶν γενῶν ἡ, articulo ἡ ante μανία deleto. Sed quum ita de grammatica constet verborum ratione, tum etiam de eorundem sententia diligentius quaerendum est. Itaque παλαιὰ μηνίματα sunt irae deorum antiquitus susceptae propter scelera a maioribus commissa, quae quidem in posteris puniri vulgaris erat opinio, de qua dixit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. p. 253. Quod vero adiicitur ποθέν, id infinitum facit scelerum illorum indicium, ut hoc dicatur: propter iram inveteratam alicunde oriundam. Apte contulit Buttmannus Eurip. Phoeniss. v. 948. Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων. Recte igitur Scholiastes Aristidis T. II. p. 13. ed. Iebb. παλαιῶν μηνιμάτων λέγει τῶν προγονικῶν. Superest, ut dicatur de verbis ἔν τισι τῶν γενῶν. Ea vero nuper egregie interpretatus est Lobeck. Aglaophami Tom. I. p. 636. Quippe γένη non sunt familiae sacerdotales, ut Astius olim opinabatur, quales fuere Eumolpidae aut Arestoridae. Hi enim nunquam vaticinandi et medicandi munere functi sunt; sed intelliguntur aegroti ipsi, piacularium hominum posteri, qui noxa maiorum capitali afflicti erant. Quum vero huius culpae conscientia non omnes eiusdem stirpis ho-

*καὶ λατρείας, ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε καὶ τελετῶν τυ-
χοῦσα ἐξάντη ἐποίησε τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα πρός τε τὸν
παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον, λύσιν τῷ ὀρθῶς μα-
νέντι τε καὶ κατασχομένῳ τῶν παρόντων κακῶν εὑρο-
μένη. Τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοκωχή τε καὶ μα-* 245

τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα] V. *τὸν αὐτὴν ἔχοντα*, praeter fidem librorum fere omnium.

P. 245. *κατοκωχή τε κ. μ.*] Sic Flor. b c. g. i. Vind. 1. alii. Bodl. *κατοικωχή*, et supra vers. *κατακωχή*. Vulgo *κατοχή*.

mines pariter exagitet, recte sane vis mali dicitur conspicua esse *ἔν τισι τῶν γενῶν*. Comparat Lobeckius Pausan. IX. 5. *τῶν Ἐριννύων τοῦ Λαΐου καὶ Οἰδίποδος Τισαμενῷ μὲν οὐκ ἐγένετο μήνιμα, Αὐτεσίωνι δὲ τῷ Τισαμενοῦ*. Ceterum vir doctissimus totum hunc locum sic descripsit: *ἀλλὰ μὴν νόσων καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα, οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο καταφυγοῦσα κτλ.*, in quo perspicuum est eum *οἷς ἔδει* cum consequentibus iunxisse, ut intellexerit *ἀπαλλαγὴν εὑρίσκεσθαι*: minus liquet, quid de reliqua enuntiati parte statuerit.

E. *ὅθεν δὴ καθαρ.*] H. e. *ἐξ ὧν δὴ εὐχῶν τε καὶ λ.* De re ipsa conf. Cratyl. p. 405. A. Reip. II. p. 364. B. sqq. et Lobek. Aglaoph. p. 726 sqq. Pro *ἐξάντη ἐποίησεν* Cratyli loco dixit *καθαρὸν παρεῖχεν*. Videlicet *ἐξάντης* est *ἔξω ἄτης* s. *βλάβης ὤν*, ut recte Timaeus Gloss. p. 108, ubi v. Ruhnken. Deinde *τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα*, **ipsius aliquid possidentem, ipsius participem**, quam rationem illustravit Matth. Gr. §. 323, qui inter alia contulit locum Sophoclis plane consimilem Oedip. Tyr. 709. *μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης*. Aliam tamen iniit rationem qui nuper *τὸν ἔχοντα* accepit inepte pro substantivo, cui adiunctus genitivus esset.

τῷ ὀρθῶς μανέντι τε καὶ κατασχομένῳ] *Κατέχεσθαι* proprie dicitur de iis, qui divino numine afflati et furore concitati sunt. v. Ion. p. 533. E. Menon. p. 99. D. Symp. p. 215. C. Xenoph. Sympos. I. 10. ibique interpp. Aoristus autem medii pro passivo accipiendus est, quem usum, epici sermonis proprium, in verbo *ἔχειν* eiusque compositis Attici quoque servarunt scriptores, fugientes, ut videtur, formam, non quidem obsoletam, sed pronuntiantis ori minus commodam, *ἐσχέθην*. Conf. Matth. Gr. §. 496. 7. p. 935. Rost. Gr. §. 114. annot. 3. p. 562. ed. IV.

P. 245. *κατοκωχή τε καὶ μανία*] De originatione et scriptura nominis *κατοκωχὴ* copiose disputarunt Valcken. ad Ammon p. 23 sq. Pierson. ad Moer. p. 221. Ducta nimirum vox est ab *ὄκωχα*, unde *ὀκωχή*, de quo vide Buttmann. Gr. Amplior. §. 85. ann. 5. De participiorum cumulatione exposuimus iam ad p. 228. B. De sententia vero, qua poesis e divino mentis instinctu et furore oriri iudicatur, conf. infra p. 265. B. Ion. p. 533. E. 534. A. Apolog. Socr. p. 22. B. Eandem Democrito placuisse constat. v. Cicer. De Orat. II. c. 46. §. 194. De divinat. I. 37. Horat. Epist. ad Pison. v. 295. Clement. Al.

νία λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις, ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος, ἠφανίσθη.

B Cap. XXIII. Τοσαῦτα μέν τοι καὶ ἔτι πλείω ἔχω μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν λέγειν καλὰ ἔργα.

ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος] Male vulgo ἱκανῶς, quod e plurimis optimisque codd. correctum.

Strom. VI. p. 827. ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστίν. Quod autem Plato hic arbitratur neminem unquam praeclarum poetam esse exstiturum, nisi qui divino instinctu concitatus et tanquam θείᾳ μοίρᾳ factus poeta fuerit; id minime adversatur celeberrimae ipsius sententiae, qua poëtis scientiae laudem eripuit et unis maxime philosophis vindicavit. Nam etiam τῇ θείᾳ μοίρᾳ suum honorem constare voluit. Quapropter errarunt qui haec putarunt inde habere excusationem, quod Phaedrus a iuvene philosopho sit conscriptus. At vide p. 248. ibique ann.

ἄβατον ψυχήν] ἄβατον quum proprie dicatur de locis sacris, ad quae profanis nefas est accedere, eleganter h. l. ad animum purum, intactum, integrum transfertur.

κατά τε ᾠδὰς —] Menex. p. 239. E. εἰς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν. In quibus ᾠδαί sunt carmina lyrica. Alterum κατὰ ante τὴν ἄλλην Hirschig. delendum censet. Non opus.

ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται] Senec. de Tranq. An. 15. poeticas fores pepulit. Ceterum conferas ann. ad p. 233. E.

πεισθεὶς ὡς ἄρα — ἐσόμενος] vana hac ductus opinione, se arte ac disciplina bonum poetam evasurum esse. De αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις v. ad Symp. 221. 8.

ἀτελὴς — ἠφανίσθη] Dictum est per prolepsin pro ἠφάνισται, ὥςτε ἀτελὴς εἶναι. v. ad Remp. p. 560. D.

B. θορυβείτω δεδιττόμενος] δεδίσκεσθαι et δεδίττεσθαι ab Atticis scriptoribus fere terrendi ponitur significatione, ut Graevius ad Luciani Soloecist. T. III. p. 565. Pierson. ad Moer. p. 119. Lobeck. ad Phrynich. p. 320. observarunt. Apud Homerum autem etiam timendi notionem exprimit, de qua re monuit iam Eustath. ad Iliad. XIII. 943., eiusque exemplum Polyaenus aliique posteriore tempore sunt secuti. Hoc loco priorem significationem locum habere nemini obscurum

ὥστε τοῦτο γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα, μηδέ τις ἡμᾶς λόγος θορυβείτω δεδιττόμενος, ὡς πρὸ τοῦ κεκινημένου τὸν σώφρονα δεῖ προαιρεῖσθαι φίλον· ἀλλὰ τόδε πρὸς ἐκείνῳ δείξας φερέσθω τὰ νικητήρια, ὡς οὐκ ἐπ' ὠφελείᾳ ὁ ἔρως τῷ ἐρῶντι καὶ τῷ ἐρωμένῳ ἐκ θεῶν ἐπιπέμπεται. ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία δίδοται. ἡ δὲ δὴ ἀπόδειξις ἔσται δεινοῖς μὲν ἄπιστος, C σοφοῖς δὲ πιστή. δεῖ οὖν πρῶτον ψυχῆς φύσεως πέρι θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἰδόντα πάθη τε καὶ ἔργα τἀληθὲς νοῆσαι. ἀρχὴ δὲ ἀποδείξεως ἥδε.

B. τοσαῦτα μέν τοι] τοι Bodl. ΔΠDGNOT. Vulgo erat μέν σοι.

esse potest. Desideravit vero Heindorfius pro δεδιττόμενος verbum aliquod ostendendi et probandi, quod responderet seqq. ἀλλὰ τόδε — δείξας. Ac facile aliquis suspicetur ἐπιδεικνύμενος aut simile quid requiri. Qua tamen opinione nihil est inanius. Positum enim verbum terrendi est significatione praegnanti, ut δεδιττόμενος sit: dum nos terret iactans et contendens, indem er uns durch die Behauptung zu schrecken sucht, dass etc., qui usus loquendi in verbis timendi ac terrendi non adeo rarus est. Rei exempla bene multa attulerunt Schaeferus Apparat. Demosthen. I. p. 663. et 779. ad Eurip. Med. Porson. p. 39. et 92. edit. Lips. 3. intpp. ad Xenoph. Cyrop. VI. 2, 12. VI. 2, 30. Matthiae Gr. §. 520. 1. Unum hic memorasse sufficiet Demosthen. De symmoriis p. 185. 5. ed. Reisk. εἰ πάντες οἱ ἐνταυθὶ λέγοντες φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεύς, ὡς πάρεστι, κτλ. si omnes, qui hic verba faciunt, terrorem nobis incutientes dictitarent et contenderent etc. Ceterum Astius censuit Platoni obversatum esse locum Homeri Iliad. XX. 201. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε νηπύτιον ὣς Ἔλπεο δειδίξεσθαι. — Deinde ὁ κεκινημένος est ὁ ἔνθεος s. ὁ μανεὶς καὶ κατασχόμενος. Horatius Sermon. II. 3, 209 et 278. commotos s. commotae mentis vocat. Inde παρακινεῖσθαι de insanis dicitur, de quo v. Suidas T. III. p. 52. qui interpretatur τὴν γνώμην διαφθείρεσθαι.

C. δεινοῖς μὲν ἄπιστος] H. e. omnia argutius rimantibus utpote graviter exercitatis in arte sophistica et rhetorica, sublimiore autem veri sensu destitutis. Unde opponuntur σοφοί. Dictum enim ironice de sophistis, ut nostrum, starke Geister. Ita supra p. 229. D. λίαν δεινός vocatur qui in fabulis argute explicandis nimius est; ubi v. ann. Sophistas atque rhetores a Platone eximie δεινοὺς appellari, ut Theaet. p. 164. C. multis locis. Heindorfius demonstravit ad h. l.

Cap. XXIV. *Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔ ποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα*
D *κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν*

C. *ψυχὴ πᾶσα ἀθ.*] Ita codd. fere ad unum omnes. V. *Πᾶσα ψυχή.*

D. *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο*] Vind. 4. *οὐκ ἂν ἀρχήν.* ut Muretus coniecit.

τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν] *αὑτὸ* nuper ex codd. accessit.

E. *πᾶσάν τε γένεσιν*] Vett. editt. *γῆν*, quod exstat in marg. Flor. a. c.

καὶ μή ποτε αὖθις ἔχειν] Vulgo post *ἔχειν* repetitum est

Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος] Latinum fecit hunc locum Tullius Tusculan. I. 23. et De Republ. VI. 25. 26., cuius interpretationem cum graecis contendit Ant. Muretus Varr. Lectt. VIII. 3. Istud *πᾶσα ψυχή* olim multum disputatum est, num de singulis animis esset accipiendum, an de anima universa. Prior sententia placuit Harpocrationi, de quo v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 159. Posterior defensorem nacta est Posidonium Rhodium; v. Backius De Posidon. Rhodio p. 241. Singulas animas pariter atque universam animam philosophus in eadem caussa intellexit Legg. X. p. 896. D sqq.

παῦλαν ἔχει ζωῆς] Afferens haec Scholiastes Aristophanis ad Nubb. v. 95. exhibet *παῦλαν. ἔχει καὶ ζωῆς*, quod per se non displicet, sed a codicibus nihil habet commendationis.

τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως] V. ad p. 249. C. Cicero l. c. quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium.

D. *μηδ' ἐξ ἑνός*] plane nulla ex re alia. Nam *μηδὲ εἷς* paullulum differt a *μηδείς*. v. ad Rempubl. p. 506. A. Phaed. p. 72. D. Sympos. p. 177. A. 214. D.

εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ —, οὐκ — γίγνοιτο] Muretus l. c. coniecit *οὐκ ἂν ἀρχὴ γένοιτο*, vel potius *γίγνοιτο*. Cicero: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Buttmanno placebat: *οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο*, quod legisse videntur Iamblich. Introd. in Nicom. Arithm. p. 111. Theodoret. Therap. II. p. 504. A. Sed facile isto *ἔτι* caremus nec opus est ut *οὐκ ἀρχὴ* scribatur. Docetur enim his verbis, solum principium esse ideoque extra ipsum principium nullum posse cogitari, unde ipsum gignatur. Recte iam Ficinus: Principium autem sine ortu est; ex principio enim necesse est quidquid generatur oriri ipsum autem ex nullo

ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν στῆναι καὶ μή ποτε αὖθις ἔχειν ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦ- E

verbum στῆναι, quod Muret., Cornar., Stephan., Heindorf., Ast., Bekker. (hic quidem lectore non monito) repudiarunt. Deest in Vind. α. ita ut spatium vacuum relictum sit. Neque est in codd. Stob. Ecclogg. Phys. I. Bouhierii correctio Animadv. ad Cic. Tusc. p. 30. proposita: ἔχειν σθένος, ne digna est quidem, quam commemoremus.

ἀθανάτου δὲ] δὲ om. Bodl. et qui fere cum ipso faciunt.

καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν] V. τοῦτο αὐτό quod ex optimis plurimisque codd. emendatum. v. Schneider ad Remp. III. 386. E.

nam si principium oriretur ex aliquo, ex principio utique non oriretur, h. e. illud ipsum, unde oriretur, non esset principium, propterea, quod principium ipsum principium est nec vero aliud quiddam praeter ipsum. Ceterum ad rem bene confert Astius locum Timaei ap. Clement. Alex. Strom. V. p. 604. B. Sylb. et Euseb. Praepar. Evang. XIII. 13. p. 681. D.

E. ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν — στῆναι] Verissimam hanc lectionem codd. manuscripti magna consensione firmarunt, quum olim πᾶσάν τε γῆν circumferretur. Enimvero οὐρανὸν non viderunt esse rerum universitatem; γένεσιν autem generationem, qua, quaecunque illa continentur, oriuntur atque nascuntur, quaeque opposita est τῷ στῆναι. Recte Cicero: Vel concidat omne coelum omnisque natura. Nec male Ficinus: Alioquin omne coelum omnisque generatio etc. Etiam Planudem γένεσιν legisse compertum habemus. Ad στῆναι e praecedenti δυνατὸν per zeugma intelligendum esse ἀναγκαῖον, verissima est Heindorfi observatio, quam si quis exemplis firmatam cupiat, inspiciat is quae disputavimus ad Reip. VI. p. 490. A. et quae monuit Hermannus ad Lucian. De Conscrib. Histor. p. 42 sq. Conf. p. 271. B.

ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων] Recte libri optimi et plurimi τοῦτον αὐτὸν pro τοῦτο αὐτό: quod qui amplexati sunt, immemores fuerunt illius attractionis, de qua Matth. Gr. p. 822 sq. §. 440. 7. exposuit. Iam si quaeris verborum sententiam, non potest dubitari, quin philosophus hoc dicat: Quum apparuerit id quod se ipsum moveat esse immortale atque aeternum, nemo iam verecundabitur affirmare eam ipsam esse animi naturam atque ratio-

τον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα,
ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δὲ ἔνδοθεν
αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως
ψυχῆς. εἰ δ' ἐστὶ τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι
246 τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν

ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτῷ] V. *αὐτό*, praeter fidem permultorum eorumque optimorum codicum.

P. 246. *ἀγένητόν τε καὶ ἀθ.*] Aliquot codd. *ἀγέννητον*.

nem, ut se ipsum moveat. *Λόγος* h. l. est notio, quam de animi vi et natura mente complectimur. Recte Schleiermacherus: *dieses für das Wesen und den Begriff der Seele zu erklären*. Ceterum argumentum hoc immortalitatis ex libero animi motu petitum tractavit philosophus uberius Legum Libr. X. p. 890—896. A. conf. Aristotel. De Anim. I. 2.

P. 246. *περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς —*] Animi naturam illustraturus fabulae utitur involucro. Quod quamnam ob causam ita fecerit, in Prolegomenis exposuimus. Conf. annot. ad Phaedon. p. 107. D. Sed audias ipsum Tim. p. 29. C. *ἐὰν οὖν μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὑτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν*. Legg. X. p. 898. D. *μὴ τοίνυν ἐξ ἐναντίας οἷον εἰς ἥλιον ἀποβλέποντες ποιησώμεθα τὴν ἀπόκρισιν — πρὸς δὲ εἰκόνα τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας ἀσφαλέστερον ὁρᾶν*. Reip. IX. p. 588. C sqq. Phaedon. p. 108. D. 110. B. 114. D. Censet autem declarandum esse, quaenam sit vis animi tum divini tum humani: quod diligenter tenendum est, ne in interpretando loco temere ruamus.

πάντῃ πάντως] Vide ad Remp. VI. p. 490. A. X. p. 612. A. Tim. p. 29. C.

Ἐοικέτω δὴ ξυμφ.—ἡνιόχου] Similis sit concretae cuidam ex auriga bigisque pennatis naturae. Mirati sunt saepenumero viri docti, cur philosophus animis alas attribuerit, eiusque rei causam modo in Pythagoreorum placitis, modo in doctrina Orphicorum, modo in ioco nescio quo aut in irrisione quaerendam censuerunt. Verum enim vero hi si paullulum istas doctrinae copias seposuissent et id ipsum, de quo peroratur, diligentius consideravissent, plus certe fuerant expedituri, quam mentis acie veluti praestricta efficere potuerunt. Describit Socrates toto hoc loco divini vim amoris, quo agitantur eorum pectora, qui coelestibus sacris initiari cupiunt. Iam vero quemadmodum Amor vulgo alatus fingebatur, de qua re v. Eurip. Hippol. 1270 sqq. Aristoph. Avv. v. 573. ibique Schol.; coll. Voss. *Mythol. Briefe*, T. II. p. 30 sqq., ita etiam animus alis instruitur, quod veluti signum est vehementis appetitionis, qua fertur ad ea, quorum studio est incensus atque inflammatus. Enimvero Graeci *ἀναπτεροῦσθαι* et

τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. Περὶ μὲν οὖν ἀθανασίας αὐτῆς ἱκανῶς.

Cap. XXV. Περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς ὧδε λεκτέον· οἷον μέν ἐστι, πάντῃ πάντως θείας εἶναι καὶ μακρᾶς διηγήσεως, ᾧ δὲ ἔοικεν, ἀνθρωπίνης τε καὶ ἐλάττονος. ταύτῃ οὖν λέγωμεν. Ἐοικέτω δὴ ξυμφύτῳ

Ἐοικέτω δὴ ξυμφύτῳ] V. Ἔοικε δὴ τῇ ξ. δ., quod e plurimis codd. correctum. Bodl. ἔοικε τῷ. δὴ, unde apparet caussa erroris.

πτοεῖσθαι dicunt eos, qui studio et affectu vehementer moveantur; de quo usu loquendi vide annot. ad Sympos. p. 206. D. Phaedon. p. 68. C. Xenoph. Sympos. IX. 5. Markland. ad Eurip. Suppl. v. 89. Et in divino quidem animo atque mente nunquam restinguitur illud rerum divinarum desiderium, unde ψυχὴ τελέα οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ, h. e. regit et gubernat. Sed alia est aliorum animorum conditio, ut qui bigis similes sint, quibus duo equi sunt iuncti, ex quibus alter contumax est ac refractarius. Enimvero, quod iam Plutarch. Quaestt. Platt. p. 1008. C. vidit, dubitari non potest, quin philosophus partem animi rationalem sive τὸ λογιστικὸν comparaverit aurigae; partem alteram, quae τὸ θυμικὸν audit, utpote cupiditatibus generosiorem, equo morigero atque bono; denique τὸ ἐπιθυμητικὸν equo feroci nec ita facile domando. conf. Reipubl. IV. p. 439. D. IX. p. 580. D sqq. X. p. 604. D. Ex hac igitur animorum natura explicatur, qui fiat, ut sensim paullatimque, divinae immemores originis, amittant alas. Qua quidem πτερορρυήσει nihil aliud putamus significari, quam studii rerum divinarum remissionem, qua fiat, ut animus in dies magis cupiditatibus indulgeat atque sensuum illecebris obnoxius ad ea praeceps feratur, quae ipsum a rerum coelestium amore avertant. En habes nostram de hac re sententiam, qua, nisi egregie fallimur, omnes tenebrae loco offusae protenus dispelluntur. Pauca de hac re etiam in Prolegomenis disputavimus. Ceterum Hierocles in Aur. Carm. ad v. 69. ab Heindorfio laudatus: ὁ ἄνθρωπος — ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. Καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα, ὃ δὴ Πλάτων ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν. Quae quam vera sint, nunc non decernam. Negavit enim Schleiermacherus Platonem in hac doctrina sua efformanda Pythagoreis aliquid debuisse. Quanquam illud nemo infitiabitur, Pythagoreos animi naturam vel duplicem vel etiam triplicem finxisse, prouti τὸ θυμικὸν et τὸ ἐπιθυμητικὸν vel segregarunt vel tanquam unum quiddam rationi opposuerunt; de qua re vid. Ciceron. Tuscul. IV. 5. Plutarch. de placit. Philos. IV. 4. 5. II. 5. Diogen. Laërt. VIII. 30. Stobaeus Ecclogg. Phys. I. 2. Apuleius de habitud. Doctr. Plat. I. p. 586. Suidas v. νοῦς. Quae si quis diligenter consideraverit, vestigia Pythagoricae doctrinae in his Platonis placitis conspicua esse

δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου. θεῶν μὲν οὖν ἵπποι τε καὶ ἡνίοχοι πάντες αὐτοί τε ἀγαθοὶ καὶ
B ἐξ ἀγαθῶν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται. καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων ξυνωρίδος ἡνιοχεῖ, εἶτα τῶν ἵππων ὁ μὲν αὐτῷ καλός τε καὶ ἀγαθὸς καὶ ἐκ τοιούτων, ὁ δὲ ἐξ ἐναντίων τε καὶ ἐναντίος. χαλεπὴ δὴ καὶ δύςκολος ἐξ ἀνάγκης ἡ περὶ ἡμᾶς ἡνιόχησις. Πῇ δὴ οὖν θνητὸν καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα ἡ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνο-
C μένη. τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἡ δὲ πτερορ-

ἡνίοχοι πάντες αὐτοί τε] καὶ πάντες αὐτοὶ Bodl. ΔΠ DGT sub quo Bacterus latere suspicatur: πάντες καὶ αὐτοί.

B. ὁ μὲν αὐτῷ καλός] Heindorfius coni. αὐτῶν, quod est in Vind. 4. Non debebam olim recipere.

θνητὸν καὶ ἀθαν.] Vulgo θνητόν τε καὶ ἀθ. Nunc τε Hermanno praeeunte cum Bodl. ΔGT et pr. Π. omisimus. Mox οὖν post τελέα μὲν cum libro Vaticano om. plurimi.

vix negare audebit. Illud quoque manifestum arbitramur, philosophum, quo tempore Phaedrum scripsit, iam eandem de animi humani natura sententiam animo suo informatam tenuisse, quam in libris de Republica copiosius illustravit.

ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν] Sic infra p. 249. E. p. 274. A. Laudant Markland. ad Lys. p. 367. Reisk. Welcker. ad Theogn. Prolegg. p. LIV. intpp. ad Soph. Phil. v. 384. et 874. Aristoph. Rann. v. 744. Iam vero quum adiiciatur τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται, non est obscurum, in qua re deorum virtus cernatur. Dein αὐτῷ refer ad aurigam. Non opus, ut αὐτῶν scribatur, quod volebat Heindorf.

B. καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων —] Duae sunt res, quibus humani animi currus a divino differre statuitur, primum quod ille bigis vehitur; nam ξυνωρίδος maiore vocis gravitate efferendum: deinde quod bigis istis bonus atque malus equus iunctus est. Deorum vehiculum quale informari debeat, non accuratius indicatur; hoc unum intelligitur, constans illud esse, aequabile, nihil alienum ac dispar in se continens.

Πῇ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον —] Subiectum enuntiati est ἡ ψυχή. Disquiritur enim nunc, qua ratione (πῇ, divina an humana) animus nomen acceperit animalis mortalis atque immortalis. Et mortalis quidem ζώου nomen inde repetitur, quod animi, quum servata nativa sua virtute τῷ ἀψύχῳ praesint et omnem rerum universitatem permeent aliis atque aliis formis informati (de qua sententia disputatur fusius Legg. X. p. 896. D. sqq.), tamen item, ubi vitae

ῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται, οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν, θνητόν τ' ἔσχεν ἐπωνυμίαν· ἀθάνατον δὲ οὐδ' ἐξ ἑνὸς λόγου λελογισμένου, ἀλλὰ πλάττομεν, οὔτε ἰδόντες οὔθ' ἱκανῶς νοήσαντες, θεὸν ἀθάνατόν τι ζῶον, ἔχον μὲν ψυχήν, D ἔχον δὲ σῶμα, τὸν ἀεὶ δὲ χρόνον ταῦτα ξυμπεφυκότα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω. τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀποῤῥεῖ, λάβωμεν. ἔστι δὲ τις τοιάδε.

πᾶσα ἡ ψυχὴ π. ἐπ.] Sic Bodl. ΔGF et pr. H. In Flor. g. h. Vind. 4 7 a. est πᾶσα ψυχή. V. ψυχὴ πᾶσα.

C. μετεωροπορεῖ τε καὶ π.] Sic codd. Legebatur μετεωροπολεῖ. Dein vulgo ἅπαντα, invitis codd. fere omnibus.

ἀλλὰ πλάττομεν —] V. πλαττομένου. Illud cum Bekkero restitui e Flor. c. DNO, marg. F., et corr. Φ. Dein Bodl. Vatic. Ven. Π et alii nonnulli οὔτ' εἰδότες. Ibidem est τὸ ζῶον.

divinae appetitio in iis sit debilitata (πτεροῤῥυήσασα), cum mortalibus sive terrenis corporibus coniungantur, quae propter animi vim videantur semet ipsa movere posse. Quocirca corpus cum animo conglutinatum, quum mortale sit, et tamen proprio motu pollere videatur, θνητὸν ζῶον dictum esse statuitur. His vero expositis deinceps etiam de nomine ζώου ἀθανάτου disseritur. Quod quidem iudicatur neutiquam certa et explorata niti ratione, quandoquidem ita loquentes deum informemus tamquam animal quoddam immortale, quod corpus et animum ita coniunctum habeat, ut utriusque coniunctio sempiterna sit, quum tamen deum nec conspexerimus unquam nec satis mente et cogitatione assequuti simus. Quibus verbis carpitur vulgaris quaedam ea de re sententia. Sed his de loci sententia expositis restat ut etiam de verborum ratione dicatur, quae iam vulgato πλαττομένου in πλάττομεν mutato et commate post θεόν sublato non adeo difficilis ad explicandum videtur. Nam ad ista: ἀθάνατον δὲ — λελογισμένου ex superioribus liquet repetendum esse ἔσχεν ἐπωνυμίαν, ut nec coniectura Car. Badhami opus sit, qui λελογίσμεθα legi voluit. Quippe λόγος λελογισμένος est ratio recte conclusa, cui apponitur quodammodo proximum ἱκανῶς νοῆσαι. De οὐδὲ εἷς vero v. ann. ad Phaedon. p. 72. D. Symp. p. 214. D. Reip. VI. p. 506. A. al.

D. Τὴν δ' αἰτίαν — λάβωμεν] De Republ. VII. p. 533. B. ὃ ἔστιν ἕκαστον, οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν. Legg. III. p. 676. C. de quo loco v. Boeckhius in Min. p. 155.

Cap. XXVI. *Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. κεκοινώνηκε δέ πῃ μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου* [*ψυχή*]. *τὸ δὲ θεῖον καλόν, σοφόν, ἀγαθὸν*

D. *τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή*] Codd. *AB τὸ θεῖον σῶμα*, quod est etiam in Flor. b. i. Sed cod. E. et pr. F *τοῦ θείου σῶμα*. Voc. *ψυχή* eiecerunt Turicenses de sententia Heindorfii. v. explicat. Mox Bodl. *II* G *μάλιστά τε τὸ τ.* Vat. et D N *μάλιστά γε τὸ τῆς*, quod Turr. dederunt.

κεκοινώνηκε δέ πῃ μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τ. θ.] *Τὰ περὶ τὸ σῶμα* sunt corporea, quae ad corpus pertinent, nota periphrasi. Iam si additur *ψυχή*, facile apparet ineptam exsistere sententiam, quandoquidem etiam *ψυχή* ad corporea referretur. Itaque Heindorfius Plutarchi usus auctoritate Quaest. Plat. p. 1004. C. = 265. ed. Hutten. istud *ψυχή* tanquam turpissimum glossema extrusit. Quo expulso sententiarum ordo hic est: Alae vis ita comparata est, ut gravia sursum evehat in ea loca, in quibus deorum genus habitat. Iam vero inter corporea ala maxime particeps est rerum divinarum. Nam *τὸ πτέρωμα* est impetus ille, quo animus ad aliquid fertur et ad sublimia extollitur. Quidquid autem divinum est, id in pulcro, honesto, bono cernitur. Ex quo consequitur, ut animi ala illis maxime nutriatur et corroboretur. Schleiermacherus *ψυχῇ* putabat scribendum esse, quo restituto hunc volebat esse sensum verbornm: *Auch theilt er vorzüglich der Seele mit von dem, was des göttlichen Leibes ist.* Iunxit igitur primum *τοῦ θείου* cum *τὸ σῶμα*; deinde hoc ipsum non recte interpretatus est; denique *κεκοινώνηκε* pro verbo activo habuit. In quibus quantum fraudis et erroris insit, nemo est quin sponte videat. Nihilominus minime putamus temere reiiciendam esse viri acutissimi coniecturam, modo locus aliter intelligatur. Constat enim *κοινωνεῖν τινί τινος* ita dici, ut sit: cum aliquo in alicuius rei communionem venire; vid. Matthiae Gr. §. 325. annot. 2. Itaque ala dicitur omnium rerum corporearum maxime una cum animo rerum divinarum particeps esse. Quae sententia ipsi rei est longe convenientissima. Enimvero quod antea dicitur *ἡ πτεροῦ δύναμις*, id non pertinet ad mentis alam, ut sibi persuaserat Heindorfius; sed universe alam quamcunque, eamque corpoream et adspectabilem indicat, ita ut philosophus tacite transeat ad metaphoricum usum vocabuli, cui iam praelusit verbis antegressis: *ᾗ τὸ θεῶν γένος οἰκεῖ*. Iam vide mihi argumentationis et simplicitatem et perspicuitatem, ac non dubitabis, quin *ψυχῇ* legendum sit. Alae cuiusvis natura, inquit, ea est, ut gravia sursum evehat, ubi est sedes deorum immortalium. Ergo inter omnia, quae ad corpus pertinent, ea una maxime cum animo particeps extitit rerum divinarum. Divinum autem in pulcritudine, sapientia, honestate, et id genus

καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτη- E

E. ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα] V. πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων invitis codicibus. Voc. ἡγεμὼν Groen. van Prinsterer. Prosopogr. Plat. p. 161. delendum censet, collato loco Sophocl. Electr. v. 174 sq. Nec habet illud Plutarch. p. 1102. E. Sed tuetur Dionys. De admir. vi Dem. VI. p. 971. ed. Reisk. qui pro τῷ δὲ ἕπ. offert τοῦ δὲ ἕπ,

aliis rebus cernitur. Unde consequens est, ut τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα iisdem nutriatur. In qua argumentatione rectissime illud se habet, quod animum natura sua rerum divinarum capacem esse commonemur: unde ipsa etiam alae ope ad res divinas evolat. conf. infra p. 248. B. C. In ordine verborum non est quod quis haereat. Recte enim ψυχῇ in clausula positum. Atque haec si probabiliter explicavimus, cur ψυχή, quod omnes codd. tuentur, non temere eiiciendum fuerit, satis constare arbitramur.

E. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμών —] Locus multum celebratus a posteris scriptoribus, quem ridet propter nimiam granditatem et sermonis ampullas Lucianus Piscat. §. 22. Bis Accus. §. 33. quia dithyrambici quiddam habeat, reprehendit Dionysius Hal. De admir. vi Demosthen. T. VI. p. 971 sq. ed. Reisk. Nimirum describitur vita deorum atque animorum coelestis, ita ut simul etiam totius rerum universitatis imago ac pictura exhibeatur. Summa disputationis haec est. Duodecim dii Iove duce singulis praefecti agminibus e domo sua, quam Vesta interea servat, in coelum versus proficiscuntur. Et intra coeli quidem terminos (ἐντὸς τοῦ οὐρανοῦ) multa et beata sunt eorum spectacula, sequiturque agmina quicunque et vult et potest. Sed quum dii proficiscuntur ad epulas, quae supra coeli fornicem celebrantur iisque aeternum praebent pabulum (Plato idearum contemplationem significat), tum vero sub coelestem fornicem per acclive escendunt, ut iter fiat difficillimum. Et deorum quidem vehicula, quia servant aequilibrium ac facile frenis reguntur, nullo negotio in eum, in quem contendunt, locum perveniunt; cetera autem aegre eodem evehuntur, quia equus ille non expers pravitatis, si non satis domitus est, pro ingenio suo lubenter fertur deorsum. Iam vero immortales animi, qui deorum sunt, ubi ad summa pervenerunt cacumina, continuo superatis coeli huius mundani finibus in dorso eius consistunt. Hinc autem circa coelum aguntur, atque mente et ratione ea, quae extra coelum sunt, spectant et intuentur: quae quoniam in se vera sunt atque absoluta, etiam perfectam menti afferunt scientiam et cognitionem. Quocirca animi immortales illic intuentur ipsam iustitiam, temperantiam, sapientiam, in se absolutam et ab omni vicissitudinis inconstantia liberam atque immunem. Circumacti autem et rursus in pristinum locum reversi intra coeli terminos submergunt redeuntque domum, ubi equi ambrosia et nectare pascuntur. Hoc fere argumentum est totius loci, qui quomo-

νὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαι-
247 μόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἣν ἕκαστος ἐτάχθη. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ μακάριαι θέαι τε καὶ διέξοδοι ἐντὸς οὐρανοῦ, ἃς θεῶν γένος εὐδαιμόνων ἐπιστρέφεται, πράττων ἕκαστος αὐτῶν τὸ αὑτοῦ. ἕπεται δὲ ὁ ἀεὶ ἐθέλων τε καὶ δυνάμενος· φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται.
B ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤδη. τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα ἰσοῤῥόπως εὐήνια ὄντα ῥᾳδίως πορεύεται, τὰ δὲ ἄλλα μόγις· βρίθει γὰρ ὁ

P. 247. ὁ ἀεὶ ἐθέλων] V. θέλων, quod ex optimis libris mutatum. Dein vett. editt. πρὸς δαῖτά τε καὶ ἐπὶ θοίνην: sed τε om. Bodl. et non pauci alii. v. Winckelmann ad Euthyd. p. 46. Ordinem verborum θείου χοροῦ item debemus libris optimis. Vulgo χοροῦ θείου.

B. ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα] V. ἐπὶ τὴν οὐρ. ἁψ. Sed plurimi in iisque etiam Bodl., scribunt ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον vel ὑπουρανίαν ἁψῖδα, quod nunc praeeunte Bekkero recepimus. Etenim fastigium et culmen universi ex inferioribus locis spectantibus utique est ὑπουράνιος ἁψίς. Quamquam etiam οὐράνιος vocari potuit. Atque eo fit, ut multi hinc memoraverint simpliciter ἁψῖδα οὐράνιον, veluti Maxim. Tyr. Diss. XVI. p. 316. Iulian. IV. p. 132. C. 149. D. Euseb. Praep. Ev. XIII. 16 al. quos magnam partem attulit Astius. Sed credibile tamen est ὑπουράνιον esse Platonis. Nam primum quidem huius usu vocabuli gravius commonemur istam itineris difficultatem in regionibus coelesti fornici subiectis, non item in superioribus, emergere. Deinde convenit hoc ipsum etiam verbis proximis: πρὸς ἄναντες ἤδη. Denique audias Proclum Theol. Plat. IV. 7. μετὰ δὲ τὸν ὑπουράνιον τόπον καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἡ ὑπουράνιός ἐστιν ἁψὶς, ἣν ὅτι μὲν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν δεῖ τάττειν, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ οὐρανῷ, παντὶ καταφανές. οὐ γὰρ οὐράνιος ἁψὶς ἀλλ' ὑπουράνιος παρὰ Πλάτωνι προσείρηται. Ibid. IV, 6. Πλάτων διαστέλλει τοὺς τρεῖς τούτους διακόσμους, τὸν ὑπερουράνιον πόλον, τὴν οὐρανίαν περιφοράν, τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα.

do subtilius sit expliandus atque illustrandus, copiosius in Prolegomenis disputavimus.

P. 247. πράττων ἕκαστος] Ita dicitur perinde ac si praecesserit θεοὶ εὐδαίμονες ἐπιστρέφονται. Deos Platonis sententia invidia liberos esse, testatur locus Tim. p. 29. D. Platonis hoc effatum quam multi celebraverint, disces a Wyttenbachio ad Eunap. p. 102. Vulgaris erat sententia: τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν. v. Herod. I. 23.

B. ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος] si cui antea

τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ τὴν γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος τῶν ἡνιόχων. ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι, ἡνίκ' ἂν πρὸς ἄκρῳ γένωνται, ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ C
οὐρανοῦ νώτῳ, στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά, αἱ δὲ θεωροῦσι τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. Cap. XXVII. τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. ἔχει δὲ ὧδε. τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα. ἡ γὰρ ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφὴς οὐσία, ὄντως οὖσα, ψυχῆς κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ, περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος, τοῦτον ἔχει τὸν τόπον. ἅτ' οὖν θεοῦ D

Deinde e Flor. ϑ. Vind. 6. et corr. *ΓΦ* reposui τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα, Vulgo οὖν deest: in quo asyndeto haesit Heindorf. Nec placuit illud Schneidero, qui in Commentat. De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 11. legendum suasit ᾗ δὴ τὰ μὲν θεῶν ὀχ. κτλ.

ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος] Vett. editt. ἣν μὴ καλῶς ᾖ τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων. At primum quidem ὑπὸ in omnibus codd. desideratur, ut vel hanc ab causam delendum fuerit. Deinde ᾧ μὴ Bodl. cum plurimis codd. mss. et edit. Bas 2.; solus Ven. Ξ cum Ald. Bas. 1. Stephan. ἣν μή. Iam quum libri plurimi ᾖ tueantur, olim cum Bekkero ᾧ ἂν μὴ κ. edidimus. Sed ἂν ne unus quidem codex suppeditavit. Itaque nunc cum Astio e Par. NO et Monacc. scripsimus ἦν, quod in ἢι h. e. ᾖ facillime potuit mutari. Turicenses: ᾧ μὴ καλῶς ᾖ. Fortasse ἠ h. e. ἦν voluerunt.

C. στάσας δὲ αὐτὰς περ.] V. ἱστάσας, quod correxit Heindorf. e Proclo Theol. Plat. p. 211. et Bekker. ex Damascii cod. Paris. Pro θεωροῦσι Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΛΠ* Vind. Φ Par. BCEGNOT r. b. Flor. b. i. ϑ. scriptum habent θεώρουσαι.

μόνῳ θεατὴ νῷ] V. μόνῳ θεατῇ νῷ χρῆται. Sed χρῆται deest in Bodl. ΔGT et pr. II. Itaque cum Astio pro θεατῇ scripsimus θεατή, quod servarunt Clem. Al. Strom. V. p. 553. A. Damasc. de princip. p. 353. Kopp. Proclus in Alcibiad. I. p. 77. ed. Creuz. Origen. c. Cels. VI. 19. et Pollux II. 56. Antea mutato ordine ψυχῆς vel ψυχῇ οὖσα quidam cum Bodl.

non erat bene educatus et instructus. Ferri non potest quod Bekker. edidit ᾧ μὴ κ. ᾖ. Quod autem dedit Heindorf. ᾧ ἂν μ. κ. ᾖ, id librorum destituitur testimoniis. Verum postrema editione Ast. assecutus est.

C. περὶ ἀληθείας λέγοντα] V. ad Criton. p. 49. A.

περὶ ἣν τὸ τῆς ἀλ. — ἔχει τὸν τόπον] ad quam οὐσίαν absoluta scientia et cognitio pertinet. Fallitur Heindorf. Platonem ratus hoc dicere, ceteras ideas,

διάνοια νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκήρατος στρεφομένη, καὶ ἁπάσης ψυχῆς, ὅση ἂν μέλλῃ τὸ προσῆκον δέξασθαι, ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὂν ἀγαπᾷ τε καὶ θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ, ἕως ἂν κύκλῳ ἡ περιφορὰ εἰς ταὐτὸν περιενέγκῃ. ἐν δὲ τῇ περιόδῳ καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην, καθορᾷ δὲ σωφροσύνην, καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν,
E οὐδ' ἥ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ ὅ ἐστιν ὂν ὄντως ἐπιστήμην οὖσαν· καὶ τἆλλα ὡσαύτως τὰ ὄντα ὄν-

D. ἀκήρατος στρεφομένη] Nuper τρεφομένη e Vindd. 1. 3. 4. 7. α. Flor. h. Mon. aliis, editum. Dein vulgo ἀκηράτῳ. Sed recte Bodl. et Vat. cum permultis aliis ἀκήρατος. Nonnulli ἀκηράτως, quod ostendit erroris origines. Antea Bodl. ἔχει τὸν τρόπον.

ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι] V. ὅσην. Bodl. ὅσηι. Δ. ὅσοι. Ceteri ὅση. Pro μέλλῃ cod. Λ μέλῃ. Aoristum δέξασθαι tuentur plerique omnes. Vulgo erat δέξεσθαι.

ut δικαιοσύνην, σωφροσύνην, alias, circa hanc τοῦ ὄντως ὄντος ἰδέαν versari.

D. ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι] h. e. cui (fatorum voluntate) destinatum est ut accipiat quod ipsi convenit. Sic enim μέλλειν intelligendum, ut sexcenties. Ne vero haereas in isto ἁπάσης ψυχῆς, ἅπας est unusquisque, de quo dictum est ad Phaedon. p. 108. B. Est tamen aliud quid, quod in scriptura nuper inde a Bekkero ab omnibus recepta: ἀκηράτῳ τρεφομένη, vehementer displiceat. Nam vide mihi haec: ἅτε οὖν θεοῦ διάνοια — τρεφομένη — τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ. Dicitur igitur mens divina et cuiusque bonae animae intelligentia **nutrita** denuo veritatis contemplatione **nutriri**. Quae certe est balbutientis oratio. Nimirum unice verum est quod optimi plurimique codd. mss. servarunt, ἀκήρατος στρεφομένη, hoc sensu: Utpote igitur dei ratio (Geist) **propter mentem et scientiam** sese vertens **pura et intaminata** et cuiusque animi aliquando id quod ipsi convenit assecuturi tandem aliquando (διὰ χρόνου) id, quod est conspicata, illud amat atque diligit veroque intuendo nutritur et suaviter afficitur etc. Praeterea vero haud scimus an istud ἅτ' οὖν cum Heindorfii amico mutandum sit in ᾗ τ' οὖν. — διὰ χρόνου, tandem aliquando. De εὐπαθεῖν, suaviter affici, v. Wyttenbach. ad Plut. apophthegm. p. 176. B. Lobeck. ad Phrynich. p. 283. Bähr. ad Plutarch. Pyrrh. p. 206.

αὐτὴν δικαιοσύνην] Stephanum mireris articulo interposito scribi voluisse αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην: multo magis etiam mireris Heindorfium αὖ τὴν δικ. coniectantem. Nimirum quum intelligatur iustitia, temperantia, sapientia, per se absoluta, arti-

τως θεασαμένη καὶ ἑστιαθεῖσα, δῦσα πάλιν εἰς τὸ εἴσω τοῦ οὐρανοῦ, οἴκαδε ἦλθεν. ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ὁ ἡνίοχος πρὸς τὴν φάτνην τοὺς ἵππους στήσας παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε καὶ ἐπ' αὐτῇ νέκταρ ἐπότισε. Cap. XXVIII. Καὶ οὗτος μὲν θεῶν βίος. αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαί, ἡ μὲν ἄριστα θεῷ ἑπομένη καὶ εἰκασμένη ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλήν, 248 καὶ συμπεριηνέχθη τὴν περιφοράν, θορυβουμένη ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ μόγις καθορῶσα τὰ ὄντα· ἡ δὲ τοτὲ μὲν ἦρε, τοτὲ δ' ἔδυ, βιαζομένων δὲ τῶν ἵππων τὰ

καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην] V. δικαιοσύνη, σωφροσύνη et ἐπιστήμη. Accusativum cum Bodl. plurimi suppeditarunt.

οὐδ' ἥ ἐστί που] Sic permulti libri pro eo quod Steph. habet οὐδ' ἥ.

E. τὰ ὄντα ὄντως] Sic codd. fere omnes. Vulgo τὰ ὄντως ὄντα. conf. p. 249. C.

P. 248. ἄριστα θεῷ ἑπομένη] Vulgatum θεῶν correctum ex codd. praeter unum omnibus.

τοτὲ δ' ἔδυ] V. τοτὲ δὲ καὶ ἔδυ, quod paucissimi habent.

cuius recte omitti potuit. Phileb. p. 62. A. ἔστω δή τις ἡμῖν φρονῶν αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, ὅ τι ἔστιν. Theaet. p. 175. C. εἰς σκέψιν αὐτῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας. Parmenid. p. 133. D. αὐτῇ δεσποτεία αὐτῆς δουλείας. P. 134. B. αὐτῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχομεν. P. 133. D. οὐκ αὐτοῦ δεσπότου δήπου, ὅ ἐστι δεσπότης, ἐκείνου δοῦλός ἐστιν. Ibid. οὐδὲ αὐτοῦ δούλου δεσπότης ὁ δεσπότης. Et sic saepius in Parmenide αὐτὸ μέγεθος αὐτῆς σμικρότητος, κτλ. De Rep. V. p. 476. C. αὐτὸ δὲ κάλλος μήτε νομίζων κτλ.

οὐχ ἡ γένεσις — καλοῦμεν] Nam quae sub sensus subiecta sunt, ea oriuntur, mutantur, pro varia, qua cum aliis rebus continentur, necessitudine, alia atque alia evadunt, denique sicuti originem habuere, ita etiam occidunt et intereunt. Longe aliter se habent quae in se sunt absoluta atque aeterna. conf. Sympos. p. 210. E sqq.

P. 248. αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαί —] Qui animi utuntur effreno et contumaci equo, hoc est sensibus et cupiditatibus indulgent, ii consistere in coeli dorso nequeunt neque tranquille intueri extra mundum collocatas rerum puras notiones: itaque decidunt in terram et mortales nascuntur homines. Horum autem pro cognitionis rerum coelestium diversitate novem constituuntur classes, quas describit Plato infra. D.

ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον —] Itaque illae uno capite emergunt, ut clarissime appareat coeli superficiem fingi aethercam, non aheneam. Vult autem hoc significare, ratione et intellectu, non τῷ θυμικῷ aut τῷ ἐπιθυμητικῷ percipi rerum coelestium cognitionem.

τοτὲ μὲν ἦρε] h. e. ὑπερῆρε τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλὴν εἰς τὸν ἔξω τόπον. Quod non repetitum est ὑπερῆρεν, eius rei causam disces ex annot. ad Phaedon. p. 59. B.

μὲν εἶδε, τὰ δ' οὔ. αἱ δὲ δὴ ἄλλαι γλιχόμεναι μὲν ἅπασαι τοῦ ἄνω ἕπονται, ἀδυνατοῦσαι δὲ ὑποβρύχιαι ξυμπεριφέρονται, πατοῦσαι ἀλλήλας καὶ ἐπιβάλλουσαι,
B ἑτέρα πρὸ τῆς ἑτέρας πειρωμένη γενέσθαι. θόρυβος οὖν καὶ ἅμιλλα καὶ ἱδρὼς ἔσχατος γίγνεται. οὗ δὴ κακίᾳ ἡνιόχων πολλαὶ μὲν χωλεύονται, πολλαὶ δὲ πολλὰ πτερὰ θραύονται· πᾶσαι δὲ πολὺν ἔχουσαι πόνον ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θέας ἀπέρχονται, καὶ ἀπελθοῦσαι τροφῇ δοξαστῇ χρῶνται. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἐστιν, ἥ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖ

πατοῦσαι ἀλλήλας] V. perperam ἀλλήλαις, praeter fidem codicum fere omnium.

B. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπ.] Sic corr. II. V. οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ π. σπ. Bodl. οὐδὲν ἔχει πολλὴ σπ. ut est etiam in ΔGT et pr. II. Alii οὗ δ' ἐνέχει vel οὗ δὴ ἐνέχει. Verum primus restituit

ὑποβρύχιαι ξυμπεριφέρονται] h. e. sub coeli superficiem submersae, ut ne aurigae quidem caput promineat, h. e. intellectu et ratione nihil percipiatur.

B. πολλαὶ μὲν χωλεύονται] Χωλός, quod vulgo claudum interpretantur, significat eum, qui aliquo corporis membro debilitatus est. Itaque plus est θραύονται, pro quo non inepte Hermias legit καταθραύονται, penitus confringuntur. Quod ita accipimus, ut πολλὰ exterminandum censeamus. Et habent tres libri Parisini inverso ordine πτερὰ πολλά. Nisi forte scribendum est: πολλαὶ δὲ πολλάκις πτερὰ θρ.

ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θέας ἀπ.] Imago petita est a mysteriorum spectatione, ut infra p. 249. C. et p. 250. B. Conf. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 23. Creuzer. ad Plotin. de pulcr. CVII. CXI. et Wyttenbach. ad Phaedon. p. 134 sqq.

οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ] Ἡ πολλὴ σπουδὴ nunc est magnum illud, de quo dixi, studium. Nam ita capiendus articulus est. Phaedon. p. 58. C. διὰ ταῦτα καὶ ὁ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, quanquam ibi optimi codd. omittunt articulum. Ibid. p. 88. A. ἐν ταῖς πολλαῖς γενέσεσιν. Infra p. 270. A. τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο. Demosthen. De Coron. p. 278. τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; h. e. multa ista. vid. Matth. Gr. §. 267. coll. 266. Praeterea advertas breviloquentiam. Nam quum in apodosi inferri deberet: τοῦτό ἐστι, ὅτι ἥ τε δὴ προσήκουσα ψ. κ. τ. λ., omissa ea parte, in qua esse oportebat demonstrativum, statim res ipsa indicatur. Quae quidem loquendi forma utriusque linguae scriptoribus admodum est usitata, ut nec opus esse putemus coniectura Caroli Badhami, qui scribendum censuit: ὧν δ' ἕνεχ' ἰδεῖν — πεδίον, δύ' ἐστόν, h. e. eius rei duae sunt causae, praesertim quum nec vulgatum οὗ ἐστιν otiosum sit nec

λειμῶνος τυγχάνει οὖσα, ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις, ᾧ C
ψυχὴ κουφίζεται, τούτῳ τρέφεται, θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν, μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, ἀεὶ ἀβλαβῆ εἶναι· ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ, βαρυνθεῖσα δὲ πτερορρυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, τότε νόμος ταύτην
μὴ φυτεῦσαι εἰς μηδεμίαν θηρείαν φύσιν ἐν τῇ πρώ- D
τῃ γενέσει, ἀλλὰ τὴν μὲν πλεῖστα ἰδοῦσαν εἰς γονὴν

Bekker. Mox vett. editt. ἐκ τοῦ ἐκεῖσε λειμῶνος, quod habet vix unus alterve liber manuscriptus.

C. ᾧ ψυχὴ κ.] ψυχῆι Bodl.

ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ] Bodl. ἀπήμονα εἰ τοῦ τοδ. π. κἂν ἀ.

D. θηρείαν φύσιν] Vulgatum θήρειον e Bodl. aliisque libris bonae notae mutatum est.

istud δύ' ἐστόν satis placeat, quo proximorum verborum structura hiulca efficitur. Aristoph. Rann. v. 108. ἀλλ' ὧνπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων ἦλθον κατὰ σὴν μίμησιν, ἵνα μοι τοὺς ξένους τοὺς σοὺς φράσειας, ubi ante ἵνα — φράσειας intell. τοῦτ' ἦν. Ex oratoribus collegit exempla Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 372. alia suppeditabit Matth. Gr. §. 432. — Mox ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ est praestantissimae animi parti, h. e. menti et rationi. v. ad Reip. VI. p. 507. C. coll. 490. B. — ἐκ τοῦ ἐκεῖ λειμῶνος, est enim campus aeternae veritatis, qua animi pascuntur, super coelo: quem quantopere celebraverint scriptores posterioris aetatis, docte demonstravit Astius Commentar. in Plat. p. 421. Opp. T. XII.

C. ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις] Quod de usu vocabuli φύσις ad Sympos. p. 191. A. et ad Phaedon. p. 79. B. scripsimus, elegantissimae illud inservire periphrasi, tenendum est illam ipsam elegantiam in eo positam esse, quod φύσις non redundat, sed indicat id, quod per se et natura sua hoc vel illo modo comparatum est. Ita hoc loco ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις est penna vel ala natura sua ita comparata, ut p. 246. E. 251. B. al.

C. θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε] h. e. necessitatis aeternae et inevitabilis: de qua v. Mitscherlich. ad Horat. Carm. III. 24, 6. In Reipubl. libr. X. p. 762. E. ei ἠλακάτη τε καὶ τὸ ἄγκιστρον ἐξ ἀδάμαντος tribuitur. Intelligitur autem lex divina, nec de coeca fatorum necessitate cogitandum est. De qua re legas quae exposituri sumus ad Legg. IV. p. 709. B. ubi docetur, deum quidem regere omnia; sed una cum deo casum et fortunam in rebus humanis dominari, ita quidem, ut fortuna deo, summo rerum omnium gubernatori, subiecta sit.

καὶ τινι συντυχίᾳ — βαρυνθῇ] Haec adduntur ad interpretanda praecedentia, ὅταν ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ. Quocirca καὶ explicare licet id est, hoc est.

ἀνδρὸς γενησομένου φιλοσόφου ἢ φιλοκάλου ἢ μουσικοῦ τινος καὶ ἐρωτικοῦ, τὴν δὲ δευτέραν εἰς βασιλέως ἐννόμου ἢ πολεμικοῦ καὶ ἀρχικοῦ, τρίτην εἰς πολιτικοῦ ἤ τινος οἰκονομικοῦ ἢ χρηματιστικοῦ, τε-
E τάρτην εἰς φιλοπόνου γυμναστικοῦ ἢ περὶ σώματος ἴασίν τινα ἐσομένου, πέμπτην μαντικὸν βίον ἤ τινα τελεστικὸν ἕξουσαν· ἕκτῃ ποιητικὸς ἢ τῶν περὶ μιμη-

ἴασιν τινὰ ἐσομ.] Herm. de coni. dedit *ἴασιν τινὸς ἐσομ.* quod factum nollemus. Nam *περὶ ἴασιν τινὰ ἐσομένου* idem est quod *ἰατρικοῦ τινος ἐσομένου*, ut verborum structura vel potius oratio nonnihil variata sit.

E. *ἕκτῃ ποιητικὸς κτλ.*] Vulgo scribebatur: *ἕκτην, ποιητικόν· ἑβδόμη γεωμετρικὸς, ἢ δημιουργικός· ὀγδόη σοφιστικός — ἐνάτη τυραννικός.* Sequuti sumus cum Bekkero et Astio cod. Bodlei. plurimorumque librorum scripturam. Quippe soli Par. EF cum Ald. Bas. I. Stephan. habent: *ἕκτην, ποιητικόν· ἑβδόμη, γεω-*

εἰς μ. θηρείαν φύσιν] Quanquam *θήρειαν* per se non contemnendum esse docebit Buttmann. Gr. max. §. 603., tamen ob codd. auctoritatem *θηρείαν* reponendum duximus. Idem censuit Bekker.

D. *ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει*] in prima generatione, quum animus in terram delapsus primum terreno corpore includitur. Manifestum est enim varios a Platone statui cursus et migrationes animorum. Similiter res explicatur De Republ. libr. X. p. 614 sqq.

ἢ φιλοκάλου ἢ μουσικοῦ τινος ἢ ἐρωτικοῦ] Nam hi omnes cum vero philosopho tanta continentur cognatione et necessitudine, ut sint iidem propemodum. Quippe verus amor versatur in diligendis expetendisque rebus divinis, pertinetque ad id, quod naturu sua verum, bonum, honestumque est. Quocirca philosophus germanus est item *φιλόκαλος* et *ἐρωτικός*. Reip. VI. p. 490. A. B. *ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι ἑκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὅ ἔστιν ἑκάστου τῆς φύσεως ἅψασθαι κτλ.* Sed legendus est hac de re divinus ille locus Symposii p. 206. B. sqq Institutionem autem et eruditionem hominis, quae a philosophia proficiscitur, a Platone constat ad *μουσικὴν* esse relatam; unde ipsa philosophia est *ἡ μεγίστη μουσική*, Phaedon. p. 61. A. Cui quidem quum id maxime debeat esse propositum, ut animum evehat ad sublimem illum rerum divinarum amorem, non potest cuiquam dubium videri, cur nunc *ὁ μουσικὸς* una cum *τῷ ἐρωτικῷ* commemoretur. Quippe *δεῖ τελευτᾶν τὰ μουσικὰ εἰς τὰ τοῦ καλοῦ ἐρωτικά*, ut est Reip. III. p. 403. C. Quod qua ratione efficiatur, praeclare docetur Sympos. 209. A. — 212. A.

εἰς φιλοπόνου γυμναστικοῦ] Badham. legendum coniecit *εἰς φιλοπόνου ἢ γυμν.* Sed intelliguntur gymnastae et medici.

πέμπτην μαντικὸν βίον — ἕξουσαν] Vates ac sacerdotes cur in quintum detruserit ordinem, qui Platonis de his rebus

σίν τις ἄλλος ἁρμόσει, ἑβδόμῃ δημιουργικὸς ἢ γεωργικός, ὀγδόῃ σοφιστικὸς ἢ δημοκοπικός, ἐννάτῃ τυραννικός. ἐν δὴ τούτοις ἅπασιν ὃς μὲν ἂν δικαίως διαγάγῃ, ἀμείνονος μοίρας μεταλαμβάνει, ὃς δ' ἂν ἀδίκως, χείρονος. Cap. XXIX. *Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων· οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσο-* 249

μετρικός. Dein *δημιουργικὸς ἢ γεωργικός* Bodl. et reliqui cum Bas. 2. pro *γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός*, quod est in Ald. Bas. 1. Steph. et cod. Par. E. Pro *δημοκοπικός* Bodl. et *ΔΠ*DGT praebuerunt *δημοτικός*. Id nuper susceperunt Turicenss. Si quid mutandum, *δημοκόπος* scripserim. Mox *διαγάγῃ* pro vulg. *διάγῃ* item debetur codd. fere omnibus. Idem dictum esto de *ἐννάτῃ*, pro quo Steph. *ἐνάτῃ*. Tum *ἐν δὴ τούτοις ἅπ.* Bodl. *ΔΞΠ*DNOT. Volgo erat: *ἐν δὲ τούτοις κτλ.*

οὐκ ἀφικνεῖται] V. *οὐ καθικνεῖται*, quod habent paucissimi libri.

sententiam accuratius cognoverint, minime ambigent. Quippe *οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοὶ οὐ σοφίᾳ, ἀλλὰ φύσει τινὶ ἐνθουσιάζουσιν*, ut est Apolog. p. 22. C. Menon. p. 99. C. Poëtas autem quod etiam infra illos collocavit, eius rei rationem ipse satis aperuit verbis: *ἢ τῶν περὶ μίμησίν τις ἄλλος*. Quippe poësin Plato censuit contineri imitandi quadam solertia, e furore magis quam mentis intelligentia oriunda; unde eam iudicavit nihil valere ad veritatis atque honestatis rationem recte percipiendam. v. libr. III. et X. de Republ. imprimis p. 598. C. D. E. coll. Legg. II. p. 668. C. IV. p. 719. C.

E. *ἑβδόμῃ δημιουργικὸς ἢ γεωργικός*] Richterus De Ideis Platonis p. 19. quum *δημιουργικὸν* explicavisset artificem, sibique persuasisset de variis scientiae gradibus sermonem agitari, retinendum censuit quod vulgo legebatur, *γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός*. At primum *δημιουργικὸν* non artificem, sed opificem significat; deinde vix assequaris, cur geometrae, quem philosophus sane magno in honore habuit, v. de Republ. VI. p. 510. C. sqq., tam humilis locus attribuatur; denique non de una scientia agitur, sed illud potius declaratur, quomodo animi a summo sapientiae fastigio paullatim descendant ad imam vitae humanae pravitatem et turpitudinem, quae in vita tyranni cernitur. Tyranni ingenium et mores Plato vividis coloribus depinxit Reipubl. VIII. p. 562. A. sqq. Ab hac autem turpitudine proxime abest *ὁ σοφιστικὸς ἢ δημοκοπικὸς βίος*. Nam sophistae pariter atque oratores populares (*δημαγωγοί*) plebis auram captant eiusque cupiditatibus turpiter adulantur: de qua re vide Praefat. ad Gorgiam p. 19 sqq. Quod apte significatur voc. *δημοκοπικός* s. *δημοκόπος*, quod de ambitu usurpari demonstrarunt Dorvill. ad Mariton. p. 58. et Wyttenbach. ad Plutarch. Vol. II. p. 91. D. Animadv. Vol. I. p. 509. ed. Lips. Debilius est *δημοτικός*. De universo vitarum ordine a Platone hic constituto adhuc multum ambigitur.

οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων] Etiam libro X. de Republ. p. 614. A. sqq. animorum migrationes similiter describun-

φήσαντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσο-
φίας. αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλων-
ται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι
τριςχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. αἱ δὲ ἄλλαι, ὅταν τὸν
πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον. κριθεῖσαι δὲ
αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι δίκην
ἐκτίνουσιν, αἱ δ' εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς
B δίκης κουφισθεῖσαι διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου
εἴδει ἐβίωσαν βίον. τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι ἀφι-
κνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου

P. 249. A. εἰς τοῦ οὐρανοῦ] τοὐρανοῦ ΔDGNO.
C. εἰς τὸ ὂν ὄντως] V. εἰς τὸ ὄντως ὄν, invitis optimis codicibus...

tur, quamquam non commemorantur decem annorum millia. Ante ψυχὴ ἑκάστη in libro Stephani et ap. Euseb. Praep. Ev. XIII. 14. articulus abest, non improbante Heindorfio, quamquam is nec vulgatam lectionem aspernatur. Sed quem comparavit locum Apolog. Socrat. p. 39. A. ἐν ἑκάστοις τοῖς κινδύνοις, is alius est generis, propterea quod nomen cum articulo est postpositum. Rectius talia contendas: De Rep. I. p. 339. C. ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις. Cratyl. p. 389. C. εἰς τὸ ἔργον ἕκαστον. Thucyd. VI. 63. κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην.

P. 249. ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας] Haec quid significent, optime perspicias ex Diotimae oratione in Sympos. p. 206. B. — 212. B. sqq. et ex ipso Phaedro infra p. 251. A. sqq. coll. Legg. VIII. p. 837. B. Dein αὗται, pluralis post singularem, infertur, ut p. 231. A., ubi v. annot. Quippe intelliguntur animi philosophorum, quibus philosophus arbitratur hoc contingere, ut confecto tertio mille annorum circuitu, si ter deinceps eandem elegerint vitam, in pristinam sedem suam revertantur ibique fruantur deorum consuetudine ac beatitate.

κρίσεως ἔτυχον] Iudicium de animis habendum magnifice describitur De Rep. X. p. 614. B. sqq. Gorg. p. 523. A. sqq. Phaedon. p. 107. D. sqq., quae contulisse non iniucundum erit. Mox ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι recte interpretatur Ficinus: aliae in coeli quendam locum per iudicium elevatae.

B. ἔνθα καὶ εἰς θηρίου B.] Comparata haec esse ad doctrinam Pythagoreorum de animorum migrationibus, vix est quod moneamus. Ad eandem etiam supra respiciebatur. Pro ἔνθα quod nuper fuit qui requireret ἔνθεν, non vidit ille, quid ἔνθα nunc significet.

εἰς τόδε ἥξει τὸ σχῆμα] Videlicet τὸ τοῦ ἀνθρώπου. Et causam quidem, cur is tantum animus, qui conspexerit aliquando aeternam veritatem, in humanum corpus migrare queat, proximis verbis declarat, δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κτλ. In quibus ξυνιέναι absolute sine casu obiecti positum, sicut nostrum erkennnen, ut non opus sit aut τὸ post ξυνιέναι inserere aut ἀλήθειαν ex superioribus repetere. Nimirum obiecti notio continetur quodammodo in verbis κατ' εἶδος, de quo loquendi genere consulas quae scripsimus ad Reip. IV. p. 436. A. Phileb. p. 65. A.

βίον αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη. ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, καὶ ἐκ θηρίου ὅς ποτε ἄνθρωπος ἦν πάλιν εἰς ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ἥ γε μή ποτε ἰδοῦσα τὴν ἀλήθειαν εἰς τόδε ἥξει τὸ σχῆμα. δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον. τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἅ C ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχὴ συμπορευθεῖσα θεῷ καὶ ὑπεριδοῦσα ἃ νῦν εἶναί φαμεν καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὂν ὄντως. διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φι-

dicibus atque longe plurimis. conf. p. 247. E.

Iam vero subiungitur: λεγόμενον, h. e. quod vocatur, sicuti dicitur; de quo diximus ad Phileb. p. 20 B. Porro εἶδος emergere indicatur ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων, h. e. ex multis visis, ex multis sensuum perceptionibus: nam idea sive notio mentis communis comprehendit singularum rerum formas atque in animis nostris rerum sensibus subiectarum consideratione denuo exsuscitatur. Itaque manifesto verborum sententia haec est: nam fas est hominem cognoscere secundum commune genus (nach Begriff od. Idee), quod fere dicitur; quod quidem, quum ex multis prodeat visis, mentis cogitatione in unum comprehenditur. Dubitatur tamen, num ipsum εἶδος recte dicatur ξυναιρεῖσθαι. Quocirca Heindorf. Ast. Schleierm. alii, ξυναιρουμένων corrigendum censuerunt, quod cohaereret cum αἰσθήσεων. Sed primum quidem ita expectaveris potius ξυλληφθεισῶν. Deinde non intelligimus, cur non rectissime τὸ εἶδος dicatur mente comprehendi; quo certe nihil significatur aliud, quam effici illud mentis comprehensione, id quod profecto est eiusmodi, ut in naturam eius planissime conveniat. Denique nec alterum participium. ἰόν, ullo modo officit lectioni librorum omnium ξυναιρούμενον, Non raro enim complura participia ita coniungi novimus, ut aliud alio definiatur, id quod hic quoque ita fieri nemo negaverit. Nam verbis, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων apertum est indicari viam et rationem, qua fieri possit, ut mens τὸ εἶδος in unum coniungat et comprehendat. Exempla huius participiorum accumulationis bene multa apud ipsum Platonem reperiri ostendimus ad Phileb. p. 22. A. Politic. p. 293. B. 272. D. Gorg. p. 464. B. 471. C. et supra ad p. 228. B. Itaque omnia sarta tecta sunt, nec quidquam sollicitandum. Ceterum eleganter hoc loco describitur dialecticae munus et officium, similiter depictum illud etiam in Sophista p. 253. D. Politic. p. 285. A. Phileb. p. 15. sqq. infra Phaedr. p. 265. CDE. p. 266. B. p. 273. E. Quod vero Plato idearum cognitionem a vitae superioris una cum diis in rerum divinarum contemplatione actae repetit, conf. de hac sententia etiam Phaedon. p. 72. D. — 77 D. Menon. p. 81. C. Cicer. Tusc. I. 24.

C. τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις] Ne putes αὕτη fuisse

λοσόφου διάνοια· πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεί ἐστι μνήμῃ κατὰ δύναμιν, πρὸς οἷςπερ θεὸς ὢν θεῖός ἐστι. τοῖς δὲ δὴ τοιούτοις ἀνὴρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώμενος, τελέους ἀεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλεος ὄντως
D μόνος γίγνεται. ἐξιστάμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σπου-

πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεῖός ἐστι] Quattuor lectiones memorat Hermias ad h. l. Τέσσαρες, inquit, φέρονται γραφαί· ἢ πρὸς οἷςπερ ὁ θεὸς ὢν θεὸς ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖός ἐστιν, ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου, πρὸς οἷςπερ ὁ θεὸς ὢν θεός ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖός ἐστιν. Articulum ὁ vulgo ante θεὸς interpositum om. Bodl. Vat. Ven. II. Par. GNOT Flor. g. h. Dativum μνήμῃ pro μνήμη iam Hermias scribendum, p. 245. D. τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Reip. I. p. 344. A. ἔστι δὲ τοῦτο τυραννίς, ubi v. annot. Gorg. p. 504. D. ταῦτα δ' ἐστὶ δικαιοσύνη. Phaedon. p. 73. D. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις. Apol. Socr. p. 29. A. καίτοι τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστίν. Videlicet τοῦτο est τὸ ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον κτλ. Conf. Schaefer. ad Demosthen. Appar. T. V. p. 289.

πρὸς γὰρ ἐκείνοις — θεῖός ἐστι] Dictionem πρός τινι εἶναι vel γίγνεσθαι, in aliqua re esse defixum, totum in aliqua re esse, illustravimus ad Remp. VIII. p. 567. A. Adde quae collegit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 223. et Menex. p. 239. D. ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γιγνόμενον λόγῳ. Legg. III. p. 683. C. γενώμεθα ταῖς διανοίαις ἐν τῷ τότε χρόνῳ. De Rep. III. p. 396. D. Mox ante θεὸς cum Astio codicibus obtemperavimus articulum omittentibus. Sic P. 248. A. ἡ μὲν ἄριστα θεῷ ἑπομένη. Ibid. C. ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδός. P. 249. C. συμπορευθεῖσα θεῷ.

D. νουθετεῖται — ὡς παρακινῶν] Vulgaris haec fuit philosophorum reprehensio, quam Plato tetigit etiam De Republ. VI. p. 487. VII. p. 517. D. pulcherrime exornavit Gorg. p. 481. C. sqq. — παρακινεῖν, vesanum esse, commotae mentis esse, delirare, ut De Republ. VII. p. 540. A. Aristoph. Ran. 658. v. Schaefer. ad Sophocl. Aiac. p. 227. Ast. ad h. l. Hermann. ad Lucian. de Hist. Conscr. p. 278. Eodem modo ὑποκινεῖν positum De Rep. IX. p. 573. C.

Ἔστι δὴ οὖν δεῦρο—] Reversurus orator ad illa, quae supra de variis animi concitationis generibus exposuit, utitur particulis δὴ οὖν, quarum vim ita licebit declarare, ut hanc dicamus esse sententiarum consecutionem: Iam vero ut revertamur unde deflexit oratio, incidimus nunc ipsum in quartum furoris genus, de quo explicandum erit. Quippe illustratis tribus furoris generibus, in divinatione, scelerum expiatione cum initiationibus mysticis, atque instinctu poetico conspicuis, inde a p. 245. C. coeperat demonstrare animos esse immortales et in vita olim cum diis acta res coelestes spectavisse. Iam quum sermo veluti sponte ad prius argumentum delatus videatur, quartum furoris genus instituit illustrare, quod positum est in amore, quodque vult esse omnium longe praestantissimum.

ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν — ἐραστὴς καλεῖται] Ita totum hunc locum e codd. mss.

δασμάτων καὶ πρὸς τῷ θείῳ γιγνόμενος νουθετεῖται μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλούς.

Cap. XXX. Ἔστι δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις

et Lambin. ad Horat. T. II. p. 253. A. legerunt: resposuerunt nuper Heindorfius, Astius, Bekker.

D. ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κ. —] ἣν pro vulg. ἵν' codd. omnes. Dein vett. editt. ἀναπτερῶται. Sed πτερῶται cum Bodl. optimi. Praeterea vulgo προθυμῆται, quod unus Ξ cum vett. fere Vat. Ven. Π plurimi et editt. habet.

praeeunte **Bekkero** emendavimus. Primaria enuntiati pars haec est: Ἔστι δὴ οὖν ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη — καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται. Verum istis, verborum praecedentium habita ratione, interserta sunt haec: ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις κάλλος — διακείμενος: quorum structura est sane paullo impeditior. Patet autem, sicut dudum monuimus, haec obtinere locum praecipuum: ἣν — αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος. Quippe ἣν, videlicet μανίαν, est accusativus absolutus, cohaerens ille cum αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος. Poterat etiam dici καθ' ἣν αἰτίαν ἔχει κτλ. quanquam vehementer deprecamur, ne quis nobis κατὰ in talibus supplendum videri criminetur. Reliqua sunt verba haec: ὅταν τὸ τῇδε — ἀμελῶν, in quibus levem quandam agnoscimus anacoluthiam. Quum enim haec omnia aut per participia possent enuntiari, aut efferri sic, ut ὅταν cum modo coniunctivo poneretur; scriptor utramque miscuit constructionem, et quum ab ὅταν sequente coniunctivo orationem orsus esset, deinde memor iam eorum quae subiicere volebat, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, per anacoluthon ad participiorum usum transiit. Quod quo clarius intelligatur quale sit, memineris orationem vulgari loquendi consuetudine sic fere fuisse conformandam: ὅταν — πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμῆται ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῇ δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω τῶν δὲ κάτω ἀμελῶν αἰτίαν ἔχει etc. In eandem fere interpretationem incidit etiam **Astius**, quem tamen mirati sumus in Commentariis T. X. p. 438. post participia ista ᾖ supplendum iudicavisse, quod nullo pacto fieri posse contendimus. Aliter de toto loco statuit **Car. Schneiderus** De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 2—6, cuius sententiam referre longum est. Ceterum similem locum tractavimus De Republ. IV. p. 440. C. conf. **Matthiae** Gr. §. 556. annot. 2. Sed reliquum est, ut etiam de aliis quibusdam rebus dicendum sit. Itaque primum quidem τὸ τῇδε κάλλος dictum est δεικτικῶς de pulcro sub sensus subiecto. Nos dicimus: *die Schönheit hier, in der Sinnenwelt*. Ita ταῦτα et τάδε saepe apud Platonem usurpatur. Mox p. 250. A. ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα. Ibid. B. ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν. Menon. p. 81. C. τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ᾅδου. Phileb. p. 58. E. αἱ πολλαὶ τέχναι καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πεπόνηνται, ubi vid. annot. Dein

ὁρῶν κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν
E κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται, καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται. καθάπερ γὰρ εἴρηται, πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα,
250 ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον· ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ, οὔτε ὅσαι βραχέως εἶδον τότε τἀκεῖ, οὔτε αἳ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν, ὥστε ὑπό τινων ὁμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμεναι λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν. ὀλίγαι δὴ λείπονται,

E. *μανικῶς διακ.*] *μανικὸς* Bodl. et alii quidam.
P. 250. A. *ὥστε ὑπό τ. ὁμ. — ἔχειν*] V. *οὔτε ὑπὸ τι — ἔσχον*, quod ex codd. et longe plurimis et optimis emendatum est.
ἱερῶν ἔχειν] V. *ἔσχον*, invitis codd.
ὅταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμ.] V. *ὁπόταν*, invitis codd. paene omnibus. Dein Bodl. *οὐκ ἔτ' αὐτῶν*.

istud *ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω*, avis instar sursum spectans, quo stultitiae importunitas depingitur, Comicus saepius adhibuit, ut Avv. v. 50. 169. 264. 308. al., ut proverbii locum obtinuisse videatur. Alia collegit Iacobsius ad Achillem. Tat. p. 847. Porro *αἰτίαν ἔχειν* omnino est argui, existimari, putari, de quo formulae usu dictum est ad Reip. IV. p. 435. E. Denique observetur usus voculae *ἄρα* in verbis *ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τ. ἐνθ.*, qui post longiorem orationis intercapedinem saepe reperitur.

E. *φύσει τεθέαται*] h. e. quia eius natura ita fert, naturaliter, naturgemäss. Habet enim vim ac potestatem adverbii, unde omissus est articulus, ut solet ante nomina adverbiorum vice fungentia omitti. Eodem modo Legg. VI. p. 777. D. Menex. p. 246. C. De Rep. VII. p. 515. C. 513. A. X. 598. A. al. — Deinceps *ἢ* est alioquin, quem usum atigimus ad Reip. V. p. 463. D. illustravit etiam Boissonad. ad Philostrati Her. p. 346.

P. 250. *οὔτε ὅσαι —*] h. e. *οὔτε ταύταις, ὅσαι.* — Cum toto hoc loco compares Plutarchum T. II. p. 745. D. E. fabulam de Sirenibus ad mentem Platonis explicantem.

ὅταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν] Nam res adspectabiles ad idearum similitudinem efformatae et expressae sunt. — *οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται*, non iam sui compotes manent. Graeci dicunt *εἰς αὑτὸν ἐλθεῖν* et *ἑαυτοῦ γενέσθαι*, cuius contrarium erat *ἐκστῆναι ἑαυτοῦ*. v. Abresch. Animadv. in Aeschyl. p. 173. Gataker. Oper.

αἷς τὸ τῆς μνήμης ἱκανῶς πάρεστιν. αὗται δὲ ὅταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν, ἐκπλήττονται καὶ οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται, ὃ δ' ἔστι τὸ πάθος ἀγνοοῦσι διὰ τὸ μὴ ἱκανῶς διαισθάνεσθαι. δικαιοσύνης μὲν οὖν καὶ B *σωφροσύνης, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια ψυχαῖς, οὐκ ἔνεστι φέγγος οὐδὲν ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν, ἀλλὰ δι' ἀμυδρῶν ὀργάνων μόγις αὐτῶν καὶ ὀλίγοι ἐπὶ τὰς εἰκόνας ἰόντες θεῶνται τὸ τοῦ εἰκασθέντος γένος. κάλλος δὲ τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν, ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τῶν τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην, ἣν* C *ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες καὶ ἀπαθεῖς κακῶν, ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑπέμενεν, ὁλόκληρα*

B. *καὶ ὀλίγοι*] *ὀλίγοις* ΛΕΝΟΤ b.
τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρὸν] Bekkerus invitis libris cum vett. editt. dedit: *τότε τε ἦν ἰδεῖν.*
τῶν τελετῶν] Articulus e libris permultis iisque optimis nuper revocatus. Mox vulgo *ὀργιάζομεν*. Recte Ven. Σ Vind. 1. 3. 4. 6. 7.

p. 739. ad Antonin. VI. §. 35. intpp. ad Sophocl. Oed. Col. v. 651. Philoctet. v. 950. ad Aristoph. Vesp. v. 642. (662. ed. Inven.) Commentar. Dindorf. p. 445. Hermann. ad Viger. p. 749. ann. 171. et p. 858. ann. 389. Valcken. Opuscul. T. II. p. 291 sqq.

B. *μόγις αὐτῶν καὶ ὀλίγοι ἐπὶ τ. εἰκ.*] Dissentimus de his nonnihil cum C. Fr. Hermanno, qui ita scribendum censuit: *μόγις καὶ ὀλίγοι αὐτῶν.* Qua transpositione verborum certe non opus videbitur, ubi *αὐτῶν* retuleris ad *δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ὅσα ἄλλα τίμια ψυχαῖς*, ut genitivus ex *τὰς εἰκόνας* pendere existimetur. De *μόγις καὶ ὀλίγοι*, adverbio cum adiectivo coniuncto, v. ad Phaedon. p. 93. B. Politic. p. 276. B. supra ad p. 234. E.

κάλλος δὲ τότ' ἦν —] V. ad p. 248. B. collatis iis, quae scripsimus ad Phaedon. p. 69. C. Sympos. p. 209. E., unde disces Platoni huius imaginis usum admodum esse frequentatum. Praeterea adeas Lobeckium Aglaopham. T. I. p. 34 sqq. et p. 128. Dictionem *ἕπεσθαι μετά τινος* Astius et Heindorf. ad h. l. exemplis illustrarunt.

C. *ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι —*] *Ὀργιάζειν*, quod proprie est orgia celebrare, hoc loco ad mysteria translatum. v. Iacobs ad Philostrat. Imagg. p. 325. — *ὁλόκληροι*, integri ac puri, quales fas erat esse eos, qui se mysteriis initiari vellent. Mox Hirschig. pro *ὑπέμενεν* consilio parum deliberato edidit: *περιέμενεν*. Polyb. I. 81, 3. *ἡ κόλασις ὑπομένει αὐτόν* al.

δὲ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μυούμενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες ἐν αὐγῇ καθαρᾷ, καθαροὶ ὄντες καὶ ἀσήμαντοι τούτου, ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι. Cap. XXXI. Ταῦτα μὲν οὖν μνήμῃ κεχαρίσθω, δι' ἣν πόθῳ τῶν τότε νῦν μακρότερα εἴρηται. περὶ δὲ κάλ-
D λους, ὥςπερ εἴπομεν, μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν, δεῦρό τε ἐλθόντες κατειλήφαμεν αὐτὸ διὰ τῆς ἐναργεστάτης αἰσθήσεως τῶν ἡμετέρων στίλβον ἐναργέστα-

C. ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες] V. ὃ δὴ νῦν, invitis codd. optimis. Dein Bodl. δεδεσμευμένον — μνήμη.
D. μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν] Sic Bodl. ΓΔΛΣΦG Vind. 1. 3. 6. Florr. b. g. ϑ. alii, pro vulg. ἰόν. Pro τε vulg. δὲ

ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ] Recte Astius ἀτρεμῆ interpretatur placida s. sonstantia. Non opus est coniectura Sylburgi ad Clement. Alexandr. Strom. V. p. 614. B, qui ἀτρεκῆ, vera, legendum putabat. Mox φάσματα qualia informanda sint, praeclare disputavit Lobeck. l. c. p. 57 sqq., qui deorum quorundam simulacra et symbola Initiatis ad intuendum proposita esse certissimis argumentis demonstravit. Verbis autem μυούμενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες quod Heindorf. cum Valcken. ad Hippolyt. v. 25. respici arbitratur ad morem quendam, quo mystae post quinquennium demum ad interiorem sacrorum spectationem admissi fuerint, totum hoc de quinquennio isto commentum nuper confutavit idem Lobeck. l. c. p. 33 sqq.

καὶ ἀσήμαντοι] „nec signati hoc, quod nunc circumferentes corpus vocamus. Voce ἀσήμαντοι significatur σῶμα tanquam σῆμα, h. e. sepulcrum animi, ex Orphicorum sententia. vid. Gorg. p. 493. A. Cratyl. p. 400. B." ASTIUS. Cum proximis contendas Phileb. p. 21. C. ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πνεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων, ubi de scriptura vocis ὄστρεον satis exposuimus, de qua v. etiam Heindorf. ad Cratyl. p. 424. D. Ceterum corpus de Platonis sententia esse animi vinculum atque carcerem, nemo est qui ignoret. v. Phaedon. p. 62. B sqq. et quae disputavit Wyttenbach. ad Plut. d. S. N. V. p. 135. al.

περὶ δὲ κάλλους] absolute dicitur, ut Lat. de pulcritudine autem, h. e. quod autem attinet ad pulcritudinem. Cuius usus exempla quoniam Heindorf. desideravit, ad ea, quae olim dedi, nunc accedant haec: Infra p. 270. C. p. 274. B. De Rep. VII. p. 538. E. Tim. p. 20. A. Menon. p. 90. B. Theaet. p. 179. E. Legg. XI. p. 915. E. 932. E. 936. A. Similiter εἰς usurpatur, de quo Heindorf. ad Lysid. §. 16. exposuit.

D. μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν] Recte hoc nuper Astius e nonnullis codd., inter quos est Clarkianus s. Bodleianus, restituendum censuit. Nam quod vulgo editum est ἰόν, id sicuti omnino non convenit in idearum

τα. ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων· ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται, δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν, καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστά· νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν, ὥςτ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον. ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς ἢ διεφθαρμένος οὐκ ὀξέως ἐνθένδε E ἐκεῖσε φέρεται πρὸς αὐτὸ τὸ κάλλος, θεώμενος αὐτοῦ τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν. ὥςτ' οὐ σέβεται προςορῶν, ἀλλ'

invitis libris mss. plurimis.

παρεῖχεν ἔρωτας] ΠDPT παρεῖχεν εἰς ὄψιν ἔρωτας.

καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστά] Buttm. coni. οἷον καὶ τἄλλα, probante Heindorfio.

constantiam, ita etiam ab aeterna pulcritudinis specie alienum est. — μετ' ἐκείνων, sc. τῶν φασμάτων.

ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται] Unam pulcritudinem ait hoc sibi habere proprium, ut oculis cernatur. Aliam esse φρονήσεως sive sapientiae rationem, quam, si oculis conspiceretur, ingentes amores sui esse excitaturam (Cicer. Offic. I, 5. De Fin. II, 16); neque aliter de ceteris rebus existimari oportere, ad quas philosophorum amor feratur. In hac sententiae perspicuitate equidem non video, cur Heindorf. et Buttmann. οἷον καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστὰ scribendum existimaverint. Quippe τἄλλα sunt quae praeter φρόνησιν poterant memorari, iustitia, fortitudo, temperantia. — ἔρχεται, ut Lat. venire, est obtingit, monente Dissenio ad Pindar. p. 18. Baiterus tamen ἔρχεται abesse mavult; iniuria, opinor.

E. ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς —] De Geerius Diatrib. De Polit. Platon. Princip. p. 92. hoc loco scribi iubet ὁ μὲν οὖν ἀρτιτελής, et deinde ὁ δὲ μὴ νεοτελής. In quo fateor me viro eruditissimo accedere non posse. Nam νεοτελής, ut recte iudicavit Heindorfius, est is, qui recens demum coelestibus illis initiationibus interfuit, ideoque nondum diuturna earum oblivione labem contraxit. Quocirca τῷ μὴ νεοτελεῖ recte deinde opponitur ὁ ἀρτιτελής. — τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν, h. e. id quod ab ipsa pulcritudinis specie nomen accepit suum, sive res pulcras. Nomen abstractum enim positum pro concreto τὸ ἐπώνυμον s. τὰ ἐπώνυμα. — ἡδονῇ παραδούς. Eurip. Phoeniss. v. 21. ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσὼν Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, ubi v. Valckenar. Plene Lucian. T. II. p. 571. ἔρωτι — δοὺς ἐμαυτόν. — τετράποδος νόμον βαίνειν est quadrupedum ritu coire. Nam βαίνειν et ἐπιβαίνειν de brutis animantibus, non de homine dicitur. Aristotel. Hist. Animal. VI. 21. de bove: βαίνει δὲ σφοδρῶς, ὥςτε συγκύπτεσθαι τὴν βοῦν. Plura suppeditabunt Gataker. De Styl. N. T. p. 78. Hemsterhus. ad Lucian. T. II. p. 322. B. Frommel. ad Theopomp. Fragment. in Creuzeri Melett. III. p. 157. Hinc lux affundenda loco Aristophanis Pac. v. 892, ubi est τετραποδηδὸν ἑστάναι.

ἡδονῇ παραδοὺς τετράποδος νόμον βαίνειν ἐπιχειρεῖ
251 καὶ παιδοσπορεῖν, καὶ ὕβρει προσομιλῶν οὐ δέδοικεν,
οὐδ' αἰσχύνεται παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκων. ὁ δὲ ἀρ-
τιτελής, ὁ τῶν τότε πολυθεάμων, ὅταν θεοειδὲς πρός-
ωπον ἴδῃ κάλλος εὖ μεμιμημένον, ἤ τινα σώματος
ἰδέαν, πρῶτον μὲν ἔφριξε, καί τι τῶν τότε ὑπῆλθεν αὐ-
τὸν δειμάτων, εἶτα προσορῶν ὡς θεὸν σέβεται, καὶ εἰ μὴ
δεδιείη τὴν τῆς σφόδρα μανίας δόξαν, θύοι ἂν ὡς ἀγάλμα-
τι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς. ἰδόντα δὲ αὐτόν, οἷον ἐκ τῆς φρί-
B κης, μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς καὶ θερμότης ἀήθης λαμβά-

E. *τετράποδος νόμον*] V. *νόμῳ*, quod ex optimis atque longe plurimis codd. mutatum.

P. 251. *ἤ τινα σώματος ἰδέαν*] Sic codd. communi fere consensione loco vulg. *ἤ τινα ἀσώματον ἰδέαν*.

εἰ μὴ δεδιείη] V. *δεδίει*. Flor. c. *ἐδεδίει*. Bodl. *δεδίει ἤ* (sic). Unde cum Bekkero dedi *δεδιείη*, quod est in ΔGT. Buttmannus Gr. Gr. T. I. p. II. p. 103. mavult *δεδιοίη*, quanquam idem etiam vulgatum tolerari posse arbitratur.

P. 251. *κάλλος εὖ μεμιμημένον*] h. e. quod ipsam pulcritudinis speciem imitatum est; in quo ipsius pulcritudinis species expressa cernitur. Ad *ἰδέαν* liquet denuo intelligendum esse *θεοειδῆ*.

τῶν τότε — δειμάτων] „Hic, ut in sequentibus *ἐκ τῆς φρίκης*, imago sumpta est ab horrore illo sancto, quo in mysteriis perfundebantur ad divinae maiestatis spectationem admissi. v. Iamblich. De Myst. III. 14. et St. Croix. De Myster. p. 206. Hinc Plutarch. De Poet. intellig. 26. B. *δεῖ δὲ μὴ δειλῶς μηδὲ ὥςπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προςκυνεῖν*. De Superstit. 166. E. al. Hinc *ὄργια φρικτὰ θεῶν* Orphic. Argon. v. 469. Cfr. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 25. Ruhnk. ad Hom. Hymn. in Cer. v. 478. al. Huic vero bene respondet quod sequitur *δειμάτων*, pro quo Heusdius, ut refert de Geer l. c. p. 92, corrigebat *δειγμάτων*.“ ASTIUS.

ὡς ἀγάλματι] Homines pulcritudine insignes non raro cum statuis comparantur. Plat. Charm. p. 154. *ἀλλὰ πάντες αὐτὸν ὥςπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο*. Eurip. Hecub. 560. *μαστούς τ' ἔδειξε στέρναθ' ὡς ἀγάλματος κάλλιστα*. ubi v. Pflugk et Iacobs.

αὐτόν, οἷον ἐκ τῆς φρίκης] Ad *οἷον ἐκ τῆς φρίκης* assumendum *λαμβάνει*. Eadem structura est, quam habes Euthydem. p. 272. A. *συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια*. Euthyphron. p. 2. C. *εἴ τινα νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον, οἷον τετανότριχα καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον*. Ad proxima Heusdius Init. Phil. Plat. P. I. p. 133, comparat illa Sapphus: *κὰδ δ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ*.

B. *τοῦ κάλλους τὴν ἀποῤῥοήν*] Eurip. Hippolyt. v. 528. *Ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων στάζει*

νει. δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀποῤῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων, ἐθερμάνθη ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται. θερμανθέντος δὲ ἐτάκη τὰ περὶ τὴν ἔκφυσιν, ἃ πάλαι ὑπὸ σκληρότητος συμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάνειν. ἐπιῤῥυείσης δὲ τῆς τροφῆς ᾤδησέ τε καὶ ὥρμησε φύεσθαι ἀπὸ τῆς ῥίζης ὁ τοῦ πτεροῦ καυλὸς ὑπὸ πᾶν τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος· πᾶσα γὰρ ἦν τὸ πάλαι πτερωτή. Cap. XXXII. ζεῖ οὖν ἐν τούτῳ ὅλη καὶ ἀνακηκίει, καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φύωσι, C

B. ᾗ ἡ τοῦ πτ.] ᾗ om. Bodl. Vat. Ven. Π. GPT.
C. ζεῖ οὖν] ζῇ Bodl. Vat. ΔΠFG et pr. ΦB al. vitiose quidem.
ὅταν ἄρτι φύωσι] φυῶσι scribunt ΔΠDGOPTN, unde Bekkerus reposuit. Bodl. accentu caret. Verum est φύωσι, quod tamen nuper etiam Turicc. mutarunt in φυῶσι. Dein ΔΠΣΦDG HNOPT alii κίνησις, quod placet Winckelmanno ad Plut. Erot. p. 224. At v. nostra ad Phileb. p. 46. E. = 269. ed. Goth. coll. Spanhem. ad Arist. Plut. v. 974. Obss. Misc. T. v. p. 57. VI. p. 302.

πόθον, εἰςάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν. Sophocl. Antig. v. 795. Aiac. v. 140. 1266. Aeschyl. Agam. v. 419. Locum imitatione expressit sedulus flosculorum Platonicorum captator Aristaenetus Epist. II. 18, ubi v. intpp. p. 710.

B. ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται] Astius etsi ter diversis temporibus affirmavit haec verba sibi videri insiticia esse aut alieno loco collocata, tamen suspicionis causam idoneam ne semel quidem prodidit. Nec ego ullam potui indagare. Certe quidem ᾗ, qua ratione, nihil habet molestiae. Deinceps tamen fortasse aliquis scriptum vellet: θερμανθέντος γὰρ ἐτάκη. Inserviunt enim haec uberiori explicationi antecedentium: ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται.

εἶργε μὴ βλαστάνειν] Schaefer. ad Demosth. Appar. T. IV. p. 164. „Verbi εἶργε vis est praegnans, quam vulgo dicunt: quippe valet εἶργοντα ἐποίει.“ Copiosissime hoc Graecae linguae idioma illustravit Buttm. Excurs. II. ad Demosthenis Or. Mid. p. 142 sqq. et nuper Wexius ad Sophocl. Antigon. p. 140. Latine dixeris: quae dudum propter duritiem suam occlusa prohibebant, ne illae pullularent. De aoristis ᾤδησέ τε καὶ ὥρμησε vid. ann. ad p. 232. E. — ὑπὸ πᾶν τὸ τῆς ψ. εἶδος, subter universam animi speciem.

C. ὅταν ἄρτι φύωσι] Coniunctivi forma φυῶσι, ducta illa ab aoristo ἐφύην, φυῆναι, φυείς, qui citeriori Graecitati proprius videtur, apud Platonem tam multis locis obvia est, ut piaculum videatur contra codicum auctoritatem ubique φύωσι corrigere. v. quos locos laudavit Matthiae Gr. T. I. p. 496, quibus adde Reip. V. p. 473. D. X. 597. C. Hoc tamen loco φύωσι vel invitis codd. tenendum. Non enim οἱ ὀδόντες intelligendum, sed subiectum est οἱ ὀδοντοφυοῦντες, ita ut ad φύωσι intelligen-

κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα, ταὐτὸν δὴ πέπονθεν ἡ τοῦ πτεροφυεῖν ἀρχομένου ψυχή· ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. ὅταν μὲν οὖν βλέπουσα πρὸς τὸ τοῦ παιδὸς κάλλος, ἐκεῖθεν μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα, ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται, δεχομένη τὸν ἵμερον ἄρδηταί τε
D καὶ θερμαίνηται, λωφᾷ τε τῆς ὀδύνης καὶ γέγηθεν· ὅταν δὲ χωρὶς γένηται καὶ αὐχμήσῃ, τὰ τῶν διεξόδων στόματα, ᾗ τὸ πτερὸν ὁρμᾷ, συναυαινόμενα μύσαντα ἀποκλείει τὴν βλάστην τοῦ πτεροῦ. ἡ δ' ἐντὸς μετὰ τοῦ ἱμέρου ἀποκεκλῃμένη, πηδῶσα οἷον τὰ

μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα] V. ἐπιόντα δήπου καὶ ῥέοντα, quod paucissimi confirmant; plerique omnes cum Bodl. δήπου omittunt.

D. *μετὰ τοῦ ἱμέρου ἀποκεκλῃμένη*] Ita post Bekkerum pro vulg. ἀποκεκλεισμένη e Bodl. aliisque plurimis codicibus dedidum sit τοὺς ὀδόντας. Hanc rationem suadet etiam quod statim sequitur: φύουσα τὰ πτερά.

ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται] Piersono ad Moer. p. 41. in mentem venit pro ἀγανακτεῖ corrigere ἀδακτεῖ. A quo consilio eum vel praegressum illud κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις dehortari debuit. Commode Heindorf. huc retulit De Red. IV. p. 440. C. ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει. Quod si cui nondum satisfaciat, certe omnem tollet dubitationem Phileb. p. 47. A. τὸ μὲν ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης γαργαλίζει τε καὶ ἠρέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὖ τῆς ἡδονῆς — ξυντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ. Ceterum de hac enuntiati appositione conferas haec: Menon. p. 74. A. πάλιν — ταὐτὸν πεπόνθαμεν· πολλὰς αὖ εὑρήκαμεν ἀρετὰς μίαν ζητοῦντες. Politic. p. 291. B. καὶ γὰρ δὴ καὶ νῦν αὐτός τοῦτ' ἔπαθον· ἐξαίφνης ἠμφιγνόησα κατιδὼν — τὸν χόρον. Menex. p. 235. B. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον. Phaedon. p. 68. E. Apolog. Socr. p. 22. Gorg. p. 513. A. Ibid. p. 450. A. B. p. 465. D. p. 479. B. C. Lucian. Imagg. T. VI. ed. Lehm. p. 38. οἷς ἐπὶ τῶν ὁρωμένων πάσχομεν· ἣν μὲν παντὶ ὁρῶμεν κτλ.

δεχομένη τὸν ἵμερον —] Astius verba ἐκεῖθεν μέρη. ἐπ.... καλεῖται pro glossemate habet, quod ad vocem ἵμερος adscriptum sit. Cuius tamen sententiae argumenta quae attulit, ea fateor mihi parum probari. Nam quod hunc locum censet adversari alteri illi Cratyl. p. 419. E, non reputavit philosophum in vocabulorum originatione pro varia sententiarum ratione vario modo ludere solere. Deinde dubitatum est, sitne accusativus τὸν ἵμερον mutandus in τῷ ἱμέρῳ, quae Heindorfii sententia fuit, vel etiam ut glossema abiciendus. Sed totum hoc membrum firmatur certe iis, quae leguntur p. 255. C. Ac ne τὸν ἵμερον quidem sollicitandum videtur. Nam quum antegressum

σφύζοντα, τῇ διεξόδῳ ἐγχρίει ἑκάστῃ τῇ καθ' αὑτήν, ὥςτε πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυνᾶται. μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν. ἐκ δ' ἀμφοτέρων μεμιγμένων ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ πάθους καὶ ἀποροῦσα λυττᾷ, καὶ ἐμμανὴς οὖσα E οὔτε νυκτὸς δύναται καθεύδειν οὔτε μεθ' ἡμέραν, οὗ ἂν ᾖ, μένειν, θεῖ δὲ ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος. ἰδοῦσα δὲ καὶ ἐποχετευσαμένη ἵμερον ἔλυσε μὲν τὰ τότε συμπεφραγμένα, ἀναπνοὴν δὲ λαβοῦσα κέντρων τε καὶ ὠδίνων ἔληξεν, ἡδονὴν δ' αὖ ταύτην γλυκυτάτην ἐν τῷ παρόντι

mus, qui habent ἀποκεκλῃμένη. v. Poppo Prolegg. ad Thucyd. I. I. p. 212.

ἐγχρίει ἑκάστῃ] Perperam Astius et Voegelin. Ep. Crit. p. 9. ἑκάστη nominativum requirunt, quem non debebant reponere Turicenses. Nam una tantum est βλάστη τοῦ πτεροῦ, sed multae διέξοδοι, per quas τὸ πτερὸν propullulat.

μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα pro verbi δεχομένη obiecto, quod technici vocant, habendum sit, tamen post ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται utique inferri potuit pro illo etiam τὸν ἵμερον, quod eius quasi instar est. Itaque oratio sane liberius est conformata, quandoquidem alterutrum obiectum redundare videtur. Nec tamen sine caussa ita scriptum arbitramur. — Λωφᾶν de vi morbi interquiescente usurpatum, ut sit intermittere, docte illustravit Valcken. in Eurip. Rell. p. 126. Mox συναυαινόμενα μύσαντα ἀποκλείει est: dum ariditate s. exarescendo constringuntur. Participiorum usum supra p. 228. B. et alibi illustravimus.

D. ἡ δ' ἐντὸς μετὰ τοῦ ἱμ. —] haec vero (ἡ τοῦ πτεροῦ βλαστή) intus una cum cupiditate occlusa, saliens tanquam micantes, vel palpitantes, arteriae, exitum pulsat quemque ei adversum, eius duritiem et rigiditatem perruptura. Enimvero σφύζειν proprium est verbum de arteriis palpitantibus, ut docuit Foës. Oecon. Hippocrat. p. 605 sq. iam ab aliis laudatus. Praeterea Hermias: ἐγχρίει, inquit, ἀντὶ τοῦ κεντεῖ καὶ ἐμπίπτει, ὡς ἐπὶ τῶν φαλαγγιῶν, καὶ τῶν μυώπων, καὶ τῶν μελισσῶν. Elegans est Ruhnkenii de hoc verbo disputatio ad Timaei Gloss. p. 104 sqq. Pro ἑκάστῃ, dativo, Astius nuper ἑκάστη scribendum coniecit, quod nemo, opinor, amplectetur.

ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ] Ingeniose Buttm. Lexilog. II. p. 135. ἀδημονεῖν ab δῆμος deduxit, ut proprie sit nostrum: unheimisch vel unheimlich sein. Mox μεθ' ἡμέραν est interdiu, ut ap. Eurip, Orest. v. 58. Pind. Nem. VI. 12. μετὰ νύκτας. Quod loquendi genus illustrat Fischer. ad Weller. Vol. III. P. II. p. 201.

E. ὠδίνων ἔληξεν] Ὠδῖνες de doloribus ex amore pulcri susceptis Sympos. 206. E. πολλὴ ἡ πτοίησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν

252 χαρποῦται. ὅθεν δὴ ἑκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται, οὐδέ τινα τοῦ καλοῦ περὶ πλείονος ποιεῖται, ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν καὶ ἑταίρων πάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ' οὐδὲν τίθεται, νομίμων δὲ καὶ εὐσχημόνων, οἷς πρὸ τοῦ ἐκαλλωπίζετο, πάντων καταφρονήσασα δουλεύειν ἑτοίμη

P. 252. *καὶ ἑταίρων πάντων*] V. *ἑτέρων*, frequenti permutatione. Veram lectionem Bodl. aliique suppeditarunt.

ὅπου ἂν ἐᾷ —] *ὅπου ἐὰν ἐᾷ ἐγγυτάτω* Bodl. vitiose.

πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι] Sic recte Bodl. cum plurimis optimisque reliquorum librorum. Vulgo *τό*.

τὸν ἔχοντα. De Rep. VI. p. 490. B. *καὶ οὕτω λήγει ὠδῖνος*. Neque *κέντρων* mentio in re amatoria infrequens, v. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 1303.

P. 252. *ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν*] Carissimos quosque memorans patrum mentionem praetermittere potuit, ut nolim cum Heindorfio credere post *μητέρων τε* excidisse *καὶ πατέρων*. Paullo alia ratio est locorum Protag. §. 83. et Criton. p. 51. B. Ceterum liquet esse haec opposita iis, quae Lysias p. 233. D. 231. B. E. et ipse Socrates priore oratione sua p. 239. E. 240. A. de ea re indicaverant. Canit igitur vir sapientissimus hic quoque palinodiam. Mox ad *ἑτοίμη* usu fere constanti *ἐστὶν* supplendum relinquitur. *Τίθεσθαι παρ' οὐδέν*, nihili facere; v. Valck. Diatrib. p. 9.

πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι—] Nam praeterquam quod pulcrum illum formosumque veneratur, eum etiam solum nactus est medicum maximorum, quibus laborat, dolorum. vid. p. 240. B. E. ibique annot. De Rep. I. p. 337. D. III. p. 408. E. Protagor. p. 333. A. al.

B. *λέγουσι δέ, οἶμαι, τινὲς Ὁμηριδῶν —*] Ridet Homeridas, qui quales fuerint, nuper curiosius quaesiverunt Niehbuhrius Histor. Rom. Vol. I. p. 324. ed. 2. Welcker. ad Philostrati Imagg. p. 266 sq. ed. Iacobs. Nitschius De Histor. Hom. Meletem. p. 128 sq. Quaecunque autem fuit eorum ratio et conditio, illud quidem verissime indicavit Astius, eos hic pariter atque alibi ipsum Homerum, qui adeo Iovem libidinosum finxisset (v. De Rep. p. 390. B. C.), propter poesis lasciviam et petulantiam corripi atque exagitari. Profert igitur philosophus *δύο ἔπη*, h. e. duos versus hexametros (ut Xenoph. Mem. I. 3, 3.) ex carminibus, quae illi habebant recondita et in suum usum ita seposita, ut communi usui exemta essent. Nam ita *ἀπόθετα ἔπη* cum Schlegelio Hist. Poes. Epic. c. I. Astio, Lobeckio Aglaopham. T. II. p. 861. aliis, intelligenda censemus, quae Wernsdorfius ad Himer. Or. III. p. 430. male de carminibus brevibus, recisis, separatis intelligebat, consentientibus Heindorfio et Schleiermachero; Heynius autem ad Homer. T. VIII. p. 793. interpretabatur carmina minus lecta et frequentata, recondita,, minus nota. Enimvero Homeridis verisimile est suppetiisse carmina quaedam antiquiora, quae Homericam su-

καὶ κειμᾶσθαι ὅπου ἂν ἐᾷ τις ἐγγυτάτω τοῦ πόθου· πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι τὸν τὸ κάλλος ἔχοντα ἰατρὸν εὕρηκε μόνον τῶν μεγίστων πόνων. τοῦτο δὲ τὸ πάθος, ὦ παῖ καλέ, πρὸς ὃν δή μοι ὁ λόγος, ἄνθρωποι μὲν Ἔρωτα ὀνομάζουσι, θεοὶ δὲ ὃ καλοῦσιν ἀκούσας εἰκότως διὰ νεότητα γελάσει. λέγουσι δέ, οἶ- B

B. τοῦτο δὲ τὸ πάθος] V. δή, praeter fidem optimorum plurimorumque codicum.

διὰ νεότητα γελάσει] V. γελάσειας, quod e Bodl. aliisque emendatum. De futuro γελάσομαι v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 92.

perent sapientiam. Quae quidem illi secreta ac recondita habebant, non mediocriter ipsis gloriantes ac superbientes. Quo sensu etiam Athenaeus V. p. 214. E. βιβλίον παλαιὸν καὶ ἀπόθετον memorat. Ex his igitur carminibus Homeridarum arcanis ac reconditis Plato nunc duo affert versiculos, quos num ipse per ludibrium quoddam confinxerit iisque per veri speciem tribuerit, sicuti Heynio ad Hom. T. IV. p. 109. Schleiermachero ann. ad h. l. Astio ad h. l. et De Vita ac Scriptis Plat. p. 102. Nitschio ad Plat. Ion. p. 11. atque nobismet ipsis visum est, an revera ex Homeridarum penu depromserit vel etiam ex antiquo aliquo poeta repetierit, quod fere placuit Welckero ad Philostr. p. 266 sq. et Lobeckio Aglaopham. Vol. II. p. 861. quaestio anceps est neque unquam solubilis. Verum hoc utcunque sese habet, illud quidem manifestum putamus, tribui hos versiculos a Platone ipsis Homeridis, ut per occasionem arcanam istam poesin Homericam eodem nomine corripiat, quo in Republica inprimis ipsum Homerum perstrinxit et exagitavit. Quippe notatur τὸ ἕτερον ἔπος, alter versiculus, tamquam ὑβριστικὸν πάνυ καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον. Quod quidem ad secundum versum pertinere, qui nescio quid lasciviae habeat, verissime perspexit Astius. Nam vel ipsum nomen Πτέρως habet aliquid obscenae ambiguitatis, utpote ductum illud a πτεροῦν, quod vulgari usu etiam significabat cupiditate inflammare, sicuti animadvertimus supra ad p. 246. A. Accedit vero πτερόφοιτος ἀνάγκη, quod apertius etiam vim lubidinis indicat. Nam ἀνάγκη dici consuevit eximie etiam de necessitate cupiditatis vel de naturae instinctu (*Naturtrieb*), ut Xenoph. Cyneg. v. 6. de lepore: συνδυάζεται ἀεὶ — ὥςτε ἐξ ἀνάγκης μετ' ἀλλήλων πλανώμενοι ταῦτα ποιοῦσιν (natura eos ad coitum impellente). Ibid. VII. 1. de canibus earumque tempore catuliendi: τεσσαρες καίδεκα ἡμέραι, ἐν αἷς ἡ ἀνάγκη αὕτη ἔχει. al. Πτερόφοιτος autem etiamsi proprie ad unum pennarum volatum pertinere videatur, tamen item ambigue denotat prorumpentem lubidinem, quandoquidem φοιτᾶν interdum de insania et furore dicitur, et φοιτάλεος est furibundus ac φοιτάς insana. v. Valckenar. ad Ammon. p. 149. et Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agamemn. vers. 1244. et ad Prometh. v. 620. Ex quo intelligi debet, quid de altera lectione πτεροφύτορ', ab Heindorfio, Bekkero, Butt-

μαι, τινὲς Ὁμηριδῶν ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη εἰς τὸν Ἔρωτα, ὧν τὸ ἕτερον ὑβριστικὸν πάνυ καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον. ὑμνοῦσι δὲ ὧδε·

τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν,
C ἀθάνατοι δὲ Πτέρωτα διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην.

τούτοις δὴ ἔξεστι μὲν πείθεσθαι, ἔξεστι δὲ μή· ὅμως δὲ ἥ γε αἰτία καὶ τὸ πάθος τῶν ἐρώντων τοῦτ' ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν. Cap. XXXIII. τῶν μὲν οὖν Διὸς ὀπαδῶν ὁ ληφθεὶς ἐμβριθέστερον δύναται φέρειν τὸ τοῦ πτερωνύμου ἄχθος· ὅσοι δὲ Ἄρεώς τε θεραπευταί, καὶ μετ' ἐκείνου περιεπόλουν, ὅταν ὑπ' Ἔρω-

τινὲς Ὁμηριδῶν] V. Ὁμηρίδαι, praeter codd. fidem. Ceterum Bodl. et alii quidam: δὲ οἱ μὲν τινὲς Ὁμηριδῶν.

ὑβριστικὸν πάνυ] Sic Bodl. cum permultis aliis. V. πάνυ ὑβριστικόν. Dein vulgo σφόδρα τοι, quod est in paucissimis.

τὸν δ' ἤτοι θνητοί] δή τοι plurimi cum Bodl.

C. διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην] Bekker. et Buttm. πτεροφύτορ', quod soli habent GT cum Stobaeo T. I. p. 276. Bodl. cum aliis permultis πτερόφυτον, quod ipsum videtur vulgatam lectionem confirmare. Nec tamen verum est, quod Astius scribit, πτεροφύτορ' metro adversari.

manno, aliis, probata, existimandum sit. Liquido igitur apparet alterum esse versum, qui lasciviae nomine corripiatur eoque pertinere τὸ ὑβριστικὸν πάνυ, quod memoratur. Nec vero aliorsum referri putamus quod additum legitur: καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον. Quod qui ad versus inconcinnitatem spectare iudicaverunt, quandoquidem et portentosum sit vocabulum Πτέρως, et insolentior antecedentis syllabae correptio vel etiam productio ultimae voc. διά, ii neglexerunt id, unde rei universae iudicium maxime suspensum est. Etenim plectuntur Homeridae certe non propter versuum et numerorum pravitatem, sed potius propterea, quod verba eorum, praesertim si quae linguae ipsorum deorum attributa sint, non vocent obscena ac lubidinosa ambiguitate. Quocirca etiam οὐκ ἔμμετρον est **non modestum**, h. e. **non satis pudicum**. Nam ἔμμετρον omnino dicitur id, **in quo modus adhibetur**, **moderatum**, **modicum**, ideoque etiam **modestum**. Iam vero quod dii immortales dicuntur Amorem Πτέρωτα appellare ideoque ipsis immortalibus tribuitur quod ὑβριστικὸν καὶ οὐκ ἔμμετρον videatur, latet in hoc ipso aculeus in Homeridas, quem facile sentient, si qui totam sententiam accuratius examinaverint. De lingua deorum autem, ad quam nominis origo refertur, v. **Valckenar.** Diatrib. p. 275. **Koen.** ad Gregor. Corinth. p. 38. **Lobeck.** Aglaopham. II. p. 858 sq. **Göttling.** ad Hesiod. Theog. v. 831. ed. Goth. 2. Itaque manifestum esse arbitramur, quidnam tandem sit, cur Homeridae veluti per occasionem deludantur. Sed quaerendum adhuc restat, quamnam ob caussam phi-

τος ἁλῶσι καί τε οἰηθῶσιν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, φονικοὶ καὶ ἕτοιμοι καθιερεύειν αὐτούς τε καὶ τὰ παιδικά. καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον θεόν, οὗ ἕκαστος ἦν χορευτής, ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος εἰς τὸ δυνατὸν ζῇ, ἕως ἂν ᾖ ἀδιάφθορος, καὶ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύει· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πρός τε τοὺς ἐρωμένους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλεῖ καὶ προσφέρεται. τόν τε οὖν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα ἑαυτῷ οἷον ἄγαλμα τεκταίνεταί τε καὶ D

Ἀρεώς τε θερ.] V. Ἄρεος, quod ex optimis libris correctum.

D. γένεσιν βιοτεύει] V. βιοτεύῃ, quod e plurimis optimisque codd. mutatum. Dein vulgo: πρός γε τούς. Recte codd. optimi τε.

ὁμιλεῖ καὶ προσφέρεται] Steph. ὁμιλῇ τε καὶ προσφέρηται, ut est in uno Γ ex corr. Alii ὁμιλεῖ τε καὶ προσφ. Sed τε om. Bodl. et alii.

τεκταίνεταί τε καὶ κ.] τε accessit e plurimis codd., quamquam vocula caret Bodl.

losophus omnino haec interposuerit. Enimvero nos quidem si quid iudicare possumus, voluit ille facete et urbane amorem divinum, quem vividis depinxit coloribus, etiam eo nomine insignire, quod singularem eius vim atque impetum indicaret. Quocirca lepidissime ex deorum lingua Homeridarum tale nomen repetiit satis mire illud formatum. Iam vero eadem opera etiam delusit Homeridas earumque sapientiam, quam tecte significavit a vera sapientia et honestate longius recedere. Totus igitur locus est sane urbanissimae ironiae salibus conditus ac veluti perfusus. Ceterum de ὑβριστικὸν πάνυ v. ad p. 256. E.

C. ἐμβριθέστερον δύναται φέρειν τὸ τοῦ πτ. ἄχθ.] gravius ferre potest dei a volando nominati pondus, h. e. non tam facile cedit amoris impetui. Quippe Ζεὺς Platoni est summae rationis imago: de quo decreto videnda sunt quae ad Phileb. p. 29. D. exposuimus. Adde locum Cratyli p. 396. A. B. et quae laudavit Creuzer. ad Olympiodor. in Alcibiad. I. p. 77. — Post Ἀρεώς τε θεραπευταὶ intelligendum esse εἰσί, iam ad Rempubl. II. p. 358. E. significavimus.

D. καθ' ἕκαστον θεόν] more et exemplo cuiusque dei. Quod quid sit, declaratur verbis: ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος. v. ad p. 227. E. Nimirum ista facile apparet salva sententia etiam omitti potuisse. — ἕως ἂν ᾖ ἀδιάφθορος, quamdiu est incorruptus. Absurde alii: donec incorruptus sit animo a corpore seiuncto.

τόν τε οὖν ἔρωτα] V. ad Sympos. p. 196. D. p. 89 sq. — αὐτὸν ἐκεῖνον, sc. τὸν καλόν, s. τὸν παῖδα, οὗ ἐρᾷ.

κατακοσμεῖ, ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάσων. οἱ μὲν
E *δὴ οὖν Διὸς Δῖόν τινα εἶναι ζητοῦσι τὴν ψυχὴν τὸν*
ὑφ' αὐτῶν ἐρώμενον. σκοποῦσιν οὖν, εἰ φιλόσοφός
τε καὶ ἡγεμονικὸς τὴν φύσιν, καὶ ὅταν αὐτὸν εὑ-
ρόντες ἐρασθῶσι, πᾶν ποιοῦσιν, ὅπως τοιοῦτος ἔσται.
ἐὰν οὖν μὴ πρότερον ἐμβεβῶσι τῷ ἐπιτηδεύματι, τότε
ἐπιχειρήσαντες μανθάνουσί τε ὅθεν ἄν τι δύνωνται
καὶ αὐτοὶ μετέρχονται. ἰχνεύοντες δὲ παρ' ἑαυτῶν
253 *ἀνευρίσκειν τὴν τοῦ σφετέρου θεοῦ φύσιν, εὐποροῦσι*
διὰ τὸ συντόνως ἠναγκάσθαι πρὸς τὸν θεὸν βλέπειν,

E. *οἱ μὲν δὴ οὖν Δ.*] *οὖν* nuper e plurimis codd. restitutum. Indidem rediit *εἶναι*, quod vulgo desiderabatur. Neutrum tamen ex Bodl. enotatum est. Pro vulg *Δῖον*, Bodl. GT *δι' ὄν*, in quo latet *Δῖον*, quod habent Δ et pr. Π.

P. 253. *εὐποροῦσι διὰ τ. σ.*] V. *εὐροῦσι* praeter Bas. 2. Nonnulli libri *ἀποροῦσι*, vel *ἐποροῦσι*.

E. *οἱ μὲν δὴ οὖν Διὸς —*] Philosophi illi amatores non omnes promiscue amant, sed quem quisque in coelesti illo volatu deum est secutus, eius dei similem sibi quaerit amasium. Itaque qui Iovem Iovialem; Martialem vero qui Martem: et sic alii Iunonios, Bacchicos, Apollineos: atque talem ubi invenerunt inventumque amare coeperunt, omnia moliuntur, ut et deo illi, quem ipsi sectati sunt, et adeo sibimet ipsis reddant quam simillimum. Itaque verus germanusque philosophus, quippe qui primum inter homines sapientiae gradum teneat, unice expetit Ioviales amasios, hoc est eos, qui vel ad sapientiam vel ad imperium obtinendum natura sint comparati. Etenim Iovi et summa tribuitur sapientia et omnium rerum gubernatio. Phileb. p. 28. D. *νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς.* Ibid. p. 30. D. *οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι*; Unde supra p. 246. E. *Ζεὺς μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ.*

ἐὰν οὖν μὴ πρ. ἐμβ. τῷ ἐπιτ.] Si antea nondum in eo studio versati fuerint, h. e. nondum didicerint, quo sint ipsi ingenio aut ad cuiusnam dei exemplum vitam suam componere ac studia sua regere debeant; certe id tum discunt undecunque possunt et ipsi indagare student. Verba *μετέρχεσθαι*, persequi, et *ἰχνεύειν*, investigare, studere, a venatione ducta, illustrarunt Ast. ad h. l. et Creuzer. ad Procl. in Alcibiad. p. 177. Deinde amatores dicuntur Dei quem olim sectati sunt naturam ita investigare, ut suam ipsorum mentem atque animum veluti introspiciant. Itaque *εὐποροῦσι διὰ τὸ συντόνως ἠναγκάσθαι πρὸς τὸν θεὸν βλέπειν.* Ineptum est *ἀποροῦσιν*, quod in libris aliquot extat.

P. 253. *ἐφαπτόμενοι αὐτοῦ — ἐνθουσιῶντες —*] V. ad p. 228. B. *ἐξ ἐκείνου*, sc. *τοῦ σφετέρου θεοῦ.*

τούτων δὴ —] Sc. *τοῦ λαμβάνειν τὰ τοιαῦτα ἔθη καὶ ἐπιτηδεύματα.* Pluralem ne mireris, vid. ann. ad Apol. Socr. p. 19. D. Phadon. p. 70. D. Gorg.

καὶ ἐφαπτόμενοι αὐτοῦ τῇ μνήμῃ ἐνθουσιῶντες ἐξ ἐκείνου λαμβάνουσι τὰ ἔθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καθ' ὅσον δυνατὸν θεοῦ ἀνθρώπῳ μετασχεῖν. καὶ τούτων δὴ τὸν ἐρώμενον αἰτιώμενοι ἔτι τε μᾶλλον ἀγαπῶσι, κἂν ἐκ Διὸς ἀρύτωσιν ὥςπερ αἱ βάκχαι, ἐπὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου ψυχὴν ἐπαντλοῦντες ποιοῦσιν ὡς δυνατὸν ὁμοιότατον τῷ σφετέρῳ θεῷ. ὅσοι δ' αὖ μεθ' Ἥρας εἵποντο, βασιλικὸν ζητοῦσι, καὶ εὑρόντες περὶ τοῦτον πάντα δρῶσι τὰ αὐτά. οἱ δὲ Ἀπόλλωνός τε καὶ ἑκάστου τῶν θεῶν οὕτω, κατὰ τὸν θεὸν B

καὶ τούτων δὴ τὸν ἐρ.] V. τοῦτον, quod iam Heindorf. correxit, consentientibus Vind. 4. 7. α. Monacc. aliis. Genitivum legit etiam Ficinus.

B. μεθ' Ἥρας] Bodl. Vat. Ven. Π alii plurimi ridicule μεθ' ἡμέρας.

p. 447. A. Protag. p. 331. E. Ceterum αἰτιώμενοι nunc est simpliciter αἴτιον νομίζοντες, auctorem putantes, h. e. haec omnia amasio tanquam auctori tribuentes. Aliis locis plenius dicitur αἴτιόν τινα αἰτιᾶσθαι, ut Gorg. p. 518. D. p. 519. A. Hipp. min. p. 374. E. al.

κἂν ἐκ Διὸς ἀρύτωσιν, ὥςπερ αἱ βάκχαι] et quum e Iove, quippe deo suo, quem olim in coelestium rerum spectatione sunt secuti, animi veluti nutrimenta hauriunt, haec ipsa in amasii animum transfundunt, eoque illum reddunt deo suo quam simillimum, h. e. vere philosophum, quandoquidem Iupiter perfectae sapientiae est imago atque exemplar. Quod autem interponitur ὥςπερ αἱ βάκχαι, eleganter hac imagine illustratur hauriendi ratio; Bacchae enim, quum divino furore agitabantur, e mellis, lactis atque vini rivulis haurire putabantur. Quam in rem comparentur illa Euripidis Bacch. v. 142. ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσῶν νέκταρι. Ibid. v. 704. θύρσον δέ τις λαβοῦσα ἔπεσεν ἐς πέτραν, ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νότις κτλ. ubi plura interpretes. Addas Platon. Ion. p. 534. A. et Aeschinis Socrat. fragm. II. ap. Fischer., quod extat ap. Aristid. T. II. p. 20. Iebb.

B. οἱ δὲ Ἀπόλλωνός τε—] Fallitur Astius, genitivos Ἀπόλλωνος et ἑκάστου ita poni existimans, ac si ὀπαδοί, non μεθ' Ἥρας εἵποντο praecesserit. Imo οἱ Ἀπόλλωνος eodem modo dictum, quo οἱ Πλάτωνος, οἱ Ζήνωνος, et sexcenta id genus alia. — Proxima, οὕτω — τὸν σφέτερον παῖδα πεφυκέναι ζητοῦσιν, facile intellexeris, ubi οὕτω ad praecedentem deorum mentionem pertinere animadverteris. Nam sententia haec est: cupiunt puerum, quem amant, natura sic comparatum esse, ut est deus ille, quem ipsi sectati sunt. Quocirca οὕτω cohaeret cum πεφυκέναι. Usu autem isto verbi ζητεῖν apud Platonem nihil frequentius. v. ad Reip. II. p. 375. E. Apolog. Socr. p. 37. C. Protagor. p. 322. B. Euthyphr. p. 7. A. Menon. p. 74. B. al. Iam vero quid signi-

ἰόντες, ζητοῦσι τὸν σφέτερον παῖδα πεφυκέναι, καὶ ὅταν κτήσωνται, μιμούμενοι αὐτοί τε καὶ τὰ παιδικὰ πείθοντες καὶ ῥυθμίζοντες εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδευμα καὶ ἰδέαν ἄγουσιν, ὅση ἑκάστῳ δύναμις, οὐ φθόνῳ οὐδ' ἀνελευθέρῳ δυςμενείᾳ χρώμενοι πρὸς τὰ παιδικά,
C ἀλλ' εἰς ὁμοιότητα αὐτοῖς καὶ τῷ θεῷ, ὃν ἂν τιμῶσι, πᾶσαν πάντως ὅ τι μάλιστα πειρώμενοι ἄγειν οὕτω ποιοῦσι. προθυμία μὲν οὖν τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων καὶ τελετή, ἐάν γε διαπράξωνται ὃ προθυμοῦνται, ἣν λέγω, οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ ὑπὸ τοῦ δι'

C. καὶ τελετή, ἐάν γε διαπρ.] Bodl. et alii plurimi τελευτή, quod ortum e scioli emendatione. Nimirum τελετή est, quum amati amoris divinioris sacris ita initiantur, ut sese ad dei sui similitudinem componant eoque modo amatoribus gratificantur. Probat tamen Winckelm. istud τελευτή, cui quem sensum subiecerit, nescimus. Deinde vulgo ἐάν γ' ἐνδιαπράξωνται. Recte Vind. 4. Flor. g. h. θ. Mon. Hermias ἐάν γε διαπρ. Bodl. cum multis aliis: ἐάν τ' ἐνδιαπρ. Unde Winckelm. coni. ἐάν τι ἓν διαπρ., quod vehementer displicet. Tum Vind. α. Flor. a. c. h. Mon. CDHNOP ficet istud, κατὰ τὸν θεὸν ἰόντες, nemini potest esse obscurum: est enim nihil aliud quam dei sui exemplum sectantes, ut post οὕτως illustrationis gratia sit interpositum. — εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδ. καὶ ἰδέαν ἄγ. h. e. ποιοῦσιν ὡς δυνατὸν ὁμοιότατον τῷ σφετέρῳ θεῷ.

C. πειρώμενοι ἄγειν οὕτω ποιοῦσι] Aptissime Heindorf. comparavit Gorg. p. 507. D. καὶ πάντα εἰς τοῦτο καὶ τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν.

προθυμία μὲν οὖν — ἐὰν αἱρεθῇ] Haec quum vulgo sint interpunctionis pravitate vehementissime deturpata, tum vereor, ut vel nunc careant vitio. Nam istud ἣν λέγω dici non potest quantopere frigeat, praesertim quum necessario ad praecedentia illa: προθυμία καὶ τελετή, referatur. Neque enim fieri ullo modo potest, quod Astius duce Schleiermachero statuit, ut ἣν λέγω cum οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ connectatur. Qua ratione neque ad sententiam quidquam proficitur, neque structura verborum recte explicatur. Verbo dicam quod sentio. Corrigendum est: ἣ λέγω, vel, si codd. pressius sequamur, ᾗ ἐγὼ λέγω, qua ratione ego censeo s. dico. Quod quum pertineat ad proxime antecedentia: ἐάν γε διαπράξωνται ὃ προθυμοῦνται, omnia iam rectissime decurrunt facillimamque habent interpretationem. Est enim verborum sententia haec: voluntas igitur vere amantium et initiatio, siquidem illi ea, qua dixi, ratione perficiunt, quod student, tam praeclara et beata per eum, qui amore furit, amato obtingit, ubi hic captus ab illo fuerit. Nimirum verba ὑπὸ τοῦ δι' ἔρωτα μανέντος, quod post τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων, addita sunt

ἔρωτα μανέντος φίλου τῷ φιληθέντι γίγνεται, ἐὰν αἱρεθῇ. ἁλίσκεται δὲ δὴ ὁ αἱρεθεὶς τοιῷδε τρόπῳ.

Cap. XXXIV. Καθάπερ ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ μύθου τριχῇ διειλόμην ψυχὴν ἑκάστην, ἱππομόρφω μὲν δύο τινὲ εἴδη, ἡνιοχικὸν δὲ εἶδος τρίτον, καὶ νῦν ἔτι D ἡμῖν ταῦτα μενέτω. τῶν δὲ δὴ ἵππων ὁ μέν, φαμέν, ἀγαθός, ὁ δ' οὔ· ἀρετὴ δὲ τίς τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ κακοῦ κακία, οὐ διείπομεν, νῦν δὲ λεκτέον. ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὢν τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς

δ' ἐγὼ λέγω. Bodl. aliique ἦν δ' ἐγώ omisso verbo λέγω. Ven. Σ corr. et Par. CDHNOP al.* ἐγὼ λέγω. Dein Bodl. γίγνηται. Pro αἱρεθῇ et αἱρεθείς Heindorf. malebat εὑρεθῇ et εὑρεθείς, probante Schleiermachero. Cui sententiae Ast. ita adversatur, ut αἱρεῖσθαι moneat nunc non esse capi, sed eligi. sed v. annot.

D. καὶ νῦν ἔτι ἡμῖν ταῦτα μ.] V. ταὐτά. Illud permulti cum Vat. et Ven. Π habent, et placuit etiam Bekkero. Mox τοῦ ante κακοῦ κακία ex Venet. Σ et Vat. b recepi.

per redundantiam quandam, in eo nemo temere haerebit. Frustra Winckelm. coni. καὶ οὕτω καλεῖται εὐδ.

ἁλίσκεται δὲ δὴ ὁ αἱρεθείς] Dictum videtur per prolepsin quandam, cuius aliud exemplum Schneiderus ad Reip. VII. p. 526. B. affert: Legg. IX. p. 369. A. Rectius tamen Astius αἱρεθείς interpretatur electus, i. e. *der Erkohrene*; de quo vide inprimis p. 255. A — E.

ἱππομόρφω μὲν —] Accusativus post dividendi verbum de more infertur, ut non sit opus praepositione εἰς. v. ad Phileb. p. 60. et quae laudavit Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 683. Pro διειλόμην vero Heindorf. requirebat διείλομεν, quoniam deinceps numerus multitudinis in eadem re ponitur. Etiam Ficinus vertit: divisimus. Sed libri mss. cum vett. editt. constanter tuentur vulgatam lectionem. Nec vero διελέσθαι minus usitatum fuit quam διελεῖν, quam in rem Ast. comparat Phaedr. p. 265. B. p. 270. B. Phaedon. p. 99. B. Theaet. p. 181. D. 182. C. Sophist. p. 217. A. p. 219. E. p. 220. B. p. 248. A. p. 264. C. al. Quocirca unus ille scrupulus residet, quem numerorum iniicit variatio. Nec tamen is est eiusmodi, ut non queat eximi commodissime. Quippe Socrates quum deinde addat, καὶ νῦν ἔτι ἡμῖν ταῦτα μενέτω, iam deinceps recte potuit dicere plurali numero φαμέν et διείπομεν, etiamsi antea de se uno erat locutus.

D. τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθ.] Haec non dubitamus quin e physiognomicis veterum Graecorum placitis sint illustranda. In quo tamen tenendum universam hanc descriptionem ita esse compositam, ut simul varia hominum depingantur ingenia. In quo magna philosophi ars atque sollertia cernitur. Cum prioribus contendas Pelagonium in Geoponicis T. IV. p. 1109. ed. Niclas, qui boni equi notas has

ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος κελεύματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται· ὁ δ' αὖ
E σκολιός, πολύς, εἰκῇ συμπεφορημένος, κρατεραύχην, βραχυτράχηλος, σιμοπρόσωπος, μελάγχρως, γλαυκόμ-

καὶ ἀληθινῆς δόξης] In his καὶ deletum ivit Badham.

κελεύματι μόνον] V. κελεύσματι, quod e Bodl. Δ. δ. et pr. ΓΠΒ cum Bekkero et Astio mutavimus. v. Schneider. ad Polit. Vol. I. p. 289 sq. Codd. nonnulli μόνῳ; sed v. Heindorf. ad Euthyd. p. 389. Winckelm. ibid. p. 114. Bremi ad Lys. Orat. Sel. Exc. XI. p. 450 sq.

esse vult, ut habeat πρόσωπον σιμὸν ἢ ἐπίγρυπον sitque ὑψαύχην, γλαυκός, δυςαργάλιστος, praeterea prae se ferat ὀρθὸν τράχηλον, πλήρη τε καὶ παχύν, τουτέστιν οὐ βραχὺν τράχηλον, γαστέρα συμπεπιεσμένην καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην, τὸ μέγεθος ἱκανόν, τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος φλέβας εὐσήμους καὶ ἐπηρμένας, τὴν χροιὰν κατακόρως μέλαιναν. Quibuscum compares Xenophont. de equit. c. I. Absyrtum in Geopon. T. IV. p. 1102 sqq. Oppian. Cyneg. I. 173 sqq. Polluc. I. 11. 189. Albi coloris equos, Platoni probatos, laudat iam Homer. Iliad. κ, 437, ubi Rhesi equi praestantissimi dicuntur λευκότεροι χιόνος, θείειν τ' ἀνέμοισιν ὅμοιοι.

E. *εἰκῇ συμπεφορημένος*] Winckelmannus Praef. ad ed. Turic. min. p. XI. mavult: πολυειδής, εἰκῇ συμπεφυρμένος. Hermias: *πολύς*: οὐ κατέχεται ἑνὶ εἴδει, ἀλλὰ πολυειδής ἐστι καὶ τῷ πλήθει φίλος. De συμπεφορημένος v. Phileb. p. 64. E., ubi est ξυμπεφορημένη ξυμφορά. Nimirum, πολύς, de corpore dictum, est ingens, vastus, informis (*plump*), quod bene opponitur antegresso ὀρθωμένος. Cuius modi forma cur alteri isti equo tribuatur, apertum est. Significatur enim utique ἡ τῶν αἰσθητῶν φύσις πολυειδὴς καὶ συμπεφορημένη καὶ ῥέουσα, ut loquitur. Max. Tyr. XVII. 7. ubi v. Davis. Sed ab hoc tamen loco πολυειδής prorsus alienum. De πολύς pro μέγας et παχύς usurpato v. Schaefer. ad Long. p. 352. Valcken. ad Mosch. let. IV. 28.

κρατεραύχην, βράχυτράχηλος] Dura vocatur equi pravi cervix et breve collum. Quae fuerunt etiam signa hominis stupidi et communi sensu carentis. Nam in libello Aristotelis, qui vulgo fertur, φυσιογνωμικῶν c. III. p. 1173. B., inter ἀναισθήτων notas sunt τὰ περὶ τὸν αὐχένα σαρκώδη καὶ συμπεπλεγμένα καὶ συνδεδεμένα καὶ τράχηλος παχύς, et c. VI. p. 1178. C. legimus: οἷς τὰ περὶ τὰς κλεῖδας συμπεριπεφραγμένα, ἀναίσθητοι. Praeterea alius etiam mali indicium facit ista naturae conformatio. Nam, οἷς τράχηλος παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· οἷς δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι. Polemo in Aristotele Sylburgiano, I. 14. p. 176. παχὺς αὐχήν, ὥςπερ λοφιά, ἀμαθῆ σὺν ὕβρει τὸν ἔχοντα μαρτυρεῖ. Adamantius ibid. c. XVI. p. 207. οἱ ὑπερφυῶς παχυτράχηλοι δυςόργητοι, σκαιοί, ἀμαθεῖς, ὑώδεις.

σιμοπρόσωπος] Videtur Socrates iocose semet ipsum significare. v. Xenoph. Sympos. c. V. Plat. Sympos. c. XXXV.

ματος, ὕφαιμος, ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος, περὶ ὦτα λάσιος, κωφός, μάστιγι μετὰ κέντρων μόγις ὑπείκων. Cap. XXXV. ὅταν δ' οὖν ὁ ἡνίοχος ἰδὼν τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα, πᾶσαν αἰσθήσει διαθερμήνας τὴν ψυχήν, γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλη-

E. λάσιος, κωφός, μ.] Bodl. λασιο κωφοσ, omisso ς finali, sed vacuo spatio relicto. Inde ortum quod ΔGT et pr. Π habent λασιόκωφος, quod Photius p. 209. 17. et Suidas in voc. interpretantur: ὁ λίαν κωφός, οἷον λάσια τὰ ὦτα ἔχων, ὡς συγκεκωφῶσθαι καὶ ἀναισθητεῖν.

ὅταν δ' οὖν ὁ ἡνίοχος] Codd. DNOP. alii ὅταν δὴ οὖν. male.

Theaetet. princip., ubi Theaetetus Socrati dicitur simillimus esse τήν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων. Polemo l. c. p. 272. 9. Οἱ δὲ σιμοὶ λάγνοι καὶ μοιχοὶ ἄνδρες. Μυκτῆρας ἀνεωγμένους οἱ ἔχοντες θυμώδεις καὶ δυνατοί, ὥςπερ ἐπὶ τῶν ταύρων καὶ τῶν λεόντων. Eadem fere habet Adamant. 2, 18. p. 210. 6. Zopyrus ap. Aristotelem. l. c. p. 1179. B. οἱ σιμὴν ἔχοντες ῥῖνα, λάγνοι.

ὕφαιμος] Apud. Aristot. Physiogn. II. iungitur θερμὸς καὶ ὕφαιμος, ut significetur sanguineus, quem recentiores physiognomones appellare solent. Heindorf. et Ast. intelligunt τὰ ὄμματα, quo non opus. Vana est etiam Astii suspicio, γλαυκόμματος καὶ ὕφαιμος scribendum arbitrantis.

περὶ ὦτα λάσιος] circa aures hirsutus. In hominibus hoc erat signum libidinis. Arist. Physiogn. p. 1174. C. λάγνοι οἱ κρόταφοι δασεῖς. Itaque recte λάσιος per se seorsum memoratur; cui bene subiunctum est quod inde consequitur: κωφός. Scripturam λασιόκωφος igitur vix probaveris, licet eam nuper commendaverit Winckelmannus Praefat. ad ed. Turicens. min. p. XI. qui in eo quoque fuit audacior, quod verba περὶ ὦτα, communi librorum auctoritate confirmata, eliminanda censuit. Recte locum legit Plutarchus Quaest. Platonn. p. 276. ed. Hutten. — κωφὸς est in universum hebes, obtusus, deinde non obtemperans, der nicht hört u. sieht, quam in rem Ast. laudat Valcken. ad Ammon. p. 133. et Wesseling. ad Diodor. Sic. III. 51. Quippe ἀκούειν, κλύειν, ἀκροᾶσθαι dicitur pro ὑπακούειν καὶ ὑποτετάχθαι, ut observat Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 366. 28. cf. Sophocl. Ai. v. 591. 1071. Oed. Col. v. 172. 1645. al.

ἰδὼν τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα] Recte Heindorfius: amatorium illud spectaculum, quo sensu ὄμμα apud poetas quidem non infrequens esse docuit Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 152. et ad Ammon. p. 76. Sed quod idem vir doctus in αἰσθήσει haesit, mihi ea de re secus videtur iudicari oportere. Nam labes haeret potius in verbo διαθερμήνας. Quid enim? auriga num dici recte potest illius spectaculi perceptione universam calefecisse animam? Minime vero. Huius enim est equos ferocientes domare atque cohibere. Legendum censemus διαθερμῆναν. Quo facto sententia neque absurda exsistit et clara fit atque perspicua.

254 σθῇ, ὁ μὲν εὐπειθὴς τῷ ἡνιόχῳ τῶν ἵππων, ἀεί τε
καὶ τότε αἰδοῖ βιαζόμενος, ἑαυτὸν κατέχει μὴ ἐπιπη-
δᾶν τῷ ἐρωμένῳ· ὁ δὲ οὔτε κέντρων ἡνιοχικῶν οὔτε
μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται, σκιρτῶν δὲ βίᾳ φέρεται, καὶ
πάντα πράγματα παρέχων τῷ σύζυγί τε καὶ ἡνιόχῳ
ἀναγκάζει ἰέναι τε πρὸς τὰ παιδικὰ καὶ μνείαν ποιεῖ-
σθαι τῆς τῶν ἀφροδισίων χάριτος. τὼ δὲ κατ' ἀρχὰς
μὲν ἀντιτείνετον ἀγανακτοῦντε, ὡς δεινὰ καὶ παρά-
B νομα ἀναγκαζομένω· τελευτῶντε δέ, ὅταν μηδὲν ᾖ
πέρας κακοῦ, πορεύεσθον ἀγομένω, εἴξαντε καὶ ὁμο-
λογήσαντε ποιήσειν τὸ κελευόμενον. καὶ πρὸς αὐτῷ
τ' ἐγένοντο καὶ εἶδον τὴν ὄψιν τὴν τῶν παιδικῶν
ἀστράπτουσαν. ἰδόντος δὲ τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη πρὸς
τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐ-

P. 254. ἀντιτείνετον ἀγανακτοῦντε] ΓΝ ἀγανακτοῦντες. v. ad p. 256. C. Dein Bodl. cum ΔΠGT τελευτῶντες et mox Ven. II. ὁμολογήσαντες. Item C. duo libri ἀπελθόντες. Incertum sane in tanta scripturae varietate manet, quid amplectendum sit, ut ne τελευτῶντες quidem cum Herm. revocare ausi simus, quamvis meliorum librorum auctoritate munitum. Ceterum conf. ann. ad p. 261. B.

P. 254. ἀεί τε καὶ τότε αἰδοῖ β.] tunc ut semper, ut recte interpretatur Schaefer. ad Sophocl. Ant. 181. Sic Phileb. p. 60. C. καὶ τότε καὶ νῦν, nunc ut antea. Sophist. p. 239. B. πάλαι καὶ τὰ νῦν, nunc ut iam dudum. Gorg. p. 523. A. Phaedon. p. 58. B. Lysias adv. Theomn. §. 20. νῦν τε καὶ πάλαι. Ibid. νῦν τε καὶ πρότερον.

οὔτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται] οὐκ ἐντρέπεσθαί τινος, *sich nicht an etwas kehren*, i. e. aliquid nihil curare, aliquid negligere. Ita Criton. p. 52. C. Sic etiam στρέφεσθαι ponitur. Sophocl. Ai. 1117. τοῦ δὲ σοῦ ψόφου Οὐκ ἂν στραφείην, ἕως ἂν ᾖς οἷόςπερ εἶ: nam sic ibi pro ὡς ἂν ᾖς scribendum censemus. Ceterum haec affert Priscianus XVIII. p. 1182. ed. Putsch. docens Atticis ἐντρέπομαι τοῦτο et τούτου in usu fuisse.

τὼ δὲ κατ' ἀρχάς —] Videl. equus iugalis et auriga. Verbum ἀναγκάζειν cum accusativo iunctum illustravit Matth. Gr. §. 419., qui nec huius loci fuit immemor. Atque ita Latine dicitur aliquis aliquid cogi, de qua loquendi ratione vid. Gronov. ad Liv. IV. 26.

B. ἐγένοντο καὶ εἶδον] V. ad p. 232. E.

πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν] h. e. absolutae ac coelestis pulcritudinis. — Tum ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν est in sancto quodam stantem fundamento. Locum qui imitatione expresserunt, fere ἱδρυμένην posuerunt pro βεβῶσαν, ut apparet ex iis, quae collegit Wyttenbach. Epist.

τὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν.
ἰδοῦσα δὲ ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία, καὶ
ἅμα ἠναγκάσθη εἰς τοὐπίσω ἑλκύσαι τὰς ἡνίας οὕτω C
σφόδρα, ὥςτε ἐπὶ τὰ ἰσχία ἄμφω καθίσαι τὼ ἵππω,
τὸν μὲν ἑκόντα διὰ τὸ μὴ ἀντιτείνειν, τὸν δὲ ὑβρι-
στὴν μάλα ἄκοντα. ἀπελθόντε δὲ ἀπωτέρω, ὁ μὲν
ὑπ' αἰσχύνης τε καὶ θάμβους ἱδρῶτι πᾶσαν ἔβρεξε
τὴν ψυχήν, ὁ δέ, λήξας τῆς ὀδύνης, ἣν ὑπὸ τοῦ
χαλινοῦ τε ἔσχε καὶ τοῦ πτώματος, μόγις ἐξαναπνεύ-
σας ἐλοιδόρησεν ὀργῇ, πολλὰ κακίζων τόν τε ἡνίο-
χον καὶ τὸν ὁμόζυγα ὡς δειλίᾳ τε καὶ ἀνανδρίᾳ λι-
πόντε τὴν τάξιν καὶ ὁμολογίαν. καὶ πάλιν οὐκ ἐθέ- D
λοντας προςιέναι ἀναγκάζων μόγις συνεχώρησε, δεομέ-
νων εἰςαῦθις ὑπερβαλέσθαι. ἐλθόντος δὲ τοῦ συν-

B. *καὶ σεφθεῖσα*] Vitiose aliquot libri *στρεφθεῖσα*: alii *στεφθεῖσα*.

C. *ἑλκύσαι τὰς ἡνίας*] V. cum Aldo *ἀνελκύσαι*, praeter fidem codicum.

διὰ τὸ μὴ ἀντιτείνειν] Haec deleri vult Hirschig. tamquam orta ex glossemate. Prave, sicuti vel ex seq. *τὸν δὲ ὑβριστὴν* intelligitur.

λιπόντε τὴν τ.] *λιπόντα* prave Bodl. Vat. G T et pr. *Π*.

Crit. p. 250. ed. Lips. Delect. Epigrammat. ed. Fr. Iacobs. p. 341. *Τίς ποκ' ἀπ' Οὐλύμποιο μετάγαγε παρθενεῶνα, Τὸν πάφος οὐρανίας ἐμβεβαῶτα δόμοις;* Aristid. Orat. in Iov. T. I. p. 4. ed. Dind. *ἄρχεται ἐκ θεμελίων καὶ ποιεῖ τὴν γῆν, ὅπως αὐτῷ τὰ πάντα ἐπὶ ταύτης βεβήκοι.*

καὶ σεφθεῖσα] Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 113. 31. *σεφθεῖσα, ἀντὶ τοῦ σεβασθεῖσα. Πλάτων Φαίδρῳ.* Photius p. 508 = 438. ed. Dind. *Σέφθησαν· καὶ οἱ τραγικοί, καὶ Πλάτων Φαιδρῷ, ἀντὶ ἐσεβάσθησαν.* Suidas s. v. *Ἐσέφθη· ἐσεβάσθη, ἐτίμησεν, ἐθαύμασεν, ἐξεπλάγη.* Hesychius T. I. p. 1456. *Ἐσέφθην· ἐσεβάσθην, ἡσύχασα, ᾐσχύνθην. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ.* Pro *ἰδοῦσα* exspectabas *ἰδών*, sc. *ὁ ἡνίοχος*: sed feminino utitur in animo habens praegressum istud *τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη*. Atque hinc nunc defendimus quod legitur Reipubl. VI. p. 503. E. *δυνατὴ ἔσται ἐνεγκεῖν*, licet remotius sit *ἡ φύσις αὐτοῦ*.

C. *ἐλοιδόρησεν — πολλὰ κακίζων*] De Rep. VIII. p. 560. A. *νουθετούντων τε καὶ κακιζόντων*. Herodot. III. 145. *λοιδορέων καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε.* Est enim *κακίζειν* aliquid alicui cum conviciis exprobrare; opprobriis aliquem onerare.

D. *μόγις συνεχώρησε — ὑπερβαλέσθαι*] vix iis concedit rogantibus, ut in posterum differatur. Genitivus absolutus pro dativo, qui ex verbo penderet, illatus. v. Matthiae Gr. §. 561. Schae-

τεθέντος χρόνου, [οὐ] ἀμνημονεῖν προςποιουμένω ἀναμιμνήσκων, βιαζόμενος, χρεμετίζων, ἕλκων ἠνάγκασεν αὖ προςελθεῖν τοῖς παιδικοῖς ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους. καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἐγκύψας καὶ ἐκτείνας τὴν κέρκον ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν μετ᾽ ἀναιδείας ἕλκει.
E *ὁ δ᾽ ἡνίοχος ἔτι μᾶλλον ταὐτὸν πάθος παθών, ὥςπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀναπεσών, ἔτι μᾶλλον τοῦ ὑβριστοῦ ἵππου ἐκ τῶν ὀδόντων βίᾳ ὀπίσω σπάσας τὸν*

D. *καὶ ἐκτείνας τὴν κ.*] *ΔΠ*DGNOPT Flor. g. h. Vind. 4. 7. alii *ἐντείνας*.

E. *ταὐτὸν πάθος π.*] V. *ταὐτό*, praeter fidem plurimorum optimorumque librorum. Deinde aliquot libri *ὑπὸ ὕσπληγος*.

fer. ad Aesop. p. 137. et 149. ed. Heus. ad Lambert. Bos. p. 50. ad Demosthen. de Corona p. 272. 11. ed. R. = p. 202. Apparat. coll. not. ad Reip. VII. p. 518. A. VIII. p. 547. C. Nam genitivi fere ponuntur, quum alterum orationis membrum, quo magis eius vis et gravitas percipiatur, tanquam per se absolute enuntiatur. Ita hoc loco, si rem ad amussim velis exigere, proprie dicitur: vix concedit, quum illi rogant, ut etc., quod etsi idem fere quod dativus casus significat, tamen hoc habet discriminis, quod rogantium mentio per se seorsum fit, neque ii a contumacis equi venia pendere cogitantur. Idem dictum velim de Latinorum ablativo absoluto, quem eodem modo poni solere docebunt Dukerus ad Flor. IV, 12, 28. interpp. ad Sueton. Tiber. 31. Ruddimannus Institutt. Grammat. T. II. p. 302 sq. De numero plurali *ἐθέλοντας*, pro quo Hirschig. inconsulte scripsit *ἐθέλοντε*, v. ann. ad Protagor. p. 317. D. Gorg. p. 481. D. Euthydem. p. 273. D. coll. infra p. 278. B. al. Neque criticus Batavus satis caute egit *δεομένοιν* scribendo pro *δεομένων*.

[*οὐ*] *ἀμνημονεῖν προςποιουμένω* —] Nondum mihi persuasi istud *οὐ*, quod facile potuit e praecedenti syllaba oriri, a Platonis manu esse profectum. Nam quam excogitavit Astius loci explicationem, eam si a Graecae linguae natura et indole abhorrere dicam, nihil videor affirmare, quod a vero alienum sit. Vult enim ille *οὐ* illatum esse, quia scriptor deinceps fuerit dicturus *ἀναμιμνήσκει*, sed impetu quodam, quo scilicet equi urgentis cupiditas depingatur, ad participiorum usum fuerit abreptus. In quo nihil inest verisimilitudinis; neque istius picturae elegantia nobis unquam placuit. — *ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους*, de quibus antea p. 254. A.

καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν — ἕλκει] *ἦσαν* dixit, quia aoristum *εἷλκεν* erat subiuncturus, quem Boeckhius in Min. p. 167. frustra desiderat, quandoquidem praesens saepe ita cum illo aoristo copulatur. v. infra ad p. 255. D. Multo minus cum Buttmanno *εἰσὶν* reposuerim. Paullo aliter loci integritatem defendere studuit Astius. Deinde *ἐγκύψας* est caput demittens, ut positum sit intransitive. Quae res quia non diligenter animadversa est, factum videtur, ut in bona librorum parte scriptum sit *καὶ ἐν-*

χαλινόν, τήν τε κακηγόρον γλῶτταν καὶ τὰς γνάθους καθήμαξε καὶ τὰ σκέλη τε καὶ τὰ ἰσχία πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας ὀδύναις ἔδωκεν. ὅταν δὲ ταὐτὸν πολλάκις πάσχων ὁ πονηρὸς τῆς ὕβρεως λήξῃ, ταπεινωθεὶς ἕπεται ἤδη τῇ τοῦ ἡνιόχου προνοίᾳ, καὶ ὅταν ἴδῃ τὸν καλόν, φόβῳ διόλλυται. ὥςτε ξυμβαίνει τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐραστοῦ ψυχὴν τοῖς παιδικοῖς αἰδουμένην τε καὶ δεδοικυῖαν ἕπεσθαι. Cap. XXXVI. ἅτε οὖν πᾶσαν 255

κακηγόρον γλῶτταν] Ita Bekk. e ΔΠDGT. Vulgo κακήγορον.

τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐρ.] V. ποτ' ἤδη, quod e Bodl. aliisque plurimis emendatum. Praeterea φόβῳ διολλ. Bodl. Vat. Par. G et pr. Ven. Π.

τείνας, quod olim cum Bekkero suscepimus. At enimvero ἐγκύψας non cum τὴν κέρκον cohaeret, sed per se seorsum accipiendum est, ut recte fecit Astius.

E. ὥςπερ ἀπὸ ὕσπληγγος ἀναπεσών —] Recte Heindorfius: velut statim a carceribus retro relapsus: ut haec verbis ταὐτὸν πάθος παθὼν interpretationis gratia adiecta sint. Spectant autem haec ad praecedentia illa: ἰδοῦσα δὲ ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία, quod neminem, opinor, latuerit. De ὕσπληγγι carcerum repagulo v. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. 20. — πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας, quod supra p. 254. C. dicebatur ἐπὶ τὰ ἰσχία ἄμφω καθίσαι τὼ ἵππω. — ὀδύναις ἔδωκεν, ut Hom. Il. V. 397: ὀδύνῃσιν ἔδωκεν. Odyss. XIX, 167: ἀχέεσσί γε δώσεις. Plat. Rep. IX. p. 574. C: πληγαῖς δοῦναι. ib. VIII. p. 566. C. θανάτῳ δίδοται. v. Dorvill. ad Charit. p. 561. Sic etiam Latini exitio dare, leto dare, al.

P. 255. ἅτε οὖν πᾶσαν θεραπείαν — εἰς ὁμιλίαν] Turpissimo glossemate expulso totius loci sententia haec est: Quum igitur omni cultu tanquam deus aliquis colatur ab amatore, non simulante amorem, sed revera illo affecto, ipseque natura amicus sit cultori (nam uterque eidem deo est quasi dedicatus); etiamsi forte superiore tempore a condiscipulis et aliis quibusdam in rei odium et invidiam adductus fuerit, dictitantibus amanti appropinquare turpe esse, ideoque amatorem repudiet, tamen tempore iam procedente tum aetatis robur tum necessitas eum illuc perducunt, ut ipsum (amatorem) ad suam admittat consuetudinem. Quibus postremis haud scio an verba εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν interpretationis gratia adscripta fuerint. Nihil vero iam in his inesse putamus, quod ullo modo molestum accidat. Nam quod post ἐὰν ἄρα καὶ in apodosi δέ infertur, de eo vide Hermannum ad Viger. p. 846 sq. annot. 544. Herodot. VII, 103. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν ἀντάξιός ἐστι, σέ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον. — Διαβάλλεσθαί τινι vero ad Phaedon. p. 67. E. illustravimus. Male enim Heindorfius aliique hoc loco deceptum esse interpretantur.

θεραπείαν ὡς ἰσόθεος θεραπευόμενος οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου τοῦ ἐρῶντος, ἀλλ' ἀληθῶς τοῦτο πεπονθότος, καὶ αὐτὸς ὢν φύσει φίλος [εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν] τῷ θεραπεύοντι, ἐὰν ἄρα καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ὑπὸ ξυμφοιτητῶν ἤ τινων ἄλλων διαβεβλημένος ᾖ, λεγόντων, ὡς αἰσχρὸν ἐρῶντι πλησιάζειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθῇ τὸν ἐρῶντα, προϊόντος δὲ ἤδη τοῦ χρόνου ἥ τε ἡλικία καὶ τὸ χρεὼν ἤγαγεν εἰς τὸ
B προςέσθαι αὐτὸν εἰς ὁμιλίαν. οὐ γάρ δή ποτε εἵμαρται κακὸν κακῷ φίλον οὐδ' ἀγαθὸν μὴ φίλον ἀγαθῷ εἶναι. προςεμένου δὲ καὶ λόγον τε καὶ ὁμιλίαν δεξαμένου, ἐγγύθεν ἡ εὔνοια γιγνομένη τοῦ ἐρῶντος ἐκ-

καὶ δεδοικυῖαν ἕπεσθαι] δεδιυῖαν ΠGT, quod receperunt Bekkerus et Astius. v. Buttm. Gr. Ampl. T. I. P. II. p. 103. δεδικυῖαν Vat. Δ.

P. 255. οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου —] Bod. οὐχ ὑποσχημένου, quod a pr. man. mutatum in οὐχ ὑποσχηματιζομένου. Et sic scriptum in septem Florr.

εἰς ταὐτὸν ἄγει τ. φιλίαν] Omittunt haec verba Bodl. ΓΣΦCDFGHT, quinque Florr. alii; recte. v. ann. Tum Steph. coni. καὶ ἐὰν ἄρα, vel ἐὰν δ' ἄρα.

ἀπωθῇ τὸν ἐρῶντα] V. ἀπωθεῖ, quod e duobus Florr. Par. H. et corr. Γ mutatum. Alii ἀπωθοίη vel ἀπωθοῖ. Pro ἐρῶντα ΔΞΠΣDEFPT et pr. BC scriptum exhibent ἔρωτα.

οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου — πεπονθότος] τοῦτο, intell. τὸ ἐρᾶν. Quod alii legunt οὐχ ὑποσχηματιζομένου, Ruhnkenio ad Tim. p. 245., Heindorfio, aliis assentientibus, id etsi per se recte habet, quandoquidem ὑποσχηματίζεσθαι pro προσποιεῖσθαι καὶ πλάττεσθαι dici consuevit; tamen vulgatae lectioni non praeferam. Nam primum praepositione ὑπό aegre caruerim. Deinde facile potuit accidere, ut ὑπό cum sequenti σχηματίζεσθαι connecteretur, quia post ἀλλά non est repetitum. Quod tamen eiusmodi est, nihil ut habeat offensionis. Conf. infra p. 273. E. Demosthen. Olynth. I. p. 10. 32. Reisk. ὅτε νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ. Id. De Corona §. 91. p. 264. R. οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμετέροις ἤθεσιν ὥρισται. Plat. Theaet. p. 149. C. γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων. Denique σχηματίζεσθαι simulandi significatione positum sicuti non ab usu loquendi abhorret, ita ab librariis facile postponi potuit usitatiori illi ὑποσχηματίζεσθαι.

B. οὐ γὰρ δή ποτε — ἀγαθῷ εἶναι] nunquam enim fato est constitutum, ut malus malo amicus sit, aut bonus non sit amicus bono. Illustrant haec verba quod modo dixerat καὶ τὸ χρεὼν ἤγαγεν. De sententia conf. Symp. p. 195. B. Lys. p. 214. A.

πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον] si ad amicum numine plenum comparentur.

πλήττει τὸν ἐρώμενον, διαισθανόμενον, ὅτι οὐδ' οἱ ξύμπαντες ἄλλοι φίλοι τε καὶ οἰκεῖοι μοῖραν φιλίας οὐδεμίαν παρέχονται πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον. ὅταν δὲ χρονίζῃ τοῦτο δρῶν καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι ἔν τε γυμνασίοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις, C τότ' ἤδη ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγή, ὃν ἵμερον Ζεὺς Γανυμήδους ἐρῶν ὠνόμασε, πολλὴ φερομένη πρὸς τὸν ἐραστήν, ἡ μὲν εἰς αὐτὸν ἔδυ, ἡ δ' ἀπομεστουμένου ἔξω ἀποῤῥεῖ· καὶ οἷον πνεῦμα ἤ τις ἠχὼ ἀπὸ λείων τε καὶ στερεῶν ἀλλομένη πάλιν ὅθεν ὡρμήθη φέρεται, οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν, ᾗ πέφυκεν ἐπὶ

εἰς τὸ προςέσθαι] V. προέσθαι, quod Heindorf. mutandum vidit. Multi libri πορεύεσθαι. Unus Γ προσέσθαι. Flor. i. προςέσται: unde recepta lectio confirmatur.

B. καὶ λόγον τε καὶ ὁμ.] τε om. Bodl. ΔΠDEFGNOPT. Noluimus voculam abiicere, a criticis, ut videtur, ideo deletam, quia καὶ λόγον τε moleste ferebant.

μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι] Bodl. et multi alii μετὰ τοῦτο ἅπτεσθαι. Dein ἐν ante ταῖς ἄλλαις Hirsch. sine caussa extrusit.

C. ἔξω ἀποῤῥεῖ] ἀπορεῖ Bodl.

ἀλλομένη πάλιν] V. ἀλωμένη, quod e Bodl. Flor. a. b. c. g. h. θ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. α. al. et Euseb. Praep. Evang. XIII. 20. p. 709. C. emendatum, qui partim ἀλλομένη scribunt.

ὅταν δὲ χρονίζῃ —] Subiectum, quod vocant, non esse amatorem, sed amatum, satis docent quae sequuntur: καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι, et φερομένη πρὸς τὸν ἐραστήν. Quocirca Astius minus recte statuit τοῦτο δρῶν referri ad superiora illa ἐγγύθεν ἡ εὔνοια γιγνομένη et φιλίαν παρέχονται, quum intelligatur potius τὸ προςέσθαι αὐτὸν καὶ λόγον τε καὶ ὁμιλίαν δέξασθαι, ut iam Heindorf. et Schleiermach. animadverterunt. Ceterum de amore adolescentium in gymnasiis orto v. Sympos. p. 409. C. et Theag. p. 234. C.

C. ὃν ἵμερον — ὠνόμασε] Lepide Iupiter ipse, amoris philosophi auctor, fingitur τοῦ ἱμέρου nomen posuisse, de quo supra p. 251. C. Quod ὃν ἵμερον dictum est, pronomine relativo sequenti nomini accommodato, de eo iam olim conferri iussimus Schaeferum ad Viger. p. 708. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. XLV. Hodie addes quae de hac loquendi forma, utriusque linguae scriptoribus communi, subtiliter disseruit G. T. A. Krüger De Attractione Linguae Lat. p. 122 sqq. §. 53.

τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα — διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν] De pulcritudinis effluvio (κάλλους ἀποῤῥοῇ) v. Aeschyl. Agam. 419. Sophocl. Antig. 795. Eurip. Hippolyt. 527. ibique Valcken. p. 224. Mox quod vulgo scribebatur ἀφικόμενον, καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς διόδους, id Heindorfium in eum induxit errorem, ut ἀναπτερῶσαν, quippe incommode neque usitato signi-

τὴν ψυχὴν ἰέναι, ἀφικόμενον καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς
D διόδους τῶν πτερῶν ἄρδει τε καὶ ὥρμησε πτεροφυεῖν
τε, καὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου αὖ ψυχὴν ἔρωτος ἐνέπλησεν. ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δέ, ἀπορεῖ· καὶ οὔθ' ὅ τι πέπονθεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι, ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει, ὥςπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθε. καὶ ὅταν μὲν ἐκεῖνος παρῇ, λήγει κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ τῆς ὀδύνης· ὅταν δὲ ἀπῇ, κατὰ ταὐτὰ

D. ἀντέρωτα ἔχων] V. ἀντ' ἔρωτος ἔχων. Veram lectionem codd. fere omnes servarunt. Bodl. ἀντ' ἔρωτα, unde erroris causa apparet. v. Cens. in Ephemer. Ienens. a. 1824. n. 208. p. 213.

ficatu positum, in ἀναπληρῶσαν mutandum putaret. At enim vero recte observavit Astius τὰς διόδους cum sqq. ἄρδει cohaerere, ut ad ἀναπτερῶσαν intelligendum sit αὐτόν. — De praesentis ἄρδει cum aoristo ὥρμησε coniunctione vide Heindorf. ad Phaedon. p. 84. D Matth. Gr. §. 504.

D. καὶ οὔθ' ὅ τι πέπονθεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι] Hic locus non caret offensione. Nam etiamsi concesseris non praeter usum rectamque rationem post οὔτε hoc loco in altero membro οὐδὲ inferri, de quo loquendi genere alibi explicavimus, tamen nemo erit quin facile largiatur ita hanc potius requiri verborum collocationem: καὶ ὅ τι πέπονθεν οὔτ' οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι. Quocirca haud scio an Buttmanno adstipulandum sit οὐδ' ὅ τι πέπονθεν emendanti. Nam ita haec erit verborum sententia: ne hoc quidem novit, quid sit illud, quo affectus sit, neque eloqui illud potest. Quippe prius οὐδὲ est ne quidem; alterum autem copulandi vim et potestatem habet. Quam quidem rationem etiam C. Fr. Hermann. nuper comprobavit.

ἀλλ' οἷον — λέληθε] sed quasi per alium lippitudine affectus causam rei nullam afferre potest, sed tanquam in speculo in amatore suam ipsius imaginem inscius conspicit: hoc est, amatoris adspectu ipse quoque amoris affectu movetur atque concitatur. Elegans comparatio, ducta a veterum opinione, qua credebant morbos oculorum per ipsum adspectum cum aliis communicari; qua de re Heindorf. conferri iussit Gesnerum ad Orat. de Haruspicum Respons. p. 345. ed. Wolf. Cui addendus Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 681. D. τῶν ἄλλων νοσημάτων μάλιστα καὶ τάχιστα τὰς ὀφθαλμίας ἀναλαμβάνουσιν οἱ συνόντες. et ad Plut. p. 53. C. Loco genitivi ὀφθαλμίας etsi accusativus expectabatur ὀφθαλμίαν, quia ἀπολαύειν τινος est fructum ex aliqua re percipere; tamen genitivum partitionis locum habere posse, etiamsi accipiendi notio verbo sit attributa, plane nobis persuasimus. Vide quae scripsimus ad Reipubl. III. p. 395. C. coll. Matth. Gr. §. 327. Dein poterat etiam dici: ὥςπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἐρῶντι, praepositione secundo loco omissa; sicuti scribi iubet Cobet. Varr.

αὖ ποθεῖ καὶ ποθεῖται, εἴδωλον ἔρωτος ἀντέρωτα
ἔχων· καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἴεται οὐκ ἔρωτα, ἀλλὰ φι- E
λίαν εἶναι. ἐπιθυμεῖ δὲ ἐκείνῳ παραπλησίως μέν, ἀσθε-
νεστέρως δὲ ὁρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι.
καὶ δή, οἷον εἰκός, ποιεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ταχὺ ταῦτα.
ἐν οὖν τῇ συγκοιμήσει τοῦ μὲν ἐραστοῦ ὁ ἀκόλαστος
ἵππος ἔχει ὅ τι λέγει πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ
ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι· ὁ δὲ τῶν παι- 256
δικῶν ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, σπαργῶν δὲ καὶ ἀπορῶν

E. ἔχει ὅ τι λέγει] V. λέγοι. Codd. omnes λέγει. Bekkerus edidit λέγῃ. Mox Par. NOP et Monacc. ἀντὶ τῶν πολλῶν, probante Astio.

Lectt. p. 165; sed vide annot. ad Phaedon. p. 67. D. — κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ, pariter atque ille.

εἴδωλον ἔρωτος ἀντέρωτα ἔχων] Hanc lectionem cum Bekkero, Schneidero, Astio, aliis, unice veram putamus. Quippe ἀντέρως est amor mutuus. Qui quod vocatur εἴδωλον ἔρωτος, intelligitur quasi amoris imago repercussa. Pulcerrima est imago, qua Ἀντέρως cum Amore de palma certare fingebatur. v. Pausan. VI. 234. Ceterum Ἀντέρως etiam vindex putabatur esse amoris repudiati; de quo v. Böttiger. in Commentatione: Eros u. Anteros, quae inserta est Vol. I. operis: *kleine Schriften* etc. p. 159 sqq.

E. ἔχει ὅ τι λέγει] Locus admodum controversus. Veteres editt. λέγοι, quod sicuti caret codicum auctoritate, ita nec ad rem satis aptum videtur. Nam etiamsi optativum interpreteris ita, ut dicas eum ad ipsius equi mentem ac voluntatem referri oportere, adeoque significet: quod dicere cupiat; tamen ea ratio minime in hunc locum congruit, sicuti apparet ex oppositis verbis: ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν. Im. Bekkerus de coniectura scripsit λέγῃ. Atenimvero id, quia item librorum destituitur testimoniis, nondum adduci potui ut pro vero habeam, etiamsi per se dici potuit rectissime. Codices fere omnes quum scriptum exhibeant ὅ τι λέγει, G. Hermannus ὅ τι λέγειν corrigendum suspicatur, collatis iis, quae ad Sophocl. Oed. Col. 48. annotavit. Nec tamen opus esse existimamus a librorum scriptura vel tantillum discedere. Nam istud ἔχει ὅ τι λέγει quid tandem aliud significat, nisi hoc: in promtu habet id, quod dicit, ut prope idem sit quod ἔχει τι, ὃ λέγει? Quid autem illud sit quod iam proferat, dilucidius exponitur verbis sequentibus: καὶ ἀξιοῖ — ἀπολαῦσαι, ut facile appareat, cur scriptor ἔχει ὅ τι λέγει quam ἔχει τι λέγειν dicere maluerit.

P. 256. σπαργῶν δὲ καὶ ἀπ.] σπαργᾶν dici qui venere tumeant, ostendit Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 234. Proxima, οἷός ἐστι μὴ ἂν ἀπαρνηθῆναι, sic interpreteris: τοιοῦτός ἐστιν, ὥςτε μὴ ἂν ἀπαρνηθῆναι, h. e. iam talis evasit, sive eo pervenit, ut non recusaturus sit pro parte virili morigerari amatori etc. Non pauci tamen codd. ἂν ignorant.

περιβάλλει τὸν ἐραστὴν καὶ φιλεῖ, ὡς σφόδρ' εὔνουν ἀσπαζόμενος, ὅταν τε συγκατακέωνται, οἷός ἐστι μὴ ἂν ἀπαρνηθῆναι τὸ αὑτοῦ μέρος χαρίσασθαι τῷ ἐρῶντι, εἰ δεηθείη τυχεῖν. ὁ δὲ ὁμόζυξ αὖ μετὰ τοῦ ἡνιόχου πρὸς ταῦτα μετ' αἰδοῦς καὶ λόγου ἀντιτείνει. Cap. XXXVII. ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας
B ἀγαγόντα, μακάριον μὲν καὶ ὁμονοητικὸν τὸν ἐνθάδε βίον διάγουσιν, ἐγκρατεῖς αὑτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες, δουλωσάμενοι μὲν ᾧ κακία ψυχῆς ἐνεγίγνετο, ἐλευθερώσαντες δὲ ᾧ ἀρετή· τελευτήσαντες δὲ δή, ὑπόπτεροι καὶ ἐλαφροὶ γεγονότες, τῶν τριῶν παλαισμάτων τῶν ὡς ἀληθῶς Ὀλυμπιακῶν ἓν νενικήκασιν, οὗ μεῖ-

P. 256. A. μὴ ἂν ἀπαρνηθῆναι] ἂν om. Bodl. ΔΣDGT et pr. Φ probante Hermanno, qui in οἷός ἐστι vim particulae contineri statuit. In quo cum viro doctissimo utique dissentimus, quum δύνασθαι et οἷόν τ' εἶναι longe aliud quid significet quam ἂν cum modis verbi consociatum (conf. ad p. 235. B.) criticus autem ille, cui horum codicum recensionem debemus, particulam ἂν post ista verba illatam aegre tulisse videatur, utpote insolentius usurpatam.

B. ἐὰν δὲ δὴ διαίτῃ φ.] Accessit δὴ e Bodl. aliisque plurimis. Plene Bodl. ἀντιτείνει: ἃ μὲν δή. Idem mox vitiose νικήσει pro νικήσῃ.

ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην —] Iungas in hunc modum: ἐὰν μὲν δὴ οὖν τὰ βελτίω τῆς διανοίας νικήσῃ ἀγαγόντα εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν.

B. δουλωσάμενοι μὲν ᾧ κακία ψυχῆς ἐνεγίγνετο] h. e. δουλωσάμενοι μὲν τοῦτο τῆς ψυχῆς (eam animi partem), ᾧ κακία ἐνεγίγνετο. De Rep. VI. p. 490. B. ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιούτου. Ibid. p. 507. C. τῷ οὖν ὁρῶμεν ἡμῶν αὐτῶν τὰ ὁρώμενα;

τῶν τριῶν παλαισμάτων —] Respicit ad p. 249. A. Ceterum luctator ter demum deiecto adversario victor renuntiabatur; unde proverbiale loquendi genus fluxit τὸ τρίτον πάλαισμα, quo usus est Plato etiam Euthydem. p. 277. C. atque vocc. τριάζειν, τριαγμός, τριακτός et τριακτήρ. Rem fusius persequuntur Spanhem. ad Iulian. Orat. I. p. 261 sqq. conf. Wyttenbach. ad eand. p. 214. ed. Lips. Iacobs ad Achill. Tat. p. 986. Huschke Anal. Crit. p. 155.

C. τάχ' ἂν που ἐν μέθαις — διεπράξαντο] h. e. facile accidere potest, ut in ebrietate vel alia quadam incuria ferocientes ipsorum equi animos non satis custoditos deprehendant iisque in unum conductis illud, quod vulgus beatissimum praedicat, eligant atque perficiant. Quippe λαμβάνειν hic quoque ita dictum, ut fere idem sit quod καταλαμβάνειν: de qua re quae scripsimus ad Gorg. p. 473. et Rempubl.

ζον ἀγαθὸν οὔτε σωφροσύνη ἀνθρωπίνη οὔτε θεία μανία δυνατὴ πορίσαι ἀνθρώπῳ. ἐὰν δὲ δὴ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, τάχ' ἄν που ἐν μέθαις ἤ τινι ἄλλῃ ἀμελείᾳ τὼ ἀκολάστω αὐτοῖν ὑποζυγίω λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρούρους, ξυναγαγόντε εἰς ταὐτόν, τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριστὴν αἵρεσιν εἱλέτην τε καὶ διεπράξαντο· καὶ διαπραξαμένω τὸ λοιπὸν ἤδη χρῶνται μὲν αὐτῇ, σπανίᾳ δέ, ἅτε οὐ πάσῃ δεδογμένα τῇ διανοίᾳ πράττοντες. φίλω μὲν οὖν καὶ τούτω, ἧττον δὲ ἐκείνων ἀλλήλοιν διά τε τοῦ ἔρωτος καὶ ἔξω γενομένω διάγουσι, πίστεις τὰς μεγίστας ἡγουμένω ἀλλήλοιν δεδωκέναι τε καὶ δεδέχθαι, ἃς οὐ θεμιτὸν εἶναι λύσαντας εἰς C D

C. *τάχ' ἄν που ἐν μέθαις*] Vind. 1. 3. *τάχα που.*

ξυναγαγόντε εἰς ταὐτόν] Flor. a. b. c. i. Par. NOP. *ξυναγαγόντες.* ΓΣBCEH *συναγαγόντες.* v. annot. Tum Euseb. *καὶ διεπραξάσθην.* Dein vulgo *σπάνια*, quod ex codd. emendatum. Ceterum Heindorfius adstipulante Astio ex uno Eusebio dedit *αἵρεσιν εἱλέσθην.* Codd. tenent *εἱλέτην.* Nimirum *εἱλέτην* est capiunt, sumunt *sie ergreifen die Wahl*, nec vero: sibi eligunt. Recte igitur activum se habet, de quo non debebat dubitare Voegelinus cum Astio et Heindorfio. Mox vulg. *σπάνια*, invitis codd.

X. p. 609. C. iis adde quae iam a Dorvillio ad Chariton. p. 599. notata sunt. Neque aliter Latini. Horat. Carm. II. 16, 1. Otium rogat in patenti — prensus Aegeo. Virgil. Aen. V, 52. Pluralis numerus cum duali consociatus ne quem offendat, Protagor. p. 317. C. *ἐν δὲ τούτῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης ἡκέτην ἄγοντε τὸν Πρόδικον, ἀναστήσαντες ἐκ τῆς κλίνης*, ubi Heindorfius coniectabat *ἀναστήσαντε.* Homer. Iliad. ψ, 639. *παρήλασαν Ἀκτορίωνε, πλήθει πρόσθε βαλόντες.* Platon. Euthydem. p. 273. D. *ἐγελασάτην γοῦν ἄμφω, βλέψαντες εἰς ἀλλήλους.* Etiam infra pag. 261. B. optimi libri: *σχολάζοντες συνεγραψάτην*, ubi vulgo *σχολάζοντε.* Pag. 278. B. *νῷ καταβάντε* — *ἠκούσαμεν λόγων.* conf. p. 254. A. ibique varr. lectt. Verbi *διαπράττεσθαι* usum ad p. 232. D. et 234. A. notavimus. De *τάχ' ἄν* v. Hermannum De particula *ἄν* p. 43 sq.

διά τε τοῦ ἔρωτος —] „Recte Ficinus: tum fervente amore, tum restincto; ut *διὰ βίου, δι' ἔτους.* v. Valcken. ad Herod. VI, 12." HEINDORF. — Verissime Schleiermach.: *als Freunde also werden auch diese, obgleich nicht ganz so wie iene, mit einander während ihrer Liebe und auch, wenn sie darüber hinaus sind, leben.*"

καὶ δεδέχθαι] Int. *παρ' ἀλλήλοιν.* v. ad Menex. p. 243. D.

ἔχθραν ποτὲ ἐλθεῖν. ἐν δὲ τῇ τελευτῇ ἄπτεροι μέν, ὡρμηκότες δὲ πτεροῦσθαι ἐκβαίνουσι τοῦ σώματος, ὥςτε οὐ σμικρὸν ἆθλον τῆς ἐρωτικῆς μανίας φέρονται· εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατηργμένοις ἤδη τῆς ὑπουρανίου πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας εὐδαιμονεῖν μετ' E ἀλλήλων πορευομένους, καὶ ὁμοπτέρους ἔρωτος χάριν, ὅταν γένωνται, γενέσθαι.

Cap. XXXVIII. Ταῦτα τοσαῦτα, ὦ παῖ, καὶ

D. τῆς ὑπουρανίου πορείας] Legebatur ἐπουρανίου, quod ex codd. longe plurimis et Euseb. mutatum est. Bodl. tamen vulgatum servare videtur, si quid ex Gaisfordi silentio colligere licet. Illud ob adiectum κατηργμένοις placet. Vulgatum tenuit Astius et Hermann. Buttmannus Excurs. p. 384. requirebat ὑπερουρανίου. Atqui intelligitur animorum iter sursum inde a terra ad τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα susceptum: neque enim illi continuo in superficie coeli vehuntur. Ex quo apparet veram esse codicum lectionem.

E. ὅταν γένωνται] Sic Ald. cum Bodl. aliisque plurimis.

D. ἐν δὲ τῇ τελευτῇ — φέρονται] Schleiermach.: „*Am Ende aber gehen sie unbefiedert zwar, doch schon mit dem Triebe sich zu befiedern, aus dem Körper, so dass auch sie nicht geringen Lohn für den Wahnsinn der Liebe davontragen.*" De re conf. Phaedon. p. 81. A sqq.

E. ὅταν γένωνται, γενέσθαι] Male Astius ὅταν interpretatur ut, *gesetzt dass.* Imo vocula indicat tempus indefinitum, ut sit quandocunque, vel si quando. v. Phaedon. p. 68. D. Phileb. p. 31. B. Euthyphr. p. 7. D. Gorg. p. 468. A. B. Polit. II. p. 374. A. Ibid. IV. p. 439. C. Euthydem. p. 280. B., de quibus locis alibi monuimus. Quippe ὅταν nunquam non ad tempus designandum adhibetur.

καὶ θεῖα οὕτω] Charmid. p. 157. B. μήτε πλούσιον οὕτω μηδένα εἶναι μήτε γενναῖον. De Republ. VI. p. 500. A. χαλεπὴν οὕτω φύσιν εἶναι, ubi v. ann. coll. Baehr. ad Plutarch. Philopoem. p. 48 sqq. Etiam alia adverbia ita postponuntur. Parmenid. p. 129. E. ἀνδρείως πάνυ. Ion. p. 533. E. μακρὸς πάνυ. Gorg. 450. D. ἢ βραχέος πάνυ. p. 488. E. βελτίους πολύ. Hipp. mai. p. 282. E. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ. Menex. p. 235. A. γενναίως πάνυ. Phaedr. p. 252. B. ὑβριστικὸν πάνυ. Aristoph. Rann. v. 615. πρᾶγμα γενναῖον πάνυ. Ibid. v. 768. πολλὴ πάνυ. Ibid. 1124. et 1134. Plat. Sophist. p. 225. C. κατὰ τὰ σμικρὰ λίαν καὶ παντοδαπὰ διῄρηται. Eurip. Hippolyt. p. 489. οἱ καλοὶ λίαν λόγοι. al.

ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρ. —] Egregie Schleiermach.: „*Die Vertraulichkeit aber mit dem Nichtliebenden, welche durch sterbliche Besonnenheit verdünnt auch nur sterbliches und sparsames austheilt, erzeugt in der geliebten Seele iene von der Menge als Tugend gelobte Gemeinheit, und wird ihr Ursach neuntau-*

θεῖα οὕτω σοι δωρήσεται ἡ παρ' ἐραστοῦ φιλία. ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρῶντος οἰκειότης, σωφροσύνῃ θνητῇ κεκραμένη, θνητά τε καὶ φειδωλὰ οἰκονομοῦσα, ἀνελευθερίαν ὑπὸ πλήθους ἐπαινουμένην ὡς ἀρετὴν τῇ φίλῃ ψυχῇ ἐντεκοῦσα, ἐννέα χιλιάδας ἐτῶν περὶ γῆν 257 κυλινδουμένην αὐτὴν καὶ ὑπὸ γῆς ἄνουν παρέξει.

Αὕτη σοι, ὦ φίλε Ἔρως, εἰς ἡμετέραν δύναμιν ὅ τι καλλίστη καὶ ἀρίστη δέδοταί τε καὶ ἐκτέτισται παλινῳδία, τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμέ-

Legebatur olim γένηται, quod habent codd. EF.

καὶ θεῖα οὕτω] Sic Bodl. ΔΠDGN. Florr. g. h. al. Vulgo erat καὶ οὕτω θεία. v. annot.

P. 257. περὶ γῆν κυλινδ.] Sic CH rb et rec. ΓBDE et alii nonnulli. Vulgatum περὶ τὴν iam Dorvill. ad Charit. p. 160. emendavit.

δέδοταί τε] δέδοκται Bodl. cum aliis bene multis. NO δέδικται, unde Winckelm. ad Euthyd. p. 18. putabat δέδεικται scribendum esse. Non credo.

send Iahre auf der Erde sich herum zu treiben und vernunftlos unter der Erde" Quippe κεράννυσθαι, συγκεράννυσθαι, al., non raro adulterandi, polluendi, conturbandi notionem comprehendunt, quae sunt verba Creuzeri ad Plotin. de Pulcr. p. 256. Animos eorum, qui corporum cupiditatibus dediti fuerunt, nec post mortem in coelum evolare, sed circa terram volutari, philosophus etiam Phaedon. p. 81. C sqq. et aliis locis statuit.

P. 257. ἐκτέτισθαι παλινῳδία] ἐκτέτισται significat hanc alteram orationem Amori tanquam debitum quoddam persolutam esse, quippe in quem antea graviter esset peccatum. Mire Astius: „Exstructum est tanquam monumentum," afferens insuper Horatianum illud: „Exegi monumentum aere perennius" iuxta cum Pindaricis quibusdam. Istud vero est non quidem docte sed perquam indocte hallucinari. De εἰς δύναμιν cum ὅ τι καλλίστη coniuncto ne quis incertus haereat, eodem modo Reipubl. IV. p. 427. E. Legg. V. p. 458. E. εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιστα. Legg. V. p. 739. D. ὅ τι μάλιστα κατὰ δύναμιν. Ibid. IV. p. 717. C. εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιστα. IV. p. 783. D. ὡς ὅ τι καλλίστους εἰς δύναμιν. VII. p. 817. B. κατὰ δύναμιν ὅ τι κάλλιστα. Ibid. V. p. 739. C. bis. E. VI. p. 766. A. 777. D. Politic. p. 273. B. 308. A. 279. C. Sophist. p. 226. A.

τά τε ἄλλα — διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι] Heusdius Init. Phil. Plat. Vol. I. p. 137. „Scilicet scripsit hunc dialogum Plato, non ut Symposium provectiore aetate, sed ipso iuventutis vigore. Quo factum, ut vim poeticam, qua natura valebat, in eo scribendo explicaret totam. Et hinc sublimitas illa, hinc sensus illi excelsi de pulcro et vero, quales hic unice expressos reperimus. Exstant in hoc dialogo Pythagoreorum placita: μῦθον illum eorum metempsychosi magnam partem debemus. Quodsi cum hisce Pythagorica compara-

νη ποιητικοῖς τισι διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι. ἀλλὰ τῶν προτέρων τε συγγνώμην καὶ τῶνδε χάριν ἔχων εὐμενὴς καὶ ἵλεως τὴν ἐρωτικήν μοι τέχνην, ἣν ἔδωκας, μήτε ἀφέλῃ μήτε πηρώσῃς δι' ὀργήν, δίδου δ' ἔτι μᾶλ-
B λον ἢ νῦν παρὰ τοῖς καλοῖς τίμιον εἶναι. τῷ πρόσθεν δ' εἴ τι λόγῳ σοι ἀπηνὲς εἴπομεν Φαῖδρός τε καὶ ἐγώ, Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος παῦε τῶν τοιούτων λόγων, ἐπὶ φιλοσοφίαν δέ, ὥςπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον, ἵνα καὶ ὁ ἐραστὴς ὅδε αὐτοῦ μηκέτι ἐπαμφοτερίζῃ, καθάπερ νῦν, ἀλλ' ἁπλῶς πρὸς Ἔρωτα μετὰ φιλοσόφων λόγων τὸν βίον ποιῆται.

τὴν ἐρωτικήν μοι τέχνην] Sic Vat. Ven. *Π* Bodl. et alii multi. V. τήν μοι ἐρ. τ. Dein vett. editt. δέδωκας, quod item e Bodl. et non paucis aliis correctum. Pro δ' ἔτι vulgo erat τ' ἔτι, invitis codd. melioribus.

B. τῷ πρόσθεν —] Vulg. ἐν τῷ πρ. Praepositionem omittunt Bodl. *ΔΠ* DGNOPT Florr. g. h.

mus, quae in Phaedone v. c. et in Politia occurrunt, sic vero nobis in Phaedro iuvenilis auctoris vigor apparebit. Nec vero diffiteor vitia hinc etiam contraxisse dialogum. Qui enim ordo in Symposio, in Phaedone, in aliis philosophi scriptis perfectus est fere, desideratur ille in Phaedro. Dictio item, quod veteres reprehenderunt, sic migrat subinde prosae orationis fines, ut poetica atque adeo dithyrambica videatur. Sed vitia haec iuvenilis luxuriantisque ingenii quis est adeo severus, quin huic aetati ignoscat?" — Haec igitur Heusdius, qui hac in re cum Schleiermachero consentit. Miramur vero homines acutissimos huius loci fuisse immemores, in quo Platonem videmus aperte profiteri Socratem ab se poetice disputantem introduci Phaedri gratia. Nimirum propter Phaedrum sese simulat hoc genere dicendi usum esse, quum rerum ipsarum sublimitas et magnificentia, ad quam colloquentis animum a vulgari amoris humilitate sublatum evehere voluit, ipsum coegerit etiam oratione uti ea, quae illi responderet. Sed respicit facete et urbane ad illa Phaedri p. 234. C. τί σοι φαίνεται ὁ λόγος, ὦ Σώκρατες; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; Quam igitur in Platone reprehendunt orationis vel libertatem vel luxuriam, ea tantum abest ut ab ipso non sit animadversa, ut ipsius argumenti gratia studiose quaesita videatur. Itaque ne illud quidem hinc concludere licebit, scriptum esse librum a Platone adolescente; nisi forte contendere velis ingenium virili aetate ipsi fuisse adeo intermortuum, ut ne tum quidem, quum ipse vellet, eo in scribendo uti potuerit. Quae sane sententia fuerit perabsurda.

παρὰ τοῖς καλοῖς τίμιον εἶναι] ut apud pulcros sim in honore.

B. τὸν τοῦ λόγου πατέ-

Cap. XXXIX. *ΦΑΙ.* Συνεύχομαί σοι, ὦ Σώκρατες, εἴπερ ἄμεινον ταῦθ' ἡμῖν εἶναι, ταῦτα γίγνεσθαι. τὸν λόγον δέ σου πάλαι θαυμάσας ἔχω, ὅσῳ καλλίω τοῦ προτέρου ἀπειργάσω, ὥςτε ὀκνῶ, μή μοι ὁ Λυσίας ταπεινὸς φανῇ, ἐὰν ἄρα καὶ ἐθελήσῃ πρὸς αὐτὸν ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι. καὶ γάρ τις αὐτόν, ὦ θαυμάσιε, ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε, καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλει λογογράφον. τάχ' οὖν ἂν ὑπὸ φιλοτιμίας ἐπίσχοι ἡμῖν ἂν τοῦ γράφειν. C

ὥςπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ] V. ὁ ἀδελφὸς Bekkerus mutavit in ἀδελφός, quoniam libri plurimi ἀδελφὸς sine articulo scriptum exhibent. Ipse olim articulum abieci, ut Euthydem. p. 297. B. collato Schaefero Melett. p. 45. et 116. et ad Sophocl. Oed. T. v. 630. Nunc tamen cum Bodl. ΠΞ, al. servandum duxi. Dein mire Bodl. Vat. G γέγραπαί τε τέτραπται.

C. καὶ γάρ τις αὐτόν, ὦ θ.] V. αὐτῶν, quod Heindorfius in αὐτῷ mutavit, qui dativus ex ὠνείδιζε penderet. Codd. optimi atque plurimi αὐτόν, quod cum λοιδορῶν nectendum.

ρα] orationis auctorem, ut Sympos. p. 177. D. v. Iacobs Delect. Epigr. p. 377. Evidentissime vero hinc intelligitur Lysiam in hoc dialogo ideo maxime a Platone reprehendi, quod sese inani oratiuncularum scribendarum studio dedisset, a philosophiae amore esset alienior. De Polemarcho, Lysiae fratre natu maximo, praeter Taylorum Vit. Lys. p. 106. conf. Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 112. Apud Plutarchum De usu Carn. p. 998. B. simpliciter vocatur Πολέμαρχος ὁ φιλόσοφος.

μηκέτι ἐπαμφοτερίζῃ] non amplius fluctuet inter inane istud declamatiuncularum amatoriarum studium et veram sapientiam. Quae interpretatio verbis sequentibus confirmatur, in quibus Phaedrus eo dicitur deducendus esse, ut amorem eum orationibus philosophis coniunctum sequatur. Verbum ἐπαμφοτερίζειν illustravit Ruhnk. ad Tim. p. 108.

C. θαυμάσας ἔχω] Notissima loquendi ratio, de qua vide, sis, Matth. Gr. §. 559. b. Mox ἀντιπαρατεῖναι simpliciter est opponere certaminis gratia. Male enim Astius nuper de copiosa et prolixa oratione intellexit.

ἐκάλει λογογράφον] Apte Heindorf. comparat Demosth. de Falsa Legat. T. I. p. 417. ed. R. λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος. Ceterum non tantum de causarum forensium scriptore cogitandum, quod cum Scholiasta fecerunt Heindorf. atque Ast.; sed omnino de vanae rhetorices ostentatore agitur, quam Lysias ita factitabat ut etiam amatorias componeret scriptiones, de quo copiosius in Prolegg. explicavimus. — Mox de τάχ' οὖν ἂν — ἡμῖν ἂν v. intpp. ad Gregor. Corinth. p. 44. ed. Schaefer., et de dativo ἡμῖν De Rep. I. p. 343. A. ibique annot.

ΣΩ. Γελοῖόν γ', ὦ νεανία, τὸ δόγμα λέγεις, καὶ D τοῦ ἑταίρου συχνὸν διαμαρτάνεις, εἰ αὐτὸν οὕτως ἡγεῖ τινα ψοφοδεᾶ. ἴσως δὲ καὶ τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἴει νομίζοντα λέγειν ἃ ἔλεγεν.

ΦΑΙ. Ἐφαίνετο γάρ, ὦ Σώκρατες, καὶ σύνοι-

D. ἡγεῖ τινα ψοφοδεᾶ] V. τινὰ ἡγῇ ψ., quod ex Bodl. aliisque non paucis mutatum.

D. τοῦ ἑταίρου συχνὸν διαμαρτάνεις] Eadem loquutio est De Rep. I. p. 334. D, quem locum comparavit Heindorf. Contrarium est τυγχάνειν τινός. Hipp. mai. p. 291. E. ἀλλὰ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς οὐ τυγχάνομεν, h. e. viri mentem ac sententiam non assequimur. — ψοφοδεᾶ, timidum, qui vel tale revereatur iudicium. — νομίζοντα λέγειν, h. e. serio dicere, ut ita ei persuasum sit. Deinde συνειδέναι τινί τι, quod proprie est: aliquid cum aliquo scire, alicui alicuius rei conscium esse, rariore usu ponitur pro aliquid de aliquo scire; quod loquendi genus illustravit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 92. C. St. = p. 241. ed. Lips. et ad Plutarch. T. V. p. 836.

μὴ σοφισταὶ καλῶνται] Nam sophistae nomen viris principibus visum est ignominiosum. v. Xenoph. De Venat. c. 13. ibique ann. Schneideri. et Plat. Prot. p. 312. A.

Γλυκὺς ἀγκών, ὦ Φαῖδρε, λέληθέ σε —] Hic locus dici non potest quantopere quum veterum tum recentiorum interpretum ingenia exercuerit. v. praeter Schol. ad h. l. Eustathium ad Iliad. κ'. p. 791. ed. Rom. in. π'. 1082. qui sua hausit ex Athenaeo XII. p. 516. A. Hesych. T. I. p. 839. Suidam s. v. Zenob. II. 92. et e recentioribus Dorvill. Vann. Crit. p. 492. Heindorfium et Astium ad h. l. Schneiderum De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 16 sqq., qui pro μακροῦ ἀγκῶνος scribi vult πικροῦ ἀγκῶνος. Horum omnium sententias exponere longum est et ab huius editionis consilio alienum. Itaque satis erit apposuisse quae vir quidam eruditus insigni acumine commentatus est in Indic. Lectionum in Academia Regia Guestphala Monasteriensi per menses hibernos a. 1830 — 31. habendarum; quo facto nostram sententiam in medium afferemus. Sunt autem illius haec: De verbis γλυκὺς ἀγκὼν — ἐκλήθη, inquit, interpretes fere omnes desperavere, eaque Heindorfius neque se intelligere neque quenquam hodie intellexisse profitetur. Sed, aliis praetermissis, vir quidam doctus, Fr. Reinhardt, in actis literariis Ienensibus (Mai 1830. Intelligenzblatt. N. 28.) non solum, quod antea putabat etiam Heindorfius, verba: ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, ut vanum Grammatici additamentum, expungenda censuit, sed etiam pro γλυκὺς ἀγκὼν γλυκεῖ' ἀνάγκα scribendum proposuit, Platonem contendens haec ex Scolio Bacchylidis repetiisse: γλυκεῖ' ἀνάγκα σευομένα κυλίκων θάλπῃσι θυμὸν Κύπριδος, quod legitur apud Athen. II. p. 40. ed. Casaub., ut sensus verborum sit: „Suavis necessitas, Phaedre; hoc est: natura et negotia viris in republica versantibus non concedunt, ut scripta componant;

σθά που καὶ αὐτός, ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοί τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται.

ΣΩ. Γλυκὺς ἀγκών, ὦ Φαῖδρε, λέληθέ σε, ὅτι

νομίζοντα λέγειν] Bodl. οἴει ὀνειδίζοντα νομίζοντα λέγειν.

non voluntate et iudicio fit, sed necessitate, ut a scribendo abhorreant. At de verborum: γλυκὺς ἀγκὼν — ἐκλήθη integritate ne suspicari quidem ullo modo liceat. Ea est enim lectio omnium librorum, firmaturque auctoritate Hermiae, qui certe γλυκὺς ἀγκὼν proverbium esse dicit, a quodam Aegypti loco ductum, ubi multa navigandi difficultas sit, tum explicatione proverbii proposita addit: ὃ λέγει νῦν, τοῦτό ἐστι, ὅτι ὥςπερ ἐκεῖνο λέληθέ σε, πόθεν ἐκλήθη, γλυκὺς ἀγκών, δυςχερὴς ὢν καὶ πικρὸς ὁ τόπος, οὕτω καὶ τοῦτο λέληθεν, ὅτι αἰσχρὸν ἐκλήθη τὸ λογογραφεῖν, ἐπαινετὸν ὂν καὶ καλόν. Tum Eustath. ad Il. κ'. p. 791. γλυκὺς ἀγκὼν proverbium item ad Nili cubitum refert, longum et navigantibus laboriosum, cuius mentionem Plato in Phaedro faciat. Mittimus Scholiasten Platonicum, Suidam, Hesychium, alios lexicographos, denique paroemiographum Zenobium. Ex quibus omnibus ut primum hoc liquet, verba certe γλυκὺς ἀγκὼν nullo modo posse tentari, ita etiam solum illud γλυκὺς ἀγκὼν pro proverbio usurpatum fuisse, γλυκὺς ἀγκὼν λέληθέ σε, quod stabuebat Heindorfius, cum eoque statuit etiam Schleiermacherus, immo λέληθέ σε quum a Platone addatur, id ipsum sequentia poscere videtur: ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, praeter quod etiam haec eadem constant codicum auctorumque auctoritate. Quae quum ita sint, proverbium γλυκὺς ἀγκὼν undecunque profectum est, Platonem certe hoc loco a Nili cubito derivare statuendum est. Qui sive singularis quidam fuerit fluminis flexus prope ipsam urbem Memphim, seu, quod potius verba ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος indicare videntur, longus ille et flexuosus Nili cubitus versus occidentem porrigens, quem Canobicum vocant, ipsi vero Graeci Aegypti incolae (per euphemismum) ἀγαθὸν δαίμονα vocabant, et quem tenui solummodo aquarum altitudine adire nautae coacti erant, alias fossa potius navigantes, rectiori cursu Naucrati Memphim ducente (v. Mannert. Geograph. Afr. P. I. p. 540.), certe non longus solummodo erat, verum etiam indidem fortasse navigantibus durus et laboriosus, ab iisdem tamen, ut solent homines rem tristem per iocum leni nomine mitigare, dulcis cubiti nomen accepit. Ita etiam Lydi locum quendam, in quem regina Omphale ad ulciscendam contumeliam, olim sibi ipsi allatam, dominorum filias per vim congregatus una cum servis inclusit, acerbitatem rei indignitatemque verbo lenientes γλυκὺν ἀγκῶνα, dulcem amplexum, vocarunt, auctore Clearcho Solensi ap. Athen. XII. p. 516. Unde alteram proverbii explicationem proponit Eustath. ad Il. π. p. 1082, illam a Nili cubito expresse referens ad Iliad. κ. p. 791. Utramutram sequaris, significatio pro-

E ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη. καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι λανθάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν μάλιστ' ἐρῶσι λογογραφίας τε καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων, οἵ γε καί, ἐπειδάν τινα γράφωσι λόγον, οὕτως ἀγαπῶσι τοὺς ἐπαινέτας, ὥςτε προςπαραγράφουσι πρώτους, οἳ ἂν ἑκασταχοῦ ἐπαινῶσιν αὐτούς.

κατὰ Νεῖλον ἐκλ.] V. κατὰ τὸν Νεῖλον. Articulum om. Bodl. cum plurimis optimae notae libris.

E. Πῶς λέγεις τοῦτο] V. πῶς τοῦτο λέγεις; praeter fidem meliorum librorum.

P. 258. συγγράμματι πρῶτος] V. συγγράμματος, quod est in libris paucissimis.

verbii certe eadem est. Quam significationem optime expressit Clearchus, quum Λυδοί, ait, τὸ πικρὸν τῆς πράξεως ὑποκοριζόμενοι τὸν τόπον καλοῦσι γλυκὺν ἀγκῶνα. Nam ὑποκορίζεσθαι de iis dicitur, qui veram rei conditionem ut celent, aut rem turpem honesto, ut duram leniori, vel etiam odio bonam et probam turpiori nomine designant, peccatum specioso nomine praetexunt, aut omnino specioso praetextu aliquid excusant. De quibus omnibus adhiberi poterat proverbium illud γλυκὺς ἀγκών. Atque iam idem agebant viri illi in republica administranda versantes, de quibus hoc Phaedri loco agitur. Etenim cupere eos summopere ait Socrates orationes componere et scripta sua relinquere. Nihilominus iidem verentes videri volebant, et eo quidem specioso praetextu, ne sophistae fuisse posteris viderentur. Atque hoc prae se ferentibus Phaedrus omnino et sine suspicione fidem tribuebat. Itaque Socrates γλυκὺς ἀγκών, ait, λέληθέ σε, ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, quibus tanquam explicationis causa statim sequentia addit: καὶ πρὸς τῷ ἀγκ. — συγγραμμάτων: fugit te, Phaedre, proverbio γλυκὺς ἀγκὼν longe aliud significari, quam verba sonant; speciosum hoc nomen esse rei, cuius longe alia conditio sit, nempe cubiti illius longi et navigantibus laboriosi. Ita illi revera scripta componere, et posteris relinquere cupiunt, non cupere simulant, specioso praetextu, ne posteris sophistae videantur. Quod igitur praedicant, eius ratio eadem est ac proverbii illius γλυκὺς ἀγκών. Ut nautae Nili cubitum illum longum et ad navigandum perdifficilem felicem ideoque suavem nuncuparunt, ita viri illi reipublicae gubernandae studiosi specioso praetextu scribendi negotium vilipendunt, revera grave et honestum iudicantes ideoque etiam amantes et cupientes." Haec igitur vir ille doctissimus. Cui de de summa re omnino assentimur, hoc uno fere excepto, quod inter duo orationis membra, quae a Platone diserte seiunguntur verbis: καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι κτλ. non satis distinxit. Nostra igitur sententia Plato hoc dicit: Latet te illos primum consilio isti suo, quod simulant, speciosum praetexere nomen, ac praete-

ΦAI. Πῶς λέγεις τοῦτο; οὐ γὰρ μανθάνω.

ΣΩ. Οὐ μανθάνεις, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς πολι- 258
τικοῦ συγγράμματι πρῶτος ὁ ἐπαινέτης γέγραπται;

ΦAI. Πῶς;

ΣΩ. Ἔδοξέ πού φησι τῇ βουλῇ ἢ τῷ δήμῳ ἢ ἀμφοτέροις· καὶ ὃς εἶπε, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων, ὁ συγγραφεύς· ἔπειτα λέγει

Ἔδοξέ πού φησι] Post *φησι* vulgo interpositum legitur: *αὐτὸ τὸ σύγγραμμα*, quod glossema, indicandi subiecti caussa temere inculcatum, recte omittunt Bodl. *ΔΠ* DGNOPT Flor. g. h. Vind. 4. 7. *α*. Monacc. In aliis quibusdam est *αὐτῶν τὸ σύγγραμμα*. Voculam *που* Heindorf. delendam putabat. In *οὐ* mutavit olim Ast., qui postea nostrae accessit sententiae. Mox *αὐτὸν δὴ λ.* Bodl. *ΔΠ* GNOPT.

rea etiam orationum scribendarum esse longe cupidissimos. Repetit autem Socrates sententiae suae argumentum inde, quod quum viri in republica gubernanda versantes *λογογράφοι* videri nolint, tamen mirifice superbiant, si qui ipsorum scripta commendent, ita ut etiam horum nomina iis praefigere soleant. Nam id vocabulo *ἐπαινέτης*, de quo v. ad Protagor. p. 309. A. utique significatur. Ceterum suspicari licet Platonem locutionem illam, quae proverbii speciem refert, primum usurpasse, siquidem Phaedrum post prima itinera sua litteris exaravit. Conf. p. 275. B. Inde Comici et Sophistae eam vario sensu celebraverunt.

E. *οἵ γε καὶ ἐπειδάν τινα* —] Sic Phaedon. p. 96. E. *πόῤῥω που ἐμὲ εἶναι τοῦ οἴεσθαι* —, *ὅς γε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμοῦ*. Euthyphr. p. 4. A. *πολλοῦ γε δεῖ πέτεσθαι, ὅς γε δὴ τυγχάνει ὢν εὖ μάλα πρεσβύτης*. Gorg. p. 471. A. *πῶς οὐκ ἄδικος, ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδέν κτλ.* Ibid. p. 274. A. *τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν, ὅς γε — ἀπέσφυξεν*. Thucyd. I. 11. *ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον, οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι — ἀντεῖχον*.

P. 258. *ἐν ἀρχῇ — γέγραπται*] „Iunge: *τῷ συγγράμματι ὁ ἐπαινέτης ἐν ἀρχῇ γέγραπται*.“ BUTTMANN.

Ἔδοξέ πού φησι τῇ β.] Male vulgo distinguebatur *Ἔδοξέ που, φησὶ, τ. β.* Nam *πού* enclitica cum *φησί* cohaeret, ut sit opinor, nisi fallor, quo significatur assensum colloquentis exspectari, sicut recte monet Buttmann., quem vide in indice ad Menon. s. v. Quippe encliticae atque aliae id genus voces traiiciuntur, ubi parenthesis cum universa oratione quasi in unum coaluit. Disputavit de hac re Ast. ad Legg. p. 216. Commentar. ad Protagor. p. 99., qui inter alia comparat Legg. III. p. 681. *κτίσσε δὲ Δαρδανίην γάρ πού φησιν, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρή κτλ.* Ibid. VI. p. 773. A. *ὦ παῖ τοίνυν φῶμεν*. Ibid. X. p. 899. D. *ὦ ἄριστε δὴ φῶμεν*. Sic etiam Phileb. p. 34. E. *διψῇ που λέγομεν ἑκάστοτέ τι*. ubi v. annot. nostr. Theaet. p. 200. E. *ἔφη ἄρα δείξειν κτλ.* Euthydem. p. 278. C. 297. C. *μοι δοκεῖ*. Infra 262. D. Est autem verbi *φησί* subiectum *ὁ πολιτικὸς ἀνήρ*, cuius modo iniecta mentio est, h. e. sciti vel scripti auctor, qui proprie dictus est *ὁ συγγραφεύς*; v. Harpo-

δὴ μετὰ τοῦτο, ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐπαινέταις τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν, ἐνίοτε πάνυ μακρὸν ποιησάμενος σύγγραμμα. ἤ σοι ἄλλο τι φαίνεται τὸ τοιοῦτον ἢ λόγος
B συγγεγραμμένος;

ΦΑΙ. Οὐκ ἔμοιγε.

B. ἐὰν δὲ ἐξαλειφῇ] Sic Bekkerus e Bodl. ΔG et pr. Π.

crat. p. 325. al. Unde deinde etiam subiicitur ὁ συγγραφεύς. Ex quo liquido apparet verba αὐτὸ τὸ σύγγραμμα recte in cod. Bodl. aliisque omissa et a Bekkero Astioque deleta esse. Nulla vero de re referri ad populum per leges licebat, nisi de qua senatusconsultum antea factum et populo propositum esset. Ubi autem senatusconsultum a populo erat comprobatum, psephismati, vel, ut hoc loco dicitur, συγγράμματι, praeter illius nomen, qui senatus auctoritatem in comitiis oratione commendaverat et dicendo probaverat, id quod aut unius e Proedris contribulibus aut eius, in cuius sententiam senatus auctoritas perscripta esset, officium fuisse videtur, praeter illius igitur nomen psephismati adscribebatur formula haec: γνώμη βουλῆς καὶ δήμου aut βουλῆς γνώμη, ut appareret ipsum senatum populumque psephismatis auctoritatem comprobare. v. Schömann. De Comitiis Atheniens. p. 95 sqq. Ex quo apparet quorsum verba Socratis referantur. Nam ille ipse, qui legem suasisset vel ex auctoritate senatus rogationem ad populum tulisset, vulgo dictus est εἶπ εἶν. v. Xenoph. Hellen. I. 7. §. 9. ἡ βουλὴ εἰςένεγκε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, Καλλιξένου εἰπόντος, τήνδε, κτλ. Demosthen. De Coron. p. 265. εἶπε Καλλίας Φρεάῤῥιος, πρυτάνεων λεγόντων, βουλῆς γνώμη· ἐπειδὴ Χαρίδημος καὶ Διότιμος ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων καθώπλισαν τοὺς νεανίσκους ἀσπίσιν ὀκτακοσίοις, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ στεφανῶσαι Χαρίδημον κτλ. Conferas etiam psephismatum formulas ap. Demosth. De Cor. p. 235. 253. 261. 266. 282. 283. 289. Andocid. de myster. p. 39. Thucyd. IV. 118. al., ex quibus locis cognosces modo ἔδοξε τῇ βουλῇ, modo ἔδοξε τῷ δήμῳ, modo ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ reperiri. Itaque sententia verborum haec est. Visum est (sic dicit ille, opinor,) senatui aut populo aut utrique, atque hic suasit legem, semet ipsum scilicet admodum graviter significans et praedicans, videlicet ipse legis suasor. Tum vero postea (in psephismate suo) verba facit, ostentans laudatoribus suis suam ipsius sapientiam, dum interdum rogationem affert satis amplam et copiosam. Quocirca non est cur Winckelmanno aliquid tribuamus Praef. ad Phaedr. ed. Turic. min. p. VIII. locum violenter corrigenti hunc in modum: ἔδοξεν, αὐτό φησι, τῇ βούλῃ ἢ τῷ δήμῳ ἢ ἀμφοτέροις· ὅς καὶ ὅς εἶπεν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀεὶ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων ὁ συγγραφεὺς ἔπειτα λέγει, μετὰ τοῦτο δὴ ἐπιδεικνύμενος etc. Quae balbutientis foret oratio. De καὶ ὅς pro καὶ οὗτος posito v. Sympos. p. 201. E. Xenoph. Cyr. V. 4, 4. et 5, 36. coll. Matthiae Gramm. §. 484. qui tamen fallitur ὅς istud pro relativo habens; est enim articulus postpositivus, qui abiit

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής· ἐὰν δὲ ἐξαλιφῇ καὶ ἄμοιρος γένηται λογογραφίας τε καὶ τοῦ ἄξιος εἶναι συγγράφειν, πενθεῖ αὐτός τε καὶ οἱ ἑταῖροι.

Vulgo erat ἐξαλειφθῇ. Miro commento Winckelmannus coni. ἐὰν δὲ διαγραφῇ, πενθεῖ αὐτός etc. eiectis reliquis.

in pronomen demonstrativum. Itaque non erat, cur istud καὶ ὥς εἶπε sollicitaretur. Iam vero quod τὸν ἑαυτόν scriptum est, significatur addito articulo, eiusmodi hominem, fastu ac superbia inflatum, semet ipsum quasi digito monstrare. Quocirca nec hic quidquam attrectandum. Nam pronomina personalia cum articulo non uno modo iungi solere certum et exploratum habetur. v. praeter Heindorfium ad h. l. nostra ad Phileb. p. 20. B. Sophist. p. 239. B. Theaet. p. 166. A. ubi vindicavimus librorum lectionem: γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξεν. Epist. Plat. VII. p. 329. D. ibique varr. lectt. Audias praeterea Grammat. in Bekkeri Anecd. II. p. 923. Ἀττικοὶ γάρ τὸν ἐμέ φασιν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ· καὶ τὸν σὲ Κροτωπιάδην· (v. Ruhnken. ad Callim. Fr. 315.) καὶ Μένανδρος· τὸν ἐμὲ τουτονί. Apollon. De Pronom. p. 275. De Syntax. I. 28. p. 59. ed. Bekk. Grammat. ap. Valckenar. ad Ammon. p. 201. Sed hoc quidem iam in aprico esse putamus. Pergimus ad ὁ συγγραφεύς. Quo iteratur notio subiecti ita, ut irrisionis fiat indicium. Usum hunc appositionis quum alibi tum ad Criton. p. 51. A. attigimus. Itaque hoc quoque caret offensione, recteque videmur post ἐγκωμιάζων commate distinxisse orationem. Nec vero ante ἔπειτα λέγει gravior tollenda fuit verborum interpunctio. Orditur enim hinc novum orationis membrum, quo non iam refertur, sed narratur, quodnam sit scripti a viro civili confecti argumentum et consilium. Dicitur enim homo in eo verba facere sic, ut satis longis orationis ambagibus suam ipsius sapientiam ostentare conetur. Verum sufficiant haec de loco sanequam difficili; cui si quid lucis affudisse videbimur, certe non erit, cur nos operae in eo interpretando positae ullo modo poeniteat.

B. ἐὰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ] Pronomen οὗτος cum Schol. refer ad λόγος, qui ἐμμένειν dicitur, quum non reiicitur, sed probatur. Dein comparatio per appositionem expressa, quum dici licuisset, γεγηθὼς ἀπέρχεται ὡς ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής. Aristoph. Avv. v. 169. Ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος, πετόμενος, Ἀτέκμαρτος, οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων, i. e. ὡς ὄρνις. Horat. Epist. I. 2, 42. Qui recte vivendi prorogat horam, rusticus exspectat, dum defluat amnis. Tibull. I. 1. ipse seram vites rusticus. Perperam locum interpretatur Dorvill. ad Charit. p. 289. iure ab Heindorfio castigatus. Praeterea observes repentinam subiecti mutationem; nam ad γεγηθὼς ἀπέρχεται intelligitur ὁ συγγραφεύς: ad ἐξαλιφῇ autem ὁ λόγος et tum rursus idem ille συγγραφεύς. Sed quantum Graeci hoc in genere sibi indulserint, docebit annot. ad Protagor. p. 320. A. B. Remp. II. p. 360. A. Gorg. p. 510. B.

B. ἐὰν δὲ ἐξαλιφῇ καὶ ἄμοιρος γ.] Ut in γραφῇ πα-

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Δῆλόν γε, ὅτι οὐχ ὡς ὑπερφρονοῦντες τοῦ ἐπιτηδεύματος, ἀλλ' ὡς τεθαυμακότες.

ΦΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τί δέ; ὅταν ἱκανὸς γένηται ῥήτωρ ἢ βασιλεύς, ὥςτε λαβὼν τὴν Λυκούργου ἢ Σόλωνος ἢ
C Δαρείου δύναμιν ἀθάνατος γενέσθαι λογογράφος ἐν πόλει, ἆρ' οὐκ ἰσόθεον ἡγεῖται αὐτός τε αὑτὸν ἔτι ζῶν, καὶ οἱ ἔπειτα γιγνόμενοι ταὐτὰ ταῦτα περὶ αὐτοῦ νομίζουσι, θεώμενοι αὐτοῦ τὰ συγγράμματα;

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Οἴει τινὰ οὖν τῶν τοιούτων, ὅςτις καὶ ὁπωςτιοῦν δύςνους Λυσίᾳ, ὀνειδίζειν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι συγγράφει;

Τί δέ; ὅταν ἱκ.] δαί Bekk. ex uno F.

C. *Οἴει τινὰ οὖν τ. τ.*] V. οἴει οὖν τινα, quod e Florr. g. h. θ. Vind. 4. Monacc. et Bekk. ΔΠDGNOPT mutatum. In Bodl. οὖν deest. Paullo ante vulgo scribebatur ἆρ' οὖν οὐκ ἰσόθεον, praeter fidem codd. optimorum atque plurimorum.

Οὔκουν εἰκός γε] Flor. a. c. i. οὐκοῦν. Dein Bodl. Vat. Ven. Π. et alii ἑαυτοῦ ἐπιθυμίᾳ. Vett. editt. αὑτοῦ ἐπ.

D. *οἶμαι αἰσχρὸν ἤδη*] Vulgo οἶμαί γε; sed γε om Bodl.

ῥανόμων, de qua v. Schömann. De comitiis p. 160 sq. Meier. De bonis damnat. confisc. p. 130. Hermann. *Griech. Staatsalterthümer* §. 132. ann. 8. De ἐξαλείφειν conf Lycurg. in Leocr. p. 184. ed. Reisk. εἴ τις ἕνα νόμον εἰς τὸ μητρῷον ἐλθὼν ἐξαλείψειεν — ἆρ' οὐκ ἂν ἀποκτείναιτ' αὐτόν;

ἱκανὸς — ὥςτε — γενέσθαι] Sic Politic. p. 295. A. ἱκανὸς γένοιτ' ἂν — ὥςτε — προςτάττειν τὸ προςῆκον. Legg. IX. p. 875. A. φύσις ἀνθρώπων οὐδενὸς ἱκανὴ φύεται, ὥςτε γνῶναι — τὰ ξυμφέροντα ἀνθρώποις εἰς πολιτείαν. Protag. p. 338. C. ubi plura adscripsimus. Usum loquendi illustrarunt etiam Valcken. ad Eur. Hippol. v. 1327. et A. Matthiae Gr. Gr. §. 532. 2. coll. 533. 1.

C. *Οὔκουν εἰκός γε*] Cratyl. p. 408. B. οὔκουν ἀμήχανός γ' εἰμὶ λόγου. Lachet. p. 195. A. Οὔκουν φησί γε Νικίας. Ibid. p. 192. D. Οὔκουν δίκαιόν γε. Sophist. p. 231. B. Οὔκουν τό γε εἰκός. Ibid. p. 235. E. p. 238. B. ubi vulgo erat οὐκοῦν ἂν ὀρθῶς γε. Euthydem. p. 307. B. οὔκουν δίκαιόν γε, ubi vulgo οὐκοῦν. Gorg. p. 516. E. οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι, ubi vulgo item οὐκοῦν. Legg. VII. p. 807. A. οὔκουν τὸ γε δίκαιον. Ibid. p. 810. D. Reipubl. III. p. 398. C. VIII. p. 552. B. X. p. 611. B. Theaet. p. 142. D. οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος. Ibid. p. 186. D. Sophocl. Phil. 907. οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς

ΦΑΙ. Οὔκουν εἰκός γε ἐξ ὧν σὺ λέγεις· καὶ γὰρ ἂν τῇ ἑαυτοῦ ἐπιθυμίᾳ, ὡς ἔοικεν, ὀνειδίζοι.

Cap. XL. ΣΩ. Τοῦτο μὲν ἄρα παντὶ δῆλον, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν αὐτό γε τὸ γράφειν λόγους. D

ΦΑΙ. Τί γάρ;

ΣΩ. Ἀλλ' ἐκεῖνο οἶμαι αἰσχρὸν ἤδη, τὸ μὴ καλῶς λέγειν τε καὶ γράφειν, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς.

ΦΑΙ. Δῆλον δή.

ΣΩ. Τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν; δεόμεθά τι, ὦ Φαῖδρε, Λυσίαν τε περὶ τούτων ἐξετάσαι καὶ ἄλλον, ὅςτις πώποτέ τι γέγραφεν ἢ γράψει, εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικόν, ἐν μέτρῳ ὡς ποιητής, ἢ ἄνευ μέτρου ὡς ἰδιώτης;

ΦΑΙ. Ἐρωτᾷς, εἰ δεόμεθα; τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κἄν τις ὡς εἰπεῖν ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδο- E

Flor. g. ΔΠΣGNOPT.
Τίς οὖν ὁ τρόπος — μὴ γράφειν;] Haec vulgo Phaedro adscribebantur, quod recte mutavit Heindorfius, nec invitis codicibus. Dein vett. editt. δεόμεθά τοι, quod ex optimis et plurimis codd. emendatum. Post Λυσίαν accessit τε ex optimis plurimisque codicibus.
E. ἕνεκα κἄν τις] Sic Bodl. ΔΠGLT Flor. g. Vett. editt. ἕνεκ' ἄν τις.

(αἰσχρὸς φανεῖ). Antigon. 321. verissime Hermannus Οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας. Aristoph. Plut. 890. μὰ καὶ οὔκουν τῷ γε σῷ, σάφ' ἴσθ' ὅτι. Nimirum his voculis Graeci utuntur, quum id, quod alter in dubitationem vocavit, negant, sed cum restrictione. — Paullo ante αὐτὸ τοῦτο est: id ipsum.
D. αὐτό γε τὸ γρ. λ.] h. e. ipsum per se.
ὡς ἰδιώτης] h. e. prosae orationis scriptor. Eadem prorsus oppositionis ratio est Sympos. p. 178. B. Plutarch. Vitt. Vol. II. p. 135, 10. ed. Schaef. recentiss. v. Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. p. 484. et quem iam Heindorf. laudavit Ruhnk. ad Longin. p. 410. ed. Weisk.
E. τίνος μὲν οὖν ἕνεκα — κέκληνται] Haeserunt in his Heindorfius et Schleiermacherus, qui ea Phaedri ingenio indigna esse censuerunt. Cui incommodo ut occurreretur, postea Godofr. Bernhardy Encyclop. Philol. p. 94. hanc suasit verborum distributionem: Φ. Ἐρωτᾷς, εἰ δεόμεθα; ΣΩ. Τίνος μὲν οὖν ἕνεκα — κέκληνται. Φ. Σχολὴ μὲν δή, ὡς ἔοικε. ΣΩ. Καὶ ἅμα κτλ. At nos quidem nullam plane hic videmus difficultatem. Imo sunt omnia nostro iudicio menti et ingenio Phaedri longe convenientissima. Etenim homo sermonum avidissimus, ubi a Socrate interrogatus est, num bene scribendi ars explorandis Lysiae aut alius cuiusvis orationibus diligentius cognoscenda et intelligenda sit, respondet ut

νῶν ἕνεκα; οὐ γάρ που ἐκείνων γε, ὧν προλυπηθῆναι δεῖ, ἢ μηδὲ ἡσθῆναι, ὃ δὴ ὀλίγου πᾶσαι αἱ περὶ

vehementissime animo commotus, ideoque continuo docentis partes suscipit, ita ut adeo addat quae sublimiorem sapientiam spirare videantur: τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κτλ. h. e. imo (μὲν οὖν) cuiusnam rei gratia adeo prope vixerit quispiam, nisi talium voluptatum gratia? Non enim, opinor, illarum certe caussa vivendum est, ante quas oporteat nos dolore et tristitia affici aut plane carere voluptate, quod fere omnes corporis voluptates sibi habent proprium; quapropter etiam iure vocantur illiberales. Nimirum urbane faceteque Plato ita hominem mollem nec naturae voluptatum imperitum, sed interiore earum notitia imbutum finxit ideoque hanc sapientiam suam ita expromere iussit, ut summum, quo captus tenetur, sermonum instituendorum et audiendorum desiderium palam faciat, et illiberale dicat esse, aliis indulgere voluptatibus. Cui deinde assentiens Socrates, scite et urbane cavillans quae ille professus est, etiam cicadas in vicinia morantes ait ipsos graviter commonere, ut de talibus rebus sermones misceant, quippe quae Musarum sint nuntiae, Uraniae et Calliopae commendantes eos, qui in rerum graviorum commentatione versentur, eos autem, qui iam tempore meridiano somno indulgeant, tamquam illiberales (ἀνδράποδα) contemturae sint: quae ipsa verba certissimo sunt argumento, Phaedrum antea τὰς ἀνδραποδώδεις ἡδονάς commemorasse, quae hic faceta allusione tanguntur. Itaque facile, opinor, intelligitur, totum locum esse sanum et incorruptum neque ullo modo sollicitari oportere. Superest tamen, ut de duabus rebus admonendum sit, quae ad eundum clarius illustrandum valeant. Etenim primum quidem de cicadarum fabula paucis explicavisse iuvabit, quae quorsum pertineat, ab interpretibus non usquequaque perspectum est. Duplici autem nomine videtur fabella notabilis esse adeoque duplicem ob caussam interposita, siquidem et ad lepidam cavillationem comparata est, et valet etiam eo, ut hominem ad liberalium artium ac doctrinarum studium a natura factum esse ostendatur. Etenim cicadas constat a Graecis veteribus habitas esse pro garrulitatis et loquacitatis indicibus, ut etiam proverbium: τέττιγος εὐφωνότερος, cicada vocalior, in hominem impendio garrulum usurparetur. Quo nomine etiam Athenienses interdum cum cicadis comparantur, quorum imprimis inde ab aetate Periclis ingens extitisset garrulitas atque immoderata disserendi ac litigandi cupiditas. v. praeter Homer. Iliad. III. v. 151 sqq. qui hunc usum loquendi praeivisse videtur, Aristoph. Avv. v. 39. ibique intpp. Nub. v. 980. Equitt. v. 133. coll. Thucyd. I. 6. Platon. Lgg. I. p. 641. E. Aristotel. Rhet. II. 23, n. Itaque Socrates hac fabula enarranda Phaedrum videtur lepide urbaneque ridere utpote confabulandi cupidissimum omninoque sermonum longe amantissimum eoque ipso etiam Athenienses leniter cavillari. Cavendum tamen est, ne in hoc uno putemus inesse omnia. Nam merae irrisionis gratia si fabula interposita esset, sane ea vehementer displicere deberet utpote alienior ab argumento libri primario, praesertim quum etiam longior sit atque

τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι· διὸ καὶ δικαίως ἀνδραποδώδεις κέκληνται.

copiosior. Itaque nos quidem putamus ei etiam aliud quid esse propositum. Quod quale sit, ipsius Socratis prodit oratio, qui posteaquam Phaedrus enuntiavit haec: „Cuiusnam tandem rei gratia vivat aliquis, si non talium voluptatum caussa?" eam sententiam utique probat continuo et quo magis etiam ipsam confirmet, eam, de qua agitur, fabulam in medium affert. Nimirum docetur, opinor, data occasione vel potius admonetur, id quod universi libri argumento sane longe est convenientissimum, ipsam hominis naturam atque indolem eam esse, quae ad sermones de rebus ad philosophiam et artes liberales pertinentibus instituendos feratur atque adeo τῆς μουσικῆς sensu atque studio praedita sit. De qua re Plato postea senex factus exposuit copiosius in Legg. II. p. 653 sqq. Hoc ipsum autem item potuit commodissime cicadarum exemplo declarari. Etenim cicadarum cantus etiam bono sensu et cum laude dicitur sic, ut eius similitudine orationis vis atque suavitas atque adeo artis poeticae et oratoriae facultas declaretur, de qua re dudum monuit Eustathius ad Iliad. γ'. 395. v. 151 sqq. Pertinet huc Timonis carmen in Platonis eloquentiam apud Diogen. Laert. III. 7. Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς Ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱᾶσιν: Cunctos anibat latissimus ille, suavis orator, cuius non cedunt scripta cicadis, quae super arboribus resident lucis in opacis, ac mittunt vocem modulato gutture amoenam; in quibus versiculis nomine πλατύστατος ad Platonem et nomine Ἑκαδήμου ad Academiam alludi manifestum est. Nec minus recte huc referas illa Theocriti Idyll. I. v. 148. τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερον ᾄδεις. Nimirum cantus cicadarum veteribus in deliciis fuit, ut etiam laudis gratia commemorari potuerit: v. Anacr. Carm. 43. 1. ibique Fischer. et Schneider. *Anmerkungen über d. Anacreon* p. 61. Virgil. Eclog. V. 77. Georgic. III. v. 328. ibique Vossium coll. Beckio ad Avv. Aristoph. v. 39. Itaque faceta et urbana Socrates utitur dilogia, qui cum Phaedrum leniter ridet, tum eadem opera etiam suavissime ostendit ac declarat, natum esse hominem ad sermonum generosiorum et nobiliorum usum et consuetudinem; qua quidem ratione quodammodo praeludit iis, quae infra de studio hominis nativo divinum amorem cum aliis communicandi deque dialectica ut arte plane amatoria disputaturus est. Sed haec satis sunto de fabula lepidissima, cuius vim rationemque interpretes adeo non perspexerunt, ut non modo universum eius sensum miris modis perturbaverint, sed etiam singulas loci, quamvis longe sincerissimi, partes temere sollicitaverint. Sequitur iam, ut etiam paucis exquirendum sit, quaenam dicantur ἀνδραποδώδεις ἡδοναί. Eae vero sunt voluptates corporis vulgares, liberali homine indignae, et partim cum doloris societate coniunctae. v. De Rep. IX. p. 583. B. Phileb. p. 31. D sqq. quo loco subtiliter de mixtis cum dolore et molestiae sensu voluptatibus explicatur. De voc. ἀνδραποδώδης ita posito conf. Legg. IX. p. 880. A. ubi iungi-

ΣΩ. Σχολὴ μὲν δή, ὡς ἔοικε. καὶ ἅμα μοι δοκοῦσιν ὡς ἐν τῷ πνίγει ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν οἱ τέτ-
259 τιγες ᾄδοντες καὶ ἀλλήλοις διαλεγόμενοι καθορᾶν. εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νῷ καθάπερ τοὺς πολλοὺς ἐν μεσημβρίᾳ μὴ διαλεγομένους, ἀλλὰ νυστάζοντας καὶ κηλουμένους ὑφ' αὑτῶν δι' ἀργίαν τῆς διανοίας, δικαίως ἂν καταγελῷεν, ἡγούμενοι ἀνδράποδα ἄττα σφίσιν ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον ὥςπερ προβάτια μεσημβριάζοντα περὶ τὴν κρήνην εὕδειν. ἐὰν δὲ ὁρῶσι διαλεγομένους καὶ παραπλέοντας σφᾶς ὥςπερ Σειρῆνας
B ἀκηλήτους, ὃ γέρας παρὰ θεῶν ἔχουσιν ἀνθρώποις διδόναι τάχ' ἂν δοῖεν ἀγασθέντες.

Cap. XLI. ΦΑΙ. Ἔχουσι δὲ δὴ τί τοῦτο; ἀνήκοος γάρ, ὡς ἔοικε, τυγχάνω ὤν.

ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν] V. ἡμῖν, praeter fidem codicum omnium, si a Par. O. discesserimus.

P. 259. διαλεγόμενοι καθορᾶν [καὶ ἡμᾶς] Bodl. ΔGT. et pr. Π. omittunt καὶ ἡμᾶς, probante Bekkero et Astio. Recte. Igitur delevi. Deleverunt nuper etiam Turicenss. Pertinebat glossema ad καὶ νῷ.

B. παρὰ θεῶν ἔχουσιν] V. ἔχουσι παρὰ θεῶν, quod soli

tur cum ἄγροικος et ἀνελεύθερος. De Republ. IV. p. 430. B. ubi consociatur cum θηριώδης. Phaedon. p. 69. B. Et ipsam ἡδονὴν ἀνδραποδώδη reperimus Epist. Platon. VII. p. 335. A. Aristot. Eth. III. 10, 24. al. Phrynichi in Bekker. Anecdot. Vol. I. p. 29. ἀνδραποδώδεις ἡδοναί· σημαίνει τὰς εἰκαίους καὶ ἀλογίστους ἡδονάς.

ὡς ἐν τῷ πνίγει] utpote in calore; quippe quum aestus caloris eos ad canendum invitet. Nam: Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis, ut est apud Virgil. Eclog. II. v. 13. De cantu cicadarum v. etiam Aristoph. Rann. 1095. Aelian. Hist. Anim. III. 38. Aristoph. Auscult. mir. p. 137. ed. Beckm. Dion. Chrys. Orat. XLVII. p. 527. A. Themist. XXI. p. 246. A. al. Mireris vero Badhamum ita scribentem: „Quid sibi vult istud ὡς? aut quis unquam verbum καθορᾶν sine casu usurpari vidit?“ Legit igitur νῷ pro ὡς, quo pronomine ait in eo ipso loco, qui ab ὡς occupatus sit, nihil aptius poni posse. At nimirum ὡς quid significet, modo indicavimus, nec poterit quisquam de isto voculae usu dubitare, dum modo legerit quae exposita sunt in Matthiae Gr. Gr. §. 628. 3. Καθορᾶν autem, quod ponitur absolute et sine casu obiecti, ut nostrum *herabsehen*, praeivit hunc usum loquendi iam pater poeseos Iliad. XI. 337. ἔνθα σφιν κατὰ ἶσα μάχην ἐτάνυσσε Κρονίων, ἐξ Ἴδης καθορῶν. Ibid. VII. 21. Περγάμου ἐκ κατιδών. Ibid. IV. 508. νεμέσησε δ' Ἀπόλλων Περγάμου ἐκ κατιδών. Quorum certe cri-

ΣΩ. Οὐ μὲν δὴ πρέπει φιλόμουσον ἄνδρα τῶν τοιούτων ἀνήκοον εἶναι. λέγεται δ', ὥς ποτ' ἦσαν οὗτοι ἄνθρωποι τῶν πρὶν Μούσας γεγονέναι. γενομένων δὲ Μουσῶν καὶ φανείσης ᾠδῆς, οὕτως ἄρα τινὲς τῶν τότε ἐξεπλάγησαν ὑφ' ἡδονῆς, ὥςτε ᾄδοντες ἠμέλησαν σίτων τε καὶ ποτῶν, καὶ ἔλαθον τελευτήσαντες αὐτούς. C ἐξ ὧν τὸ τεττίγων γένος μετ' ἐκεῖνο φύεται, γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν, μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον, ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον εὐθὺς ᾄδειν, ἕως ἂν τελευτήσῃ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθὸν παρὰ Μούσας ἀπαγγέλλειν, τίς τίνα αὐτῶν τιμᾷ τῶν ἐνθάδε. Τερψιχόρᾳ μὲν οὖν τοὺς ἐν τοῖς χοροῖς τετιμηκότας αὐτὴν ἀπαγγέλλοντες ποιοῦσι προςφιλεστέρους, τῇ δὲ Ἐρατοῖ τοὺς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς,

Par. EF tuentur.

Οὐ μὲν δὴ πρέπει] Vulgo γε post πρέπει interpositum, quod eieci cum Bodl. et Vatic.

λέγεται δ', ὥς ποτ' ἦσαν] Heindorf. δὴ malebat. Aliquot libri δ' om. Dein τῶν ante πρὶν sex fere codd. om.

C. Τερψιχόρᾳ] V. Τερψιχόρῃ, quod vix unus alterve librorum tuetur. Conferri iubet Bekker eam in rem Anecdot. sua p. 1173. med.

ticum decebat non esse immemorem. Denique nemo non largietur ultro, nullo pacto hic locum habere posse istud νῷ a Badhamo excogitatum, propterea quod deinceps infertur: εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νῷ κτλ. Sed de hoc verbo monuisse sufficiet.

P. 259. ἀνδράποδα ἄττα] Lepide alludit ad Phaedri ἀνδραποδώδεις ἡδονάς.

παραπλέοντας σφᾶς —] Respexit ad fabulam Hom. Odyss. XII. 39 sqq. conf. de hac comparatione Bergler. ad Alciphr. p. 179.

B. λέγεται δ', ὥς ποτ' ἦσαν] „Fabellam hanc elegantissimam, a Platone haud dubie fictam, sumsit hinc Himer. Eclog. X. p. 178. Vid. ibi et ad Eclog. XII. p. 199. Wernsdorfium.“ HEINDORF. — τῶν πρὶν Μουσ. γενέσθαι, e numero eorum, qui vixerunt, priusquam Musae fuerunt.

C. μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον] Nam rore credebantur vesci, de qua re laudant Fischer. ad Anacreont. XLIII. p. 167. et 169. et Voss. ad Virgil. Eclog. V, 77. Ad εὐθύς ex superioribus repetendum γενόμενον, statim ut natum est, cui apte subiungitur: ἕως ἂν τελευτήσῃ. Itaque non est cur quis pro isto εὐθύς requirat potius συνεχῶς aut simile quiddam; nec vero audiendus Badhamus, qui γενόμενον censet facta verborum transpositione post εὐθὺς inserendum esse.

Τερψιχόρᾳ μὲν οὖν] Formam hanc vere Atticam esse testatur Choeroboscus in Bekkeri Anecdot. T. III. p. 1173. v. Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 395.

καὶ ταῖς ἄλλαις οὕτως, κατὰ τὸ εἶδος ἑκάστης τιμῆς. τῇ δὲ πρεσβυτάτῃ Καλλιόπῃ καὶ τῇ μετ' αὐτὴν Οὐρανίᾳ τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ διάγοντάς τε καὶ τιμῶντας τὴν ἐκείνων μουσικὴν ἀγγέλλουσιν, αἳ δὴ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι θείους τε καὶ ἀνθρωπίνους ἱᾶσι καλλίστην φωνήν. πολλῶν δὴ οὖν ἕνεκεν λεκτέον τι καὶ οὐ καθευδητέον ἐν τῇ μεσημβρίᾳ.

ΦΑΙ. Λεκτέον γὰρ οὖν.

E Cap. XLII. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προὐθέμεθα, σκέψασθαι τὸν λόγον ὅπῃ καλῶς ἔχει λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ ὅπῃ μή, σκεπτέον.

ΦΑΙ. Δῆλον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐχ ὑπάρχειν δεῖ τοῖς εὖ γε καὶ καλῶς ῥηθησομένοις τὴν τοῦ λέγοντος διάνοιαν εἰδυῖαν τὸ ἀληθὲς ὧν ἂν ἐρεῖν πέρι μέλλῃ;

ΦΑΙ. Οὑτωσὶ περὶ τούτου ἀκήκοα, ὦ φίλε Σώ-

D. ταῖς ἄλλαις οὕτως] V. οὕτω. Sed pleniorem formam tuetur Bodl. cum aliis: v. ad Protagor. p. 351. B. et Gorg. p. 522. C.

ἑκάστης τιμῆς] V. τιμῆς ἑκάστης, invitis codicibus praeter. pr. E.

καὶ τῇ μετ' αὐτήν] V. καὶ τῇ μετὰ ταύτην, libris plerisque omnibus adversantibus.

πολλῶν δὴ οὖν ἕνεκεν λ.] Sic Bodl. Ven. Σ. Par. BH Coisl. Flor. a. c. g. h. ϑ. Vindobb. 1. 3. 6. alii. Vulgo erat πολλῶν οὖν δὴ ἕνεκεν. Bekker e codd. ΔΠG scripsit πολλῶν δὴ] οὕνεκεν.

D. τὴν ἐκείνων μουσικήν] Nam φιλοσοφία est μεγίστη μουσική, ut est in Phaedon. in. Quod autem philosophiam Calliopae et Uraniae attribuit, eius rei rationem reddit verbis sequentibus: αἳ περί τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι κτλ., in quibus οὐρανὸν ad Uraniam, λόγους ad Calliopen referri manifestum est. Et Uraniam quidem Pythagoreorum exemplo philosophiae videtur praefecisse: nisi forte superioris narrationis habuit rationem, in qua ideae fingebantur in coelo esse collocatae. Ad ἱᾶσι καλλίστην φωνὴν conf. Legg. p. 890. D. ἀλλὰ πᾶσαν, τὸ λεγόμενον, φωνὴν ἱέντα — γίγνεσθαι. Euthyd. p. 292. E. Reip. V. p. 475. A. al.

Λεκτέον γὰρ οὖν] Postquam Socrates urbana cum festivitate ostendit meridianum tempus confabulatione potius quam quiete esse transigendum, quo scilicet per cicadas Musis tamquam homines philosophiae amantes commendentur; Phaedrus, ad cuius sententiam et mentem hoc prorsus accommodatum est, misso de fabula illa sermone, continuo affirmat utique sermones esse miscendos. Qua re-

κρατες, οὐκ εἶναι ἀνάγκην τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσε- 260
σθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ δό-
ξαντα ἂν πλήθει, οἵπερ δικάσουσιν, οὐδὲ τὰ ὄντως
ἀγαθὰ ἢ καλά, ἀλλ' ὅσα δόξει· ἐκ γὰρ τούτων εἶναι
τὸ πείθειν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας.

ΣΩ. Οὔ τοι ἀπόβλητον ἔπος εἶναι δεῖ, ὦ Φαῖδρε, ὃ ἂν εἴπωσι σοφοί, ἀλλὰ σκοπεῖν, μή τι λέγωσι. καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν λεχθὲν οὐκ ἀφετέον.

ΦΑΙ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Ὧδε δὴ σκοπῶμεν αὐτό.

ΦΑΙ. Πῶς;

ΣΩ. Εἴ σε πείθοιμι ἐγὼ πολεμίους ἀμύνειν κτη- B
σάμενον ἵππον, ἄμφω δὲ ἵππον ἀγνοοῖμεν, τοσόνδε
μέντοι τυγχάνοιμι εἰδὼς περὶ σοῦ, ὅτι Φαῖδρος ἵππον
ἡγεῖται τὸ τῶν ἡμέρων ζώων μέγιστα ἔχον ὦτα —

ΦΑΙ. Γελοῖόν γ' ἄν, ὦ Σώκρατες, εἴη.

ΣΩ. Οὔπω γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πεί-

E. τοῖς εὖ γε καὶ κ.] V. τε, quod e Bodl. Vat. Ven. Π. aliis multis mutatum.

Οὑτωσὶ περὶ τούτου ἀκ.] V. τούτων, quod habent libri ΞH.

P. 260. B. πολεμίους ἀμύνειν] V. τοὺς π. ἀμ. invitis codd. fere omnibus praeter Ven. Ξ.

Γέλοιόν γ' ἂν — εἴη] εἴη om. Bodl. Vat. Par. GT.

Οὔπω γε] Bodl. Vat. Ven. Π. alii nonnulli οὔ ποτε. male. Dein δὴ om. Bodl. ΔΠDOPT. probante Hermanno. Sed elegantius istud δὴ est quam ut criticorum arbitrio invectum sit.

sponsione denuo declarat, quanta sermonum incensus sit cupiditate. Frustra in his quoque haesitavit Schleiermach. p. 388, cuius sententiam etiam Astius impugnavit.

E. καὶ ὅπῃ μή, σκεπτέον] Exspectabas ποιητέον: sed verbum σκέψασθαι animo tenens σκεπτέον dixit. Itaque non probo quod Heindorf. et Ast. post σκέψασθαι commate distinxerunt.

P. 260. οὐκ εἶναι — ἀλλ' ὅσα δόξει] Copiose hanc sophistarum sententiam tractavit Plato Gorg. p. 454. B sqq. Veterum de hac re opiniones exposuit Vossius Institutt. Oratt. L. 1. c. 1. Ceterum haec: ἀλλὰ τὰ δόξαντα — δόξει, ita explices: ἀλλὰ ταῦτα, ἃ δόξειεν ἂν πλήθει δίκαια, οἵπερ δικάσουσιν. Ficinus: sed quae iudicantium multitudini videantur. Particulam ἂν cum τὰ δόξαντα, h. e. ἃ δόξειεν ἄν, coniunctam abunde illustravimus ad Phileb. p. 30. C. et 52. C. al.

Οὔ τοι ἀπόβλητον ἔπος] Respiciuntur verba Nectoris Iliad. II. 361. Οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅ ττι κεν εἴπω. conf. et-

ϑοιμι, συντιϑεὶς λόγον ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου, ἵππον ἐπονομάζων καὶ λέγων, ὡς παντὸς ἄξιον τὸ ϑρέμμα. οἴκοι τε κεκτῆσϑαι καὶ ἐπὶ στρατείας, ἀποπολεμεῖν τε χρήσιμον καὶ προςενεγκεῖν δυνατὸν σκεύη καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφέλιμον —

ΦΑΙ. Παγγέλοιόν γ' ἂν ἤδη εἴη.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ κρεῖττον γελοῖον ἢ δεινόν τε καὶ ἐχϑρὸν εἶναι φίλον;

καὶ ἐπὶ στρατείας] V. στρατιᾶς. Illud solus T. exhibuit. C. καὶ ἐχϑρὸν εἶναι φίλον;] V. εἶναι ἢ φίλον. Cornar. corrigebat εἶναι τὸν φίλον. Verum vidit Heindorf. Deest ἢ in Vind. 4. 6. 7. α. Mon. Par. FNO. In cod. P. desunt verba εἶναι ἢ φίλον. Bekker. ἢ φίλον uncis inclusit.

iam Iliad. III. 65. Mox Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 824. μή τι λέγουσι malebat, quod genus loquendi ad Menon. p. 78. B. illustravimus. Postea tamen ipse ad Plutarch. Vitt. Vol. V. p. 572. suam rettractavit sententiam. Winckelmannus Praefat. ad edit. min. Turic. p. IX. coni. εἴ πῄ τι λέγουσιν, collato loco, qui infra legitur p. 272. C. Coniunctivum tamen tuemur ea ratione, quam ad Phaedon. p. 70. A. et Hipp. maior. p. 300. D. significavimus. Sententia verborum est haec: videndum, ne dicant aliquid, quod dignum sit, cuius habeamus rationem.

B. καὶ ἐπὶ στρατείας] Libri omnes praeter unum solum T. στρατιᾶς, quod primus correxit Heindorf. de Spaldingi sententia, mutavit etiam Bekker. Enimvero στρατιὰ fere exercitum, στρατεία expeditionem denotat. v. Dorvill. ad Charit. p. 540. Promiscuum tamen voc. στρατιὰ usum agnoscit Photius p. 468. ed. Lips. Στρατιὰν, συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν· οὕτως Ἀριστοφάνης. Nec temere Aristophan. Lysistr. 99. τοὺς πατέρας οὐ ποϑεῖτε τοὺς τῶν παιδίων, ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, ubi metro vides στρατιᾶς necessario requiri. Ibid. 592. μονοκοιτοῦμεν διὰ τὰς στρατιάς, quod non minus est certum. Ibid. 1141. στρατιὰν προςαιτῶν. Thesmoph. 828. et 1169. Acharn. 251. 1143. al. Quae quum ita sint, mirandum profecto non est, quod etiam apud prosae orationis scriptores, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, alios, perpetua est codicum in his vocabulis fluctuatio: nec quisquam paullo prudentior negaverit στρατιὰν pro στρατείᾳ Atticis in usu fuisse. Apud Platonem tamen haud scio an nullus exstet praeter hunc unum locus, in quo non unus alterve meliorum librorum cum vulgaribus grammaticorum praeceptis conveniat. Vide modo Reip. III. p. 404. A. et B. Charm. p. 156. C. Legg. XII. p. 94. A. ubi codd. στρατιῶν. al. et quae laudavit Ruhnken. ad Tim. p. 240. Quocirca nos quoque quamvis omnibus codicibus invitis ἐπὶ στρατείας reposuimus. Ceterum ita nobis persuasimus: licet στρατιὰ utroque significatu ponatur, ut tum expeditionem tum exercitum significet; tamen vicissim στρατείαν nusquam ibi

ΦΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ὅταν οὖν ὁ ῥητορικὸς ἀγνοῶν ἀγαθὸν καὶ κακόν, λαβὼν πόλιν ὡσαύτως ἔχουσαν πείθῃ, μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ, δόξας δὲ πλήθους μεμελετηκὼς πείσῃ κακὰ πράττειν ἀντ' ἀγαθῶν, ποῖόν τινα οἴει μετὰ ταῦτα τὴν ῥητορικὴν καρπὸν ὧν ἔσπειρε D θερίζειν;

D. καρπὸν ὧν ἔσπειρε] ὧν Vind. 1. 3. 6. Flor. a. c. h. ΓΣΦΒΗ, quod desiderabat Stephan., probante Heindorfio, Bekkero, Buttmann. Vulgo legitur ὄν. Mox γε post οὐ πάνυ ex optimis libris revocatum est.

adhiberi, ubi exercitus intelligendus est. Quod ipsum videtur effecisse, ut στρατιὰ maxime de exercitu frequentaretur.

ἀποπολεμεῖν τε χρήσιμον] h. e. πολεμεῖν ἀπ' αὐτοῦ, ut recte interpretatur Heindorf., comparans Protagor. p. 350. A. ἀπὸ τῶν ἵππων πολεμεῖν.

C. Ἆρ' οὖν οὐ κρεῖττον —] Ficinus: Nonne praestat ridiculum amicum (i. e. tanquam amicum) esse, quam gravem (callidum) et inimicum (malitiosum)? Nimirum hoc dicit, eum, qui quid suadeat, quem quidem nunc appellat φίλον, potius fore ridiculum, quam eius rationibus, cui aliquid suadere conetur, gravem et inimicum. Φίλον, quod vocat τὸν πείθοντα, sumit atque ponit illum, qui alteri aliquid suadeat, erga hunc esse benevolum. Quod quidem lepide et urbane Phaedri gratia ita fieri videtur, cui Lysias, quamvis amoris divinioris natura non perspecta, tamen sententiam suam ut amicus benevolus persuaserat.

μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς] Alludens ad proverbium ὄνου σκιά, quod significat rem nihili, pro ὄνου dixit ὄνου σκιᾶς. Male igitur Heindorf., quamvis assentiente Bernhardy Encyclop. Philol. p. 147. voc. σκιᾶς exterminavit, iure ab Astio reprehensus. Praeterea lege Schol. ad h. l.

D. καρπὸν ὧν ἔσπειρε θ.] Legitur vulgo ὄν, quod Astius sic defendit: „Καρπὸν ὃν ἔσπειρε θερίζειν, inquit, Plato sine dubio posuit propter proverbium, quod Hermias p. 182. affert: ὁ κακὰ σπείρων κακὰ θερίζει. conf. Schol. p. 317. Bekk. et Erasmi Adagg. III. 7. 60. p. 649. ed. Col. Verba, praemisso ποῖόν τινα, in quo sententiae vis inest, ita coacta sunt, ut solvi possint: καρπὸν ὃν ἔσπειρε, ποῖόν τινα οἴει εἶναι ὃν μετὰ ταῦτα ἡ ῥητορικὴ θερίζει;" Artificiosior tamen et contortior ea est verborum explicatio. Ac videtur praeterea etiam res ipsa hanc flagitare sententiam: quemnam fructum putas artem oratoriam ex iis, quae tanquam semina sparserit, percepturam esse, nam scribendum: ποῖόν τιν' ἂν οἴει. Accedit quod ὧν in libris non paucis iisque satis probis repertum est. Praeterea alluditur fortasse ironice ad dictum quoddam Gorgiae, cuius meminit Aristoteles Rhetor. III. 3. σὺ δὲ ταῦτα

ΦΑΙ. Οὐ πάνυ γε ἐπιεικῆ.

Cap. XLIII. ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ 'γαθέ, ἀγροικότερον τοῦ δέοντος λελοιδορήκαμεν τὴν τῶν λόγων τέχνην, ἡ δ' ἴσως ἂν εἴποι· Τί ποτ', ὦ θαυμάσιοι, ληρεῖτε; ἐγὼ γὰρ οὐδέν' ἀγνοοῦντα τἀληθὲς ἀναγκάζω μανθάνειν λέγειν, ἀλλ', εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή,

εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή] Vulgo erat: εἴ τις ἐμῇ ξυμβουλῇ, cui Stephan., probante Heindorfio et Winckelmanno χρῆται addendum censebat. Bodl. ΔG. et pr. Π. εἴ τι. Recte Vind. 3. εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, quod coni. Schleiermacher. Deinde vett. editt. λαμβάνειν. Indicativum debemus Vind. 4. 7. a. Flor. h.; habent idem DNOP. Quamquam λαμβάνειν, ubi κτησάμενον scripseris, servari potest, si quis cum Aug. Matthiae Gr. Gr. §. 556. 2. p. 1292. ex ἀναγκάζει per zeugma statuat κελεύω vel παραινῶ repetendum esse. Idem vir doctus ad εἴ τις ἐμῇ συμβουλῇ intelligendum putat αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, καλῶς δὲ ἐθέρισας, quae scita est coniectura Krischii De Phaedro Platonis p. 98 sq.

ἀλλ' εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, κτησάμενος — λαμβάνει] Quod olim e codicibus reduximus, id etiam nunc tenemus, sententiam verborum sic interpretantes: sed, si quid meum valet consilium, quicunque mihi operam dat, is postquam veri cognitionem sibi comparavit, tum demum me amplecitur atque cognoscit. In qua sententia equidem non video, quid istud λαμβάνει habeat dubitationis. Voc. οὕτως post participia inferri solitum, ut Phaedon. p. 61. C. Protagor. p. 310. D. p. 314. C. Gorg. p. 457. D. p. 507. D. E. Cratyl. p. 425. A. B. Reip. IV. p. 435. A. V. p. 464. A. IX. p. 576. E. et centenis aliis locis. Ceterum post ἀλλὰ e praecedenti οὐδένα liquet intelligi oportere ἕκαστος, quam loquendi formam habes Theaet. p. 157. B. De Rep. II. p. 366. D. III. p. 382. E. IV. p. 438. A. VIII. p. 561. B. Sympos. p. 192. E, ubi v. ann.

τόδε δ' οὖν μέγα λέγω] h. e. magnum quiddam. Est enim idem, quod: τόδε λέγω ὡς μέγα τι. Legg. II. p. 653. A. μέγα λέγεις. XII. p. 960. D. οὐ μικρὸν λέγεις. v. ad Symp. 175. C. Deinde notabis οὐδέν τι μᾶλλον Attice pro οὐδαμῶς dictum, de quo loquendi genere dixerunt interpp. ad Gregor. Corinth. p. 60. Theaetet. p. 169. B. ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίσταμαι.

E. Φημί, ἐὰν οἵ γε ἐπιόντες —] Phaedro sciscitanti, annon ars oratoria ista omnia recte pro se in medium sit allatura, Socrates ita respondet, ut se facile dicat haec largiri, siquidem aliae quaedam rationes, quae iam lustrandae veniant, ei artis nomen tribui permittant: esse enim quosdam, quibus rhetorice non ars, sed ἄτεχνος τριβή videatur, ut in quodam ingenii et exercitationis genere ponenda sit. In hac igitur sententiarum et simplicitate et perspicuitate equidem non assequor, quid Buttmann. in lectione nuper ex codd. mss. restituta desideraverit, ut maluerit amplecti eam quam suasit Heindorf. verborum distributionem. Vocatur autem rhetorice alibi etiam ἄλογος τριβή, ut infra p. 270. B. Phileb. p. 55. E. Gorg. p. 501. A. vel ἐμπειρία καὶ τριβή, ut

κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνει. τόδε δ' οὖν μέγα λέγω, ὡς ἄνευ ἐμοῦ τῷ τὰ ὄντα εἰδότι οὐδέν τι μᾶλλον ἔσται πείθειν τέχνῃ.

ΦΑΙ. Οὐκοῦν δίκαια ἐρεῖ λέγουσα ταῦτα; E

ΣΩ. Φημί, ἐὰν οἵ γε ἐπιόντες αὐτῇ λόγοι μαρτυρῶσιν εἶναι τέχνη. ὥςπερ γὰρ ἀκούειν δοκῶ τινων

μανθάνειν βούλεται: quod minus placet. Non enim dativus iste loquendi consuetudini convenire videtur.

τόδε δ' οὖν μέγα λέγω] V. τὸ δ' οὖν, invitis codd. plerisque omnibus. Dativum τέχνῃ praebuit Bodl. B. C. Vett. editt. τέχνη.

E. Οὐκοῦν δίκαια — ταῦτα;] Vulgo haec Socrati, et vicissim que sequuntur Φημί κτλ. Phaedro adscribunt usque ad πῶς λέγουσιν; Mutavi praeeunte Bekkero, libris scriptis suffragantibus. Ita nihil est, cur verba: τοῦ δὲ λέγειν — γένηται cum Heindorfio aliisque pro subditiciis habeamus.

Gorg. p. 463. B. Phileb. p. 55 E. usum nulla ratione collectum dixit Apulei. Doctr. Plat. II. p. 16. ed. Elm. De usu voc. ὥςπερ v. Heindorf. ad Phaedon. p. 143. ad Cratyl. §. 3. Hactenus igitur omnia sunt in vado. Sed quae deinceps adiunguntur, ea sunt impeditiora. Nam Heindorfio quidem, itemque Schleiermachero et Astio totum hoc, quod sequitur, enuntiatum: τοῦ δὲ λέγειν — ὕστερον γένηται, visum est subditicium. Quod tamen fateor mihi secus videri. Mitto virorum acutissimorum argumenta, ne longior disputatio evadat. Nam sponte ea concidant necesse est, ubi demonstratum fuerit verba illa propter totius argumentationis tenorem nullo modo abesse posse. Est autem, nisi fallor, sententiarum haec series et cohaerentia. Concedo, inquit Socrates, rhetoricam ista omnia recte pro sua causa afferre posse, siquidem ei artis nomen tribuendum sit. Iam vero sunt, qui hanc laudem ipsi eripiant eamque nihil esse statuant nisi usum quendam omnis artis expertem. Quod si ita habet, perspicuum est non recte rhetoricen sibi vindicare veri scientiam et cognitionem. Nam vera et germana dicendi ars, vel Spartano iudice, sine veritatis scientia non potest consistere. Si autem artis nomen non meretur, nec veritatis cognitio et scientia ei propria erit. Haec igitur quum sit sententiarum consequutio, equidem illo additamento aegre caruerim, quo veluti in antecessum significatur, quod Socrates deinceps accuratius est demonstraturus, rhetoricam cum philosophia coniunctam esse oportere, siquidem artis nomen tueri velit, neque illam artem appellari licere, quae a sapientiae disciplina abhorreat. Lepidum est autem, quod Laconum utitur testimonio: qua re nihil aliud videtur indicare, nisi hoc, vel sensum communem atque naturalem ad dicendi artem requirere solere veri scientiam et cognitionem. Atque haec si probabiliter disputavimus, iam tandem mirari desinent viri docti, cur Socrates hac utatur auctoritate. Narratiunculam Plutarchi p. 233. B. ex hoc ipso loco confictam putamus. Quippe ille haec habet: Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων, ἀλλὰ νὴ τὼ Σιώ, τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτε ἔστι οὔτε μήποτε γένηται.

προςιόντων καὶ διαμαρτυρομένων λόγων, ὅτι ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή. τοῦ δὲ λέγειν, φησὶν ὁ Λάκων, ἔτυμος τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτ' ἔστιν οὔτε μήποθ' ὕστερον γένηται.

261 *ΦΑΙ. Τούτων δεῖ τῶν λόγων, ὦ Σώκρατες. ἀλλὰ δεῦρο αὐτοὺς παράγων ἐξέταζε, τί καὶ πῶς λέγουσιν.*

ΣΩ. Πάριτε δή, θρέμματα γενναῖα, καλλίπαιδά τε Φαῖδρον πείθετε, ὡς, ἐὰν μὴ ἱκανῶς φιλοσοφήσῃ, οὐδὲ ἱκανός ποτε λέγειν ἔσται περὶ οὐδενός. ἀποκρινέσθω δὴ ὁ Φαῖδρος.

ἔτυμος τ. ἄνευ] *ἕτοιμος ἄνευ* Bodl. pr.

ὕστερον γένηται] V. *ὑστέρως*, quod solus Par. E. tuetur. Vind. 3. 6. Σ. *γενήσεται.*

P. 261. *Τούτων δεῖ τῶν λόγων*] Sic ΣΦCr Flor. a. c. al. Vulgo *Τούτων δὴ τ. λ.*, quod mutavit etiam Bekkerus. Heindorf. coni. *τούτων δὴ τίνων λόγων;* sc. *δοκεῖς ἀκούειν.*

ὡς, ἐὰν μὴ ἱκανῶς φ.] Sic Bodl. cum plerisque omnibus. Vulg. *ἕως ἂν μὴ ἱκ. φ.*

Ἐρωτᾶτε] Hoc verbum Phaedro tribui praeeunte Bekkero. Ita dilucide Coisl. Ven. ΞΣ Par. BC Vind. 1. 3. 6. Flor. a. al. Vulgo tribuunt Socrati. Videndum vero num *Ἐρώτα δή*, scribendum sit, quod scite coniecit Krischius De Phaedro p. 95.

Quae vides excepta iurisiurandi formula totidem verbis apud Platonem exstare. Atqui non iam haec de uno aliquo Lacone accipienda sunt, sed singularis numerus *ὁ Λάκων* omnino de Laconibus intelligendus est. Nam etiam a Graecis numerum singularem nominum propriorum generatim usurpari constat, et istud ipsum *ὁ Λάκων* habet etiam Herod. VIII. 2. v. Fischerus ad Weller. III. p. 300. Bernhardy Syntax. p. 59 sq. Quibus ita expositis neminem putamus moraturum esse sententiam Voegelini Praef. ad ed. Tur. min. p. 12 sq. qui verba: *φησὶν ὁ Λάκων*, eiicienda et post *τριβή* commate interpungendum censet. Quamquam etiam eiecta Laconis mentione loci integritatem satis constare utique concedendum est.

P. 261. *Τούτων δεῖ τῶν λόγων*] Exclamat Phaedrus rei audiendae cupidissimus: His vero opus est sermonibus! ut verissime Bekker. *δεῖ* pro vulg. *δὴ* ex codicibus restituerit. Fallitur Astius genitivum putans esse absolutum atque locum hoc modo interpretans: *was diese Reden betrifft, bringe sie doch her, um zu sehen* etc.

καλλίπαιδά τε Φαῖδρον π.] h. e. pulcrorum huiusmodi *θρεμμάτων* s. liberorum patrem. Ita hoc *καλλίπαιδα* accipiendum esse docebit locus Plutarchi Quaest. Platt. p. 1000. F. = 255. ed. Hutten.

ΦΑΙ. Ἐρωτᾶτε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ὅλον ἡ ῥητορικὴ ἂν εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ἡ αὐτὴ σμικρῶν τε καὶ μεγάλων πέρι; B καὶ οὐδὲν ἐντιμότερον τό γε ὀρθὸν περὶ σπουδαῖα ἢ περὶ φαῦλα γιγνόμενον; ἢ πῶς σὺ ταῦτ' ἀκήκοας;

ΦΑΙ. Οὐ μὰ τὸν Δί', οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μέν πως περὶ τὰς δίκας λέγεταί τε καὶ γράφεται τέχνῃ, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας· ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα.

ΣΩ. Ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τέχνας

Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μ. ὅλ.] quod vulgo aberat οὖν e cod. Bodl. aliisque plurimis nuper restitutum. Perperam tamen ἄρ' Bodl.

B. ἢ περὶ φαῦλα] Praepositionem περὶ vulgo hic praetermissam codd. omnes redhibuerunt excepto uno Par. E.

λέγεταί τε καὶ γρ.] Aberat vulgo τε invitis codd. praeter Par. E.

Ἀλλ' ἢ τὰς Ν.] V. ἢ, quod iam Heindorf. correxit, suffragante Vind. 1. 6. Dein vulgo σχολάζοντε, quod e Bodl. Flor. g. h. Vind. 1. 3. 4. 7. α. ΔΠΣD aliis nunc mutavimus. Pluralem participii cum duali numero verbi coniunctum ad Phaedr. p. 256. C. Gorg. p. 481. D. Prot. p. 317. E. Euthydem. p. 273. D. al. attigimus. conf. etiam infra p. 278. D. Invitis optimis codd. tamen Turicenses σχολάζοντε servarunt.

HEINDORF. Scilicet Phaedrus καλλίπαις appellatur, quoniam sermonum habendorum dedit occasionem. Ita p. 257. B. Lysias vocatur πατὴρ τοῦ λόγου. Quo nomine ipse Phaedrus quoque ornatur Sympos. p. 177. D.

ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ἡ αὐτὴ σμικρῶν τε καὶ μ. π.] Sic nunc primum distinximus postulante sententia. Vulgo erat; ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις ἡ αὐτή, σμικρῶν τε κ. μ. π. Dicit autem hoc: nonne in universum rhetorica est ars animos flectendi quocunque velis, non solum in iudiciis aliisque conventibus publicis, verum etiam in privatis, eademque parvas non minus quam magnas res tractat, et vera eius rectaque ratio nihilo est praestabilior in gravibus occupata rebus quam in vilibus? — τό γε ὀρθόν, sc. αὐτῆς. — Locutionem γίγνεσθαι s. εἶναι περί τι de artibus et studiis in aliquo rerum genere versantibus frequentatam notavimus ad Remp. X. p. 602. C. conf. Dorvill. ad Charit. p. 142. et Boissonad. ad Phil. Her. p. 342.

B. ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκ.] h. e. plus eam efficere non audivi. De ἐπὶ πλέον v. ad Gorg. p. 453. A. Repetendum vero λέγεσθαι καὶ γράφεσθαι τέχνῃ.

τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τ.] Schol. Γοργίας παράλληλος Νέστορι ὡς αἰδήμων καὶ πολυετής· ὀκτὼ γὰρ καὶ ἑκατὸν

μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντες
C συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας;

ΦΑΙ. Καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις, ἤ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα.

Cap. XLIV. ΣΩ. Ἴσως. ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐῶμεν· σὺ δ' εἰπέ, ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι; ἢ τί φήσομεν;

ΦΑΙ. Τοῦτ' αὐτό.

ΣΩ. Περὶ τοῦ δικαίου τε καὶ ἀδίκου;

ΦΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τέχνῃ τοῦτο δρῶν ποιήσει φανῆναι
D ναι τὸ αὐτὸ τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δίκαιον, ὅταν δὲ βούληται, ἄδικον;

ΦΑΙ. Τί μήν;

C. κατασκευάζεις] κατασκευάζῃς Bodl. Dein τε om. DNOPT; sed Vat. Δ. Ven. Π. Par. G. pro eo δὲ scribunt.

D. ὥςτε φαίνεσθαι τοῖς ἀκ.] Sic Bodl. et reliqui fere omnes. Soli Pariss. EF cum Steph. ὥςτε δοκεῖν φαίνεσθαι: quod genus loquendi etsi non est infrequens, ut Fischer. ad Weller. T. III. P. II. p. 39. Weisk. de Pleonasm. p. 92. Ast. et Heindorf. ad

ἔζησεν ἔτη· ὡς δεινοὶ οἱ ἄλλοι Ὀδυσσεῖ. Optime Astius: Festive, inquit, artis rhetoricae principes, Gorgias, Thrasymachus, Theodorus, alii, cum heroibus comparantur Homericis, Nestore, Ulixe, al. Ac Gorgias quidem Leontinus propter suavitatem orationis aetatisque longinquitatem (v. Foss. de Gorg. Leont. p. 10.) dicitur Nestor. Ulixis vero nomine designatur Thrasymachus vel Theodorus. Praeterea, quum Palamedem versutum veteres tradidissent ad Troiam otii ferendi causa cuborum calculorumque ludum invenisse (v. Plat. De Rep. VII. p. 522. D. Eust. ad Il. II. T. I. p. 433. ed. Flor. ibique Polit. Eurip. fragm. in Stob. Flor. II. p. 335. Gaisf. Foss. ad Gorg. Leont. p. 103 sqq. C. Jahn Palam. p. 5—13.), hos heroes Plato lepide fingit ad Troiam temporis traducendi causa artes conscripsisse oratorias; significantur enim percursationes et expeditiones quasi in nobiliores Graeciae urbes, quas et pecuniae faciendae et gloriae comparandae causa rhetores et sophistas constat obisse. Atque fieri potuit, ut in urbibus Graecis otium, quo fruerentur, ad praecepta rhetorica institutionis causa colligenda artesque (τέχνας), quas dicerent, componendas conferrent. Haec igitur Astius. Gorgiam τῶν τεχνῶν scriptorum numero exemit Spengelius Artium Scriptorr. p. 82 sqq. A quo tamen recte dissentit Krischius De Phaedro Plat. p. 101. testibus

ΣΩ. Καὶ ἐν δημηγορίᾳ δὴ τῇ πόλει δοκεῖν τὰ αὐτὰ τοτὲ μὲν ἀγαθά, τοτὲ δ' αὖ τἀναντία;

ΦΑΙ. Οὕτω.

ΣΩ. Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ, ὥςτε φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια, καὶ ἀνόμοια, καὶ ἓν καὶ πολλά, μένοντά τε αὖ καὶ φερόμενα;

ΦΑΙ. Μάλα γε.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα μόνον περὶ δικαστήριά τέ ἐστιν ἡ ἀντιλογικὴ καὶ περὶ δημηγορίαν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, E περὶ πάντα τὰ λεγόμενα μία τις τέχνη, εἴπερ ἔστιν, αὕτη ἂν εἴη, ᾗ τις οἷός τ' ἔσται πᾶν παντὶ ὁμοιοῦν τῶν δυνατῶν καὶ οἷς δυνατόν, καὶ ἄλλου ὁμοιοῦντος καὶ ἀποκρυπτομένου εἰς φῶς ἄγειν.

ΦΑΙ. Πῶς δὴ τὸ τοιοῦτον λέγεις;

h. l. docuerunt, tamen hic neque codicibus confirmatur, neque ipsi sententiae tam bene convenit, quam solum φαίνεσθαι.

E. ᾗ τις οἷός τ' ἔσται] V. ἥτις οἷα δ' ἔσται. Sed οἷός τ' cum Bodl. exhibent Flor. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vind. α. ceterique omnes praeter ΞE et ᾗ τις Bekker. invenit in Paris. F. et corr. Γ. Ceterum Pariss. DNOP habent εἴ τις. Dein παμπαντὶ Bodl. Vat.

usus Diog. Laërt. VIII. 58. Sopat. in Hermogen. Rhet. in Rhetor. Graec. T. V. p. 7. ed. Walz. Quintil. III. 1, 8.

τῶν δὲ Παλαμήδους] Intelligitur Zeno Eleaticus, ut mox apparebit.

C. τῶν Νέστορος] Int. ἀνήκοος γέγονα. Dein eleganter Schleiermacherus: „*wenn du uns nicht den Gorgias als einen Nestor zurichten willst, oder einen Thrasymachus und Theodorus als Odysseus.*“ Nam σκευάζειν et κατασκευάζειν proprie ita dici docebit annotatio Schaeferi ad Plutarch. Vitt. Vol. V. p. 54. Theodorum hunc Byzantium, de quo v. etiam p. 353. B., cave cum Theodoro Cyrenaico confundas, qui in Theaeteto loquens inducitur. conf. Groen van Prinsterer Prosopogr. Platon. p. 96 sq. p. 107 sq. et p. 111. coll. Aristot. Sophistar. Elench. p. 638. ed. Buhl.

οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι;] V. ad p. 229. B. p. 266. D. et Protag. p. 309. A.

D. Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην] Recte Schol. Ζήνωνά φησι, τὸν Παρμενίδου ἑταῖρον. conf. Diog. Laërt. IX. 25. et Plat. Parm. p. 127 sqq. ubi haec ipsa Zenonis placita illustrantur. De ἀντιλογικῇ vide quae exposuimus ad Reip. V. p. 453. E. coll. Aristotel. Top. I. 10.

E. τῶν δυνατῶν] ὁμοιοῦσθαι.

ΣΩ. Τῇδε δοκῶ ζητοῦσι φανεῖσθαι. ἀπάτη πότερον ἐν πολὺ διαφέρουσι γίγνεται μᾶλλον ἢ ὀλίγον;

262 ΦΑΙ. Ἐν τοῖς ὀλίγον.

ΣΩ. Ἀλλά γε δὴ κατὰ σμικρὸν μεταβαίνων μᾶλλον λήσεις ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἢ κατὰ μέγα.

ΦΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Δεῖ ἄρα τὸν μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατήσεσθαι τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διειδέναι.

ΦΑΙ. Ἀνάγκη μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἦ οὖν οἷός τε ἔσται, ἀλήθειαν ἀγνοῶν ἑκάστου, τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα σμικράν τε
B καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν;

ΦΑΙ. Ἀδύνατον.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ

P. 262. *Ἀλλά γε δὴ κατὰ σμ.*] Accessit *γε* e Bodl. *ΔΠ* DGNOPD Flor. g. Mon. Vind. 4. *α*. Olim aberat.
αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατήσεσθαι] Duo codd. *ἀπατηθήσεσθαι*, quod legitur Gorg. p. 499. C. Cratyl. 436. B.
σμικράν τε] V. *μικράν τε*, quod unus E. tuetur.
B. *Γίγνεται γοῦν οὕτως*] V. *οὖν* praeter fidem librorum fere omnium. Nimirum *γοῦν* habet vim confirmandi cum quadam restrictione, ut sexcenties. Bodl. *οὕτω*.

ἢ ὀλίγον] Breviter dictum pro *ἢ ἐν ὀλίγον διαφέρουσι*. Hirschig. correxit *ἢ ἐν ὀλίγον*.

P. 262. B. *τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι*] iis, qui secus opinantur atque res re vera habent.

Ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται —] Iungas hunc in modum: *ἔστιν οὖν ὅπως ὁ μὴ ἐγνωρικὼς ὃ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων τεχνικὸς ἔσται μεταβιβάζειν (τινὰ) κατὰ σμικρόν, ἀπάγων (αὐτὸν) ἑκάστοτε ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐπὶ τοὐναντίον διὰ τῶν ὁμοιοτήτων, ἢ αὐτὸς τοῦτο (τὸ μεταβιβάζεσθαι ἀπαγόμενον) διαφεύγειν*. Lectionem vulg. *ἐγνωρικὼς* tenendam putamus utpote elegantissimam. Nam *γνωρίζειν τι* dicuntur qui se in alicuius rei notitiam et familiaritatem insinuant, quod nostrates dicunt *Bekanntschaft machen mit etwas od. mit iemand.* Hirschig. ante *μεταβιβάζειν* de coniectura sua inseruit *ἄλλον*; iusto audacius. Nec vero Badhamum probamus post *μεταβιβάζειν* desiderantem voc. *τινά* ac deinde corrigentem *παράγων*. Neutrum enim opus est.

C. *δόξας δὲ τεθηρευκώς*] Etsi dubito an Graeci discrimen aliquod verborum *θηρᾶν* et *θηρεύειν* translate positorum agnoverint, de qua re disputavit Iacob ad Lucian. Toxar. c. 1. Quaestion. Luciann. Cap. I.; tamen Plato quidem certe de ve-

ἀπατωμένοις δῆλον ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτήτων τινῶν εἰςεῤῥύη. C

ΦΑΙ. Γίγνεται γοῦν οὕτως.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται μεταβιβάζειν κατὰ σμικρὸν διὰ τῶν ὁμοιοτήτων ἀπὸ τοῦ ὄντος ἑκάστοτε ἐπὶ τοὐναντίον ἀπάγων, ἢ αὐτὸς τοῦτο διαφεύγειν, ὁ μὴ ἐγνωρικὸς ὃ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων;

ΦΑΙ. Οὐ μήποτε.

ΣΩ. Λόγων ἄρα τέχνην, ὦ ἑταῖρε, ὁ τὴν ἀλήθειαν μὴ εἰδώς, δόξας δὲ τεθηρευκὼς γελοίαν τινά, ὡς ἔοικε, καὶ ἄτεχνον παρέξεται. C

ΦΑΙ. Κινδυνεύει.

Cap. XLV. ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐν τῷ Λυσίου λόγῳ, ὃν φέρεις, καὶ ἐν οἷς ἡμεῖς εἴπομεν ἰδεῖν τι ὧν φαμὲν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι;

ἔσται μεταβιβάζειν] V. μεταβιβάζων, quod nuper e Galeno de Hippocr. et Platon. decret. IX. p. 331. atque codd. plurimis correctum. Bodl. et Vat. μεταβιβάζει, quod et ipsum confirmat infinitivum. Dein vett. editt. δι' ὁμοιοτήτων, quod habent codd. paucissimi neque ii optimi.

ὁ μὴ ἐγνωρικώς] Bas. 2. cum ΞDNOP. Florr. g. h. Vind. 4. 7. α. ἐγνωκώς, quod ego non praeferam vulgatae lectioni.

C. δόξας δὲ τεθηρευκώς] V. τεθηρακώς, quod ΞEF. et pauci alii tenent.

ritatis investigatione constanter θηρεύειν posuit; quam in rem iam alii laudarunt Theaet. p. 198. A. p. 200. A. Sophist. p. 222. A. Phileb. p. 20. D. Gorg. p. 489. B. p. 490. A. v. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 5. ad Phaedon. p. 155. Heusd. Specim. Crit. p. 88. Boisson. ad Philostr. p. 418.

γελοίαν τινὰ — παρέξεται] Hunc usum verbi παρέχεσθαι illustrabunt quae collegit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 271 sq.

ἐν οἷς ἡμεῖς εἴπομεν] h. e. καὶ ἐν τούτοις, ἃ ἡμεῖς εἴπομεν. De hoc usu praepositionis ἐν diximus ad Rempubl. III. p. 392. D.

ὧν φαμὲν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι] Aut ὃ legendum, aut cum Heindorfio scribendum ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων εἶναι, quod sane vellem a codicibus esset communitum. In re dubia librorum lectionem intactam relinquere consultum duximus, praesertim quum nuper exstiterint, qui vulgatam scripturam defenderent sic, ut in ea statuerent attractionem imperfectam cerni. Quamquam alterum talis attractionis exemplum, quod quidem certum sit, nullum usquam repertum iri arbitramur, ut eam plane commenticiam esse existimemus. — ψιλῶς πως, h. e. exemplis destituti, ut ipse interpretatur.

ΦΑΙ. Πάντων γέ που μάλιστα· ὡς νῦν γε ψιλῶς
πως λέγομεν, οὐκ ἔχοντες ἱκανὰ παραδείγματα.

ΣΩ. Καὶ μὴν κατὰ τύχην γέ τινα, ὡς ἔοικεν,
D ἐῤῥηθήτην τὼ λόγω ἔχοντέ τι παράδειγμα, ὡς ἂν
ὁ εἰδὼς τὸ ἀληθὲς προςπαίζων ἐν λόγοις παράγοι τοὺς
ἀκούοντας. καὶ ἔγωγε, ὦ Φαῖδρε, αἰτιῶμαι τοὺς ἐν-
τοπίους θεούς· ἴσως δὲ καὶ οἱ τῶν Μουσῶν προφῆ-
ται οἱ ὑπὲρ κεφαλῆς ᾠδοὶ ἐπιπεπνευκότες ἂν ἡμῖν
εἶεν τοῦτο τὸ γέρας. οὐ γάρ που ἔγωγε τέχνης τινὸς
τοῦ λέγειν μέτοχος.

ΦΑΙ. Ἔστω ὡς λέγεις· μόνον δήλωσον ὃ φῄς.

ΣΩ. Ἴθι δή μοι ἀνάγνωθι τὴν τοῦ Λυσίου λό-
γου ἀρχήν.

E ΦΑΙ. Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστα-
σαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν τούτων γενομέ-
νων, ἀκήκοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχῆσαι ὧν
δέομαι, ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὢν σοῦ τυγχάνω. ὡς ἐκεί-
νοις μὲν τότε μεταμέλει —

ΣΩ. Παῦσαι. τί δὴ οὖν οὗτος ἁμαρτάνει καὶ
263 ἄτεχνον ποιεῖ, λεκτέον. ἦ γάρ;

ΦΑΙ. Ναί.

E. συμφέρειν ἡμῖν] ὑμῖν Bodl. Vat. Ven. Π.
ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει —] Vulgo adduntur haec: ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν, ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται, quae recte in codd. omnibus praeter marg. E. omittuntur. Quippe Socrates Phaedrum repente interpellare existimandus est.

D. ὡς ἂν ὁ εἰδὼς — παράγοι] quomodo in fraudem inducere possit. Nam ita παράγειν capiendum esse certum arbitramur. Reip. II. p. 383. A. ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ. Eodem modo antea ἀπάγειν dictum, de quo compares Gorg. p. 453. B.

τοὺς ἐντοπίους θεούς] V. supra p. 232. B. p. 238. C. p. 263. D. Callidus sapientiae suae dissimulator Socrates diis tribuit quae ipsi unice debentur.

μόνον δήλωσον] μόνον cum imperativo iunctum, ut Lat. modo. Phaedon. p. 63. E. μόνον τὸ ἑαυτοῦ παρασκευαζέτω. Sed pervulgatus hic usus loquendi est, ut exemplorum confirmatione non indigeat.

Ἴθι δή μοι ἀνάγνωθι] Exspectabas: Ἴθι δή, ἀνάγνωθί μοι τὴν τοῦ Λ. λ. ἀρχήν. Sed noli quidquam attrectare. Similia exempla, in quibus μοι encliticum ita praemittitur, ut cum reliqua coaluerit oratione, collegit Fritschius Quaestionn.

Cap. XLVI. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ παντὶ δῆλον τό γε τοιόνδε, ὡς περὶ μὲν ἔνια τῶν τοιούτων ὁμονοητικῶς ἔχομεν, περὶ δ' ἔνια στασιωτικῶς;

ΦΑΙ. Δοκῶ μὲν ὃ λέγεις μανθάνειν, ἔτι δ' εἰπὲ σαφέστερον.

ΣΩ. Ὅταν τις ὄνομα εἴπῃ σιδήρου ἢ ἀργύρου, ἆρ' οὐ τὸ αὐτὸ πάντες διενοήθημεν;

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Τί δ' ὅταν δικαίου ἢ ἀγαθοῦ; οὐκ ἄλλος ἄλλῃ φέρεται, καὶ ἀμφισβητοῦμεν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς;

ΦΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν, ἐν δὲ τοῖς οὔ. B

ΦΑΙ. Οὕτω.

ΣΩ. Ποτέρωθι οὖν εὐαπατητότεροί ἐσμεν, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐν ποτέροις μεῖζον δύναται;

ΦΑΙ. Δῆλον, ὅτι ἐν οἷς πλανώμεθα.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι, καὶ εἰληφέναι τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους, ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ πλῆθος πλανᾶσθαι καὶ ἐν ᾧ μή.

P. 263. A. στασιωτικῶς] Paullo ante Coisl. τῶν ὄντων ὁμ. Vulgo στασιαστικῶς, invitis codd. melioribus.

B. τὸ πλῆθος πλανᾶσθαι] τὸ εἶδος Vat. Ven. Π. Par. DGNOPT.

Luciann. p. 27. Alia id genus ipsi ad p. 258. A. notavimus.

Παῦσαι] Int. ἀναγιγνώσκων. v. ad Apol. Socrat. p. 26. A. ed. 3. Collectis ibi a nobis rei exemplis adde nunc etiam Sophocl. Oed. Col. v. 1039. ed. Br. πιστωθεὶς ὅτι, ἥν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι. ubi int. οὕτω ποιῶν. Aiac. v. 483. παῦσαί γε μέντοι, ubi ex ἔλεξας intellig. λέγων. Electr. v. 1428. παύσασθε sc. διαλεγόμενοι.

P. 263. B. Ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν —] Ita constanti loquendi consuetudine scriptum pro eo quod exspectabas ἐν τοῖς μὲν ἄρα. De Rep. V. p. 467. D. εἰς μὲν ἄρα τὰς ἄξουσιν, εἰς δὲ τὰς εὐλαβήσονται. Menex. p. 241. C. Theaet. p. 167. E. Sed satis exemplorum collegerunt Fischer. ad Weller. I. p. 331. Hermann. ad Viger. p. 699. Ast. ad Legg. p. 177. Matthiae Gr. §. 288. ann. 3. p. 740 sq. ed. 3.

ὁδῷ διῃρῆσθαι] via et ratione discrevisse. Ita ὁδῷ legitur etiam Reip. VII. p. 533.

C ΦΑΙ. Καλὸν γοῦν ἄν, ὦ Σώκρατες, εἶδος εἴη κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών.

ΣΩ. Ἔπειτά γε οἶμαι πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν, ἀλλ' ὀξέως αἰσθάνεσθαι, περὶ οὗ ἂν μέλλῃ ἐρεῖν, ποτέρου ὂν τυγχάνει τοῦ γένους.

ΦΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Τί οὖν τὸν ἔρωτα; πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή;

ΦΑΙ. Τῶν ἀμφισβητησίμων δήπου. ἢ οἴει ἄν σοι συγχωρῆσαι εἰπεῖν ἃ νῦν δὴ εἶπες περὶ αὐτοῦ, ὡς βλάβη τέ ἐστι τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐρῶντι, καὶ αὖθις ὡς

D μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει;

ΣΩ. Ἄριστα λέγεις. ἀλλ' εἰπὲ καὶ τόδε — ἐγὼ γάρ τοι διὰ τὸ ἐνθουσιαστικὸν οὐ πάνυ μέμνημαι — εἰ ὡρισάμην ἔρωτα ἀρχόμενος τοῦ λόγου.

ΦΑΙ. Νὴ Δί' ἀμηχάνως γε ὡς σφόδρα.

ΣΩ. Φεῦ, ὅσῳ λέγεις τεχνικωτέρας νύμφας τὰς Ἀχελώου καὶ Πᾶνα τὸν Ἑρμοῦ Λυσίου τοῦ Κεφάλου

C. ἢ οἴει ἄν — τυγχάνει] In vett. editt. haec verba tribuuntur Socrati, Phaedro autem verba Ἄριστα λέγεις. Primus emendavit Heindorf.

D. ὡς σφόδρα] Bodl. cum ΔΠDGNOPT. Flor. g. h. Vind. 7. a. ὡς omittit. Dein Ἀχελώιου Bodl. et pro Πᾶνα Bodl. Vat. Ven. ΠΦ. Par. GPT πάντα. Mox Bodl. et pauci alii πρὸς λόγου εἶναι.

B. Aristotel. Top. II. 43. De verbo διαιρεῖσθαι v. Ind. ad Rempubl.

C. πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν] Repetendum δεῖ e superioribus. Hoc igitur dicit: oportet eum, quum in unumquodque mente et cogitatione pervenit, non latere etc. Dictionem: πρός τινι γίγνεσθαι, ad Phileb. p. 18. D. Politic. p. 264. A. et alibi illustratam dedimus. Paullo ante Badhamus scribendum censet: Μᾶλλον γοῦν ἂν — ὁ τοῦτον (χαρακτῆρα) λαβών. Non opus. Nam sententia haec potius est: Pulcram sane speciem intellexit, si quis hoc perceperit.

Τί οὖν τὸν Ἔρωτα; πότερον φῶμεν —] Accusativus, qui proprie cum sequenti verbo debebat cohaerere, interrogandi formula τί οὖν attractus. Sophist. p. 266. C. τί δὲ τὴν ἡμετέραν τέχνην; ἆρ' οὐκ αὐτὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῇ φήσομεν ποιεῖν; Idem nominativi usus est. De Rep. I. p. 332. E. τί δὲ ὁ δίκαιος; ἐν τίνι πράξει καὶ πρὸς τί ἔργον δυνατώτατος φίλους ὠφελεῖν; Atque ita nunc etiam p. 350. A. distinxerim: τί δὲ ὁ ἀνεπιστήμων; οὐχὶ ὁμοίως μὲν ἐπιστήμονος πλεονεκτήσειεν ἄν; Pro πότερον facile quis cum Hirschigio corrigendum putet ποτέρων. Quod tamen non est unice necessarium.

πρὸς λόγους εἶναι. ἢ οὐδὲν λέγω, ἀλλὰ καὶ ὁ Λυσίας ἀρχόμενος τοῦ ἐρωτικοῦ ἠνάγκασεν ἡμᾶς ὑπολαβεῖν τὸν Ἔρωτα ἕν τι τῶν ὄντων, ὃ αὐτὸς ἐβουλήθη, E καὶ πρὸς τοῦτο ἤδη συνταξάμενος πάντα τὸν ὕστερον λόγον διεπεράνατο; βούλει πάλιν ἀναγνῶμεν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ;

ΦΑΙ. Εἰ σοί γε δοκεῖ· ὃ μέντοι ζητεῖς, οὐκ ἔστ' αὐτόθι.

ΣΩ. Λέγε, ἵν' ἀκούσω αὐτοῦ ἐκείνου.

Cap. XLVII. ΦΑΙ. Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν τούτων γενομένων, ἀκήκοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχῆσαι 264 ὧν δέομαι, ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὢν σοῦ τυγχάνω· ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν, ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται.

ΣΩ. Ἦ πολλοῦ δεῖν ἔοικε ποιεῖν ὅδε γε ὃ ζητοῦμεν, ὃς οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ὑπτίας

E. αὐτὸς ἐβουλήθη] Sic Bodl. Vindobonenses aliique plurimi. V. ἠβουλήθη. Paullo post vulgo αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, praeter codicum fidem.

P. 264. τότε μεταμέλει] τὸ τότε μ. Bodl. cum Vat. et Ven. Π. Idem dein ζητούμενος pro ζητοῦμεν et ἐρασθεὶς pro ἐραστής, ut et Coisl.

Ἦ πολλοῦ δεῖν] V. ἢ π. δ. errore.

ἢ οἴει ἄν σοι συγχωρῆσαι —] an putas amorem tibi fuisse concessurum, ut de eo diceres quae paullo ante dixisti, nisi esset in numero τῶν ἀμφισβητησίμων? Nisi forte praestat cum Car. Badhamo pro συγχωρῆσαι refingere ἐγχωρῆσαι. De verbis μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει v. ad p. 230. A. unde Hirschigium apparebit non debuisse ὢν ante τυγχάνει inculcare.

D. νύμφας τὰς Ἀχελώου —] h. e. τοὺς ἐντοπίους θεούς, quibus supra suae orationis artificium tribuebat callidus εἴρων.

ἢ οὐδὲν λέγω, ἀλλὰ καὶ ὁ Λ.] Retractans atque corrigens quod modo dixit, interrogat: an nihil est (falsum) quod dico, coëgitque nos Lysias statim ab initio sermonis sui amatorii amorem tanquam unum quiddam mente concipere? In quibus apparet ἕν τι denotare generalem amoris notionem, qua omnia, quae ad eius vim et naturam pertineant, contineantur. Hinc perspicuum est, quorsum spectent verba proxima: καὶ πρὸς τοῦτο — διεπεράνατο;

P. 264. ὃς οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ἀπὸ τελευτῆς —] qui nec a principio, sed a fine supine orationem quasi retro transnare conetur. Quorum verborum sen-

ἀνάπαλιν διανεῖν ἐπιχειρεῖ τὸν λόγον, καὶ ἄρχεται ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἤδη ὁ ἐραστὴς λέγοι πρὸς τὰ παιδικά. ἢ οὐδὲν εἶπον, Φαῖδρε, φίλη κεφαλή;

B *ΦΑΙ. Ἔστι γέ τοι δή, ὦ Σώκρατες, τελευτὴ περὶ οὗ τὸν λόγον ποιεῖται.*

ΣΩ. Τί δὲ τἆλλα; οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆσθαι τὰ τοῦ λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δεύτερον εἰρημένον ἔκ τινος ἀνάγκης δεύτερον δεῖν τεθῆναι, ἤ τι ἄλλο τῶν ῥηθέντων; ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν, ὡς μηδὲν εἰδότι, οὐκ ἀγεννῶς τὸ ἐπιὸν εἰρῆσθαι τῷ γράφοντι· σὺ δ' ἔχεις τινὰ ἀνάγκην λογογραφικήν, ᾗ ταῦτα ἐκεῖνος οὕτως ἐφεξῆς παρ' ἄλληλα ἔθηκε;

ΦΑΙ. Χρηστὸς εἶ, ὅτι με ἡγεῖ ἱκανὸν εἶναι τὰ C *ἐκείνου οὕτως ἀκριβῶς διιδεῖν.*

ΣΩ. Ἀλλὰ τόδε γε οἶμαί σε φάναι ἄν, δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῶον συνεστάναι σῶμά τι ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν,

ἢ οὐδὲν εἶπον] V. *ἤ οὐδὲν εἶπον.* male.

Φαῖδρε, φίλη κεφ.] *ὦ Φ.* unus *Φ* quo non opus, v. ad Lach. et p. 197. E. Accedit, quod *ὦ* addito protenus disperit venusta imitatio Homerici Il. VIII. 281. *Τεῦκρε, φίλη κεφαλή.* Dein vulg. *ὦ* ante *Σώκρ.* om. invitis codd.

tentiam accuratius declarat verbis subsequentibus: ordiaturque ab iis, quae amator in fine demum orationis amato diceret. *Διανεῖν τὸν λόγον* imagine Platoni saepius adhibita dictum, id quod dudum observavit Ruhnken. ad Tim. p. 79. Nec *ἐξ ὑπτίας διανεῖν* ad explicandum difficile est, quod ab urinatorum arte petitum esse primus perspexit Ast., qui laudat Polluc. VII. 138. p. 787. et Reipubl. VII. p. 529. C.

B. *Ἔστι γέ τοι δή — τελευτή —*] Hoc dicit: Est sane quidem illud, de quo in principio loquitur, non exordium, sed finis, ut ab eo iustus rerum ordo neglectus videatur. Particulas *γέ τοι δὴ* habes Reip. V. p. 476. E. *δεῖ γέ τοι δή, ἔφη.* VI. p. 504. A. *πρέπει γέ τοι δή.* Criton. in. *φασί γέ τοι δὴ οἱ τούτων κύριοι.* v. Hermann. ad Viger. p. 828.

B. *οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆσθαι*] nonne temere profusa ac disiecta sunt?

οὐκ ἀγεννῶς τοὐπιὸν εἰρῆσθαι —] mihi enim satis confidenter a scriptore videtur dictum esse, quidquid ei in buccam venit, iusto rerum ordine prorsus neglecto. Cum reprehensione dici istud *οὐκ ἀγεννῶς* non est obscu-

ἀλλὰ μέσα τ' ἔχειν καὶ ἄκρα, πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα.

ΦΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Σκέψαι τοίνυν τὸν τοῦ ἑταίρου σου λόγον, εἴθ' οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει· καὶ εὑρήσεις τοῦ ἐπιγράμματος οὐδὲν διαφέροντα, ὃ Μίδᾳ τῷ Φρυγί φασί τινες ἐπιγεγράφθαι. D

ΦΑΙ. Ποῖον τοῦτο, καὶ τί πεπονθός;

ΣΩ. Ἔστι μὲν τοῦτο τόδε·

χαλκῆ παρθένος εἰμί, Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

ὅτι δ' οὐδὲν διαφέρει αὐτοῦ πρῶτον ἢ ὕστατόν τι λέγεσθαι, ἐννοεῖς που, ὡς ἐγᾦμαι, E

ΦΑΙ. Σκώπτεις τὸν λόγον ἡμῶν, ὦ Σώκρατες.

Cap. XLVIII. ΣΩ. Τοῦτον μὲν τοίνυν, ἵνα μὴ σὺ ἄχθῃ, ἐάσωμεν — καίτοι συχνά γε ἔχειν μοι

C. ὥςτε μήτε ἀκέφαλον] μὴ τὸ Vat. Par. GT et pr. Ven. Π.
D. πολυκλαύτου] πολυκλαύστου ΞΠDFGNOP. Flor. g. g. Vind. 4. 7. α. Paullo ante Bodl. Μίδᾳ.
E. ἄχθῃ, ἐάσωμεν —] V. ἐάσω, quod est in paucissimis codicibus.

rum, pro cum audaci temeritate: alibi est intrepide, fortiter, ut Gorg. p. 492. D. 521. A. Reip. VII. p. 529. A. Charmid. p. 158. C. Ironicum formulae usum aperte indicat istud τὸ ἐπιὸν, quo significatur quidquid primum in mentem venit. Fallitur ergo Hermogenes de formis I. 12. p. 279. ed. Walz. οὐκ ἀγεννῶς hic quoque cum laude dici existimans. Verba ὡς μηδὲν εἰδότι cum ἐμοὶ nectenda; nam hic quoque loquentem audimus callidum sapientiae suae dissimulatorem.

χρηστὸς εἶ] V. Ruhnken. ad Tim. p. 132.

C. Ἀλλὰ τόδε γε οἶμαι σε φ. —] Nobilissimum praeceptum, de quo vide etiam interpp. ad Longin. X. 1. Dionys. Art. rhet. c. X. §. 6. Eandem sententiam aliter paullo informavit Horat. Art. Poët. v. 1 sqq. — τῷ ὅλῳ γεγραμμένα, et inter se et cum toto convenienter descripta.

D. Χαλκῆ παρθένος —] De hoc epigrammate, cuius auctor iam Platonis aetate incertus fuit, v. Iacobs ad Anthol. Gr. T. I. p. 192. Anthol. Palat. T. I. p. 348. T. III. p. LIII. Ilgen ad Hymn. Hom. p. 607. et quae monuit Schleiermach. p. 391. Krisch. p. 105.

δοκεῖ παραδείγματα, πρὸς ἅ τις βλέπων ὀνίναιτ' ἄν, μιμεῖσθαι αὐτὰ ἐπιχειρῶν μὴ πάνυ τι — εἰς δὲ τοὺς
265 ἑτέρους λόγους ἴωμεν. ἦν γάρ τι ἐν αὐτοῖς, ὡς δοκῶ, προςῆκον ἰδεῖν τοῖς βουλομένοις περὶ λόγων σκοπεῖν.

ΦΑΙ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ἐναντίω που ἤστην· ὁ μὲν γὰρ ὡς τῷ ἐρῶντι, ὁ δ' ὡς τῷ μὴ δεῖ χαρίζεσθαι ἐλεγέτην.

ΦΑΙ. Καὶ μάλ' ἀνδρικῶς.

ΣΩ. Ὤιμην σε τἀληθὲς ἐρεῖν, ὅτι μανικῶς. ὃ μέντοι ἐζήτουν ἐστὶν αὐτὸ τοῦτο. μανίαν γάρ τινα ἐφήσαμεν εἶναι τὸν Ἔρωτα. ἦ γάρ;

ΦΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Μανίας δέ γε εἴδη δύο, τὴν μὲν ὑπὸ νοσημάτων ἀνθρωπίνων, τὴν δὲ ὑπὸ θείας ἐξαλλαγῆς τῶν εἰωθότων νομίμων γιγνομένην.

P. 265. C. ἀπίθανον λόγον] λόγου Bodl. et pr. Par. B. Dein προςεπαίξαμεν CH. et corr. ΣB. Flor. a. b. c. Sed de Attica

E. πρὸς ἅ τις — μὴ πάνυ τι] Verba nonnihil habent obscuritatis. Si genuina sunt, de quo tamen dubitamus, nullo pacto potest alius esse eorum sensus, nisi hic: multa oratio ista Lysiana habere videtur παραδείγματα, in quae quis intuens capiat utilitatem, dum ea videlicet conetur imitari non admodum. Ita vero μὴ πάνυ τι in clausula collocatum putamus propter insignem negationis gravitatem, in qua ratione nollem olim cum Heindorfio haesissemus. Nisi forte post μὴ πάνυ τι locum habet aposiopesis. Winckelmann. Praef. ad Phaedr. ed. min. Tur. p. IX. post πάνυ τι excidisse putat: εὐφυὴς ὤν. Quod ab universi loci sententia abhorret.

P. 265. τῶν εἰωθότων νομίμων] Recte huius loci integritatem defendit Osann. ad Lycurg. p. 42 sq., ubi haec sunt: τοῖς νομίμοις τοῖς κατὰ τὴν Μεγαρέων πόλιν εἰθισμένοις. Nam Heindorf. εἰωθότων aliunde putabat irrepsisse. Nec haerendum in eo, quod νόμιμα est loco substantivi: huius enim generis exempla collegit Heindorf. ad Sophist. §. 32. plura ipsi dabimus ad Legg. I. p. 636. B. Est autem verborum sententia haec: Duo furoris distinximus genera, alterum, quod ab humanis morbis proficisceretur; alterum, quod efficeretur divina quadam vi, qua ab iis, quae usu et consuetudine essent recepta, veluti dimoveremur.

B. τεττάρων θεῶν — μέρη διελόμενοι] Significantur ea, quae supra inde a p. 244. A. de furoris divinitus immissi generibus disputata leguntur. Etenim universi furoris duo ponuntur genera, alterum humanum, divinum alterum. Sed furoris divini rursus quatuor formae atque partes discernuntur.

ΦAI. Πάνυ γε. B

ΣΩ. Τῆς δὲ θείας τεττάρων θεῶν τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ τελεστικήν, Μουσῶν δ' αὖ ποιητικήν, τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ἐρωτικὴν μανίαν ἐφήσαμέν τε ἀρίστην εἶναι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπῃ τὸ ἐρωτικὸν πάθος ἀπεικάζοντες, ἴσως μὲν ἀληθοῦς τινος ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ ἄλλοσε παραφερόμενοι, κεράσαντες οὐ παντάπασιν ἀπίθανον λόγον, C μυθικόν τινα ὕμνον προσεπαίσαμεν μετρίως τε καὶ εὐφήμως τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν δεσπότην Ἔρωτα, ὦ Φαῖδρε, καλῶν παίδων ἔφορον.

ΦAI. Καὶ μάλα ἔμοιγε οὐκ ἀηδῶς ἀκοῦσαι.

Cap. XLIX. *ΣΩ.* Τόδε τοίνυν αὐτόθεν λά-

forma v. Fischer. ad Weller. I. p. XXI. Praefat. et Lobeck. ad Phryn. p. 240.

ἔμοιγε οὐκ] V. ἐμοὶ μὲν οὐκ contra auctoritatem librorum Bodl. Vat. Ven. ΠΣΦ. Par. DOP al.

καὶ οὐκ οἶδ' ὅπῃ — ἔφορον] In his verbis distinguendis sequendum duximus Im. Bekkerum, qui μυθικόν τινα ὕμνον προσεπαίσαμεν — τὸν — Ἔρωτα coniunxit; hoc enim idem esse putamus ac si scriptum esset: ἐπαίσαμεν μυθικόν τινα ὕμνον — εἰς τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν δεσπότην Ἔρωτα. Neque aliam sententiam Buttm. est secutus, cuius haec sunt verba: „Mihi, inquit, duplex accusativus, προσπαίζειν θεὸν ὕμνον, ex hoc loco probandus videtur." Nimirum προσεπαίσαμεν per synesin dictum, idem est quod προσπαίζοντες ὑμνήσαμεν. Aliter tamen statuit Schleiermach., qui corrigendum censet: κεράσαντες οὐ παντάπασιν ἀπιθάνῳ λόγῳ μυθικόν τινα ὕμνον, προσεπαίσαμεν κτλ., quod ne unus quidem codex confirmat. Alia etiam Heindorfii et Astii fuit sententia, qui post ὕμνον distinxerunt, ut haec: μυθικόν τινα ὕμνον, praegressis illis οὐ παντάπασι ἀπ. λόγον, explicationis gratia addita putanda essent. Participia, ἴσως μὲν ἀληθοῦς τινος ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ παραφερόμενοι, inserviunt illustrandis verbis, οὐκ οἶδ' ὅπῃ τὸ ἐρωτικὸν πάθος ἀπεικάζοντες. Verbum εἰκάζειν et ἀπεικάζειν comparandi positum significatione illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 95. Dein μετρίως idem fere est quod καλῶς, de quo usu v. ad Remp. VI. p. 484. B. εὐφήμως autem pertinet eo, quod de Amoris maiestate ac dignitate oratione illa nihil detraxit. — καλῶν παίδων, orationum.

C. Καὶ μάλα — οὐκ ἀηδῶς] Dicitur ut καὶ πάνυ sequente οὐ, cuius exempla afferre poenitet. Supra p. 228. A. παντὸς μᾶλλον — οὐκ.

αὐτόθεν] ex hac ipsa oratione videamus, quomodo a reprehensione ad laudes transiri potuerit.

βωμεν, ὡς ἀπὸ τοῦ ψέγειν πρὸς τὸ ἐπαινεῖν ἔσχεν ὁ λόγος μεταβῆναι.

ΦΑΙ. Πῶς δὴ οὖν αὐτὸ λέγεις;

ΣΩ. Ἐμοὶ μὲν φαίνεται τὰ μὲν ἄλλα τῷ ὄντι παιδιᾷ πεπαῖσθαι· τούτων δέ τινων ἐκ τύχης ῥηθέν-
D των δυοῖν εἰδοῖν, εἰ αὐτοῖν τὴν δύναμιν τέχνῃ λαβεῖν δύναιτό τις, οὐκ ἄχαρι.

ΦΑΙ. Τίνων δή;

ΣΩ. Εἰς μίαν τε ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα, ἵν' ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκειν ἐθέλῃ, ὥςπερ τὰ νῦν δὴ

D. αὐτοῖν τὴν δύναμιν] Sic ΓΔΞΠBCDGH. et corr. F. cum Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vind. 4. 7. α. Vulgo αὐτήν.
ἕτερον δὴ εἶδος] μὴ Bodl. Vat. Ven. Π. Par. D. quod videtur ortum ex μοι, ut scriptum habent Par. NOP.
E. δύνασθαι τέμνειν] V. διατέμνειν, quod e Bodl. et aliis mutatum.

τούτων δέ τινων ἐκ τύχης — οὐκ ἄχαρι] *von den beiden Arten dieser etwa zufällig gesprochenen Reden* etc. Referuntur haec ad superiora illa p. 265. A. ἐναντίω που ἤστην· ὁ μὲν γὰρ, ὡς τῷ ἐρῶντι, ὁ δὲ ὡς τῷ μὴ δεῖ χαρίζεσθαι ἐλεγέτην. Indefinite vero Socrates argumentum eorum significat, quia non iam vult clarius significare quae sunt in duabus prioribus parum verecunde exposita. Depravavit locum Badhamus corrigendo: τούτων δέ τι νῶν ἐκ τύχης ῥηθέν, τὸ τοῖν εἰδοῖν. Genitivi usum ne mireris, alia id genus tetigit Matth. Gr. §. 342. 3. Intelligit autem τὴν δύναμιν κτλ. duplicem artis dialecticae usum, qui cernitur in notionibus vel ad unum genus revocandis vel recte dividendis, quem quidem usum Platone duce illustrat etiam Cicero Orat. c. 33. §. 117 sqq. De Orat. I. c. 44. §. 188 sqq. Nam dialectici ars duplici munere censetur, ut vel disiunctas ac dispersas notionum partes in unum colligat genus, quo iusta definitione explicentur, vel notiones generales accommodate ad membrorum compositionem, h. e. naturae ipsarum formarum convenienter, dissolvat riteque discernat. Quod ipsum amoris exemplo illustratur. Furor enim, quo omnis amoris vis comprehenditur, quum antea in formas suas esset divisus, h. e. in laevum quendam atque dextrum furorem; in laevo rursus diviso ait deinde iterum laevum quendam amorem esse repertum, in dextro autem emersisse amorem divinum omnium bonorum auctorem. P. 266. B. τούτων δὴ ἔγωγε αὐτὸς ἐραστής, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν. P. 273. E. ἐὰν μή τις κατ' εἴδη τε διαιρεῖσθαι τὰ ὄντα καὶ μιᾷ ἰδέᾳ δυνατὸς ᾖ καθ' ἓν ἕκαστον περιλαμβάνειν, οὔποτ' ἔστι τεχνικὸς λόγων πέρι. Sophist. p. 253. B. D. E. p. 254. D sqq. Phileb. p. 16. E. coll. 57. E. quo loco egregie illustratur synthetica pariter atque analytica notionum tractatio. Polit. p. 285 A sqq.

περὶ ἔρωτος ὃ ἔστιν ὁρισθέν, εἴτ' εὖ εἴτε κακῶς ἐλέχθη· τὸ γοῦν σαφὲς καὶ τὸ αὐτὸ αὐτῷ ὁμολογούμενον διὰ ταῦτ' ἔσχεν εἰπεῖν ὁ λόγος.

ΦΑΙ. Τὸ δ' ἕτερον δὴ εἶδος τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι τέμνειν κατ' E
ἄρθρα, ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύναι μέρος μηδέν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον· ἀλλ' ὥςπερ ἄρτι τὼ λόγω τὸ μὲν ἄφρον τῆς διανοίας ἕν τι κοινῇ εἶδος ἐλαβέτην, ὥςπερ δὲ σώματος ἐξ ἑνὸς
διπλᾶ καὶ ὁμώνυμα πέφυκε, σκαιά, τὰ δὲ δεξιὰ κλη- 266

τὸ μὲν ἄφρον] μὲν vulgo aberat, quod libri habent plerique omnes.
P. 266. σκαιά, τὰ δὲ δεξιὰ κτλ.] Pariss. DNOP. Flor. g h. Vind. 4. 7. α. τὰ μὲν σκαιά. Sed τὰ μὲν sequente τὰ δὲ recte omittitur, de quo loquendi genere v. ad Protag. p. 320. A. 331. B. Politic. p. 291. D. Male igitur Turicc. τὰ μὲν addiderunt. Dein

D. συνορῶντα ἄγειν] Recte Heindorfius scriptorem censet adhibito verbo συνορᾶν maluisse ἄγειν dicere quam συνάγειν. Praeterea etiam animadvertendum, συνορῶντα ἄγειν dictum esse ἀνακολούθως, perinde ac si praecedat: οὐκ αχαρι τινὰ δύνασθαι λαβεῖν αὐτοῖν τὴν δύναμιν; unde accusativus συνορῶντα habet explicationem. — ὃ ἔστιν ὁρισθέν, quum finitum esset, in quo Amoris vis et natura cerneretur. Nam ὁρισθέν est nominativus absolutus, pro ὁρισθέντος positus. Schleiermacherus: „*So wie wir ietzt eben von der Liebe erst nach gegebener Erklärung, was sie sei, vielleicht gut, vielleicht auch schlecht geredet haben; wenigstens das bestimmte und mit sich selbst übereinstimmende hatte unsere Rede von daher.*" Nominativi absoluti usum eundem habes Lysiae Nicom. §. 2. προσταχθὲν γὰρ αὐτῷ τεσσαρῶν μηνῶν ἀναγράψαι — κατέστησεν κτλ. conf. intpp. ad Gregor. Corinth. p. 38 sqq. Hermann. ad Viger. p. 709, 213. Matthiae Gr. Ampl. §. 564. extr.

E. καταγνύναι μέρος μηδέν] Similis lusus est Menon. p. 77. A. καὶ παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐξ ἑνός, ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντας ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες. Apte comparant Cic. de Fin. II. 9. hoc non est **dividere**, sed **frangere**. Rem ipsam philosophus, ut antea indicavimus, etiam in Sophista, Philebo, Politico, Republica, aliis libris, eodem modo illustrat. — ἀλλ' ὥςπερ ἄρτι —, h. e. ἀλλ' οὕτω ποιεῖν, ὥςπερ ἄρτι κτλ. In proximis quisque sua sponte levem animadvertet anacoluthiam, de qua verbo monuisse sufficiet. Nec quidquam obscuritatis habet participium προτεινάμενος, quod Astius scite interpretatur in medium afferens, proferens, collatis locis Gorg. p. 518. B. Legg. X. p. 897. D. Sophist. p. 247. D.

θέντα, οὕτω καὶ τὸ τῆς παρανοίας ὡς ἓν ἐν ἡμῖν πεφυκὸς εἶδος ἡγησαμένω τὼ λόγω, ὁ μὲν τὸ ἐπ' ἀριστερὰ τεμνόμενος μέρος πάλιν τοῦτο τέμνων οὐκ ἐπανῆκε, πρὶν ἐν αὐτοῖς ἐφευρὼν ὀνομαζόμενον σκαιόν τινα ἔρωτα ἐλοιδόρησε μάλ' ἐν δίκῃ, ὁ δ' εἰς τὰ ἐν δεξιᾷ τῆς μανίας ἀγαγὼν ἡμᾶς, ὁμώνυμον μὲν ἐκείνῳ, B θεῖον δ' αὖ τιν' ἔρωτα ἐφευρὼν καὶ προτεινάμενος ἐπῄνεσεν ὡς μεγίστων αἴτιον ἡμῖν ἀγαθῶν.

ΦΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

Cap. L. ΣΩ. Τούτων δὴ ἔγωγε αὐτός τε ἐραστής, ὦ Φαῖδρε, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν, ἵν' οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν· ἐάν τέ τιν' ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκόθ'

vulgo τάδε ἢ δεξιά, quod e plurimis optimisque libris est emendatum.

ὡς ἓν ἐν ἡμῖν π.] V. ὡς ἐν ἡμῖν. Codd. EF. ὡς ἓν ἡμῖν. Recepimus cum Heindorfio et Bekkero utrumque. Bodl. ὑμῖν.

εἰς τὰ ἐν δεξιᾷ τ. μ.] V. εἰς τὰ δεξιά. Bodl. et alii εἰς τὰ ἐνδέξια. Sed ΓΞΣΦBCHTr. liquido ἐν δεξιᾷ.

B. μεγίστων αἴτιον ἡμῖν] V. ἡμῖν αἴτιον, invitis codd. plerisque omnibus, exceptis prope solis Par. EF. et Coisl.

καὶ συναγωγῶν] V. συναγαγών, quod e ΣΦDr. Flor. g. h.

P. 266. A. πρὶν ἐν αὐτοῖς ἐφ. ὀν.] Refertur αὐτοῖς per synesin ad τὸ ἐπ' ἀριστερὰ μέρος in quo multitudinis notio comprehensa est. Quo neglecto Badhamus audacter refingi iussit: τὸ ἐπ' ἀριστερὰ τεμνόμενος εἰς μέρη κτλ. quod ne nauci quidem faciendum.

B. εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλά] Intelligit genera et partes notionum s. idearum; de quo v. Prolegomm. nostra ad Phileb. coll. Phileb. p. 16. E. — Verba κατόπισθε — θεοῖο clausulam hexametri conficiunt, ductam illam fortasse ex Homer. Odyss. V, 193. VII, 38., ut Heindorf. aliique censuerunt.

καλῶ δὲ οὖν —] Sed, utut hoc habet, certe adhuc dialecticos appellare soleo. De hoc usu vocularum δὲ οὖν v. ad Remp. X. p. 608. A.

C. τί χρὴ καλεῖν] quo nomine eos appellare oporteat, si qui a te Lysiaque didicerint. Nam accusativus μαθόντας ex καλεῖν pendet, in quo nemo haerebit, licet praecedat τοὺς δυναμένους. Formulam καλεῖν τινά τι, aliquem aliquo nomine vocare, ad Remp. X. p. 596. B. atque alibi tetigimus. De nomine dialecticorum v. Sophist. p. 253. D. de Rep. p. 533. C. p. 534. E. Phileb. p. 56. A. Gorg. p. 465. A. sqq. Theaet. p. 161. E. al.

ἢ τοῦτ' ἐκεῖνό ἐστιν, ἡ λόγων τέχνη] Verba commate distinxi, ita ut ἡ λόγων τέχνη per appositionem, quam vocant, accipiendum sit, hoc sensu: An hoc illud est, de quo mentio iniiciebatur antea, ars scilicet orationum componendarum? De for-

ὁρᾶν, τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο. καὶ μέντοι καὶ τοὺς δυναμένους αὐτὸ δρᾶν εἰ μὲν ὀρθῶς ἢ μὴ προσαγορεύω, θεὸς οἶδε, καλῶ δὲ οὖν μέχρι τοῦδε διαλεκτικούς. τὰ δὲ νῦν πα- C
ρὰ σοῦ τε καὶ Λυσίου μαθόντας εἰπὲ τί χρὴ καλεῖν; ἢ τοῦτ' ἐκεῖνό ἐστιν, ἡ λόγων τέχνη, ᾗ Θρασύμαχός τε καὶ οἱ ἄλλοι χρώμενοι σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν, οἳ ἂν δωροφορεῖν αὐτοῖς ὡς βασιλεῦσιν ἐθέλωσι;

ΦΑΙ. Βασιλικοὶ μὲν ἄνδρες, οὐ μὲν δὴ ἐπιστήμονές γε ὧν ἐρωτᾷς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ εἶδος ὀρθῶς ἔμοιγε δοκεῖς καλεῖν διαλεκτικὸν καλῶν· τὸ δὲ ῥητορικὸν δοκεῖ μοι διαφεύγειν ἔθ' ἡμᾶς. D

Vind. 2. 7. aliis emendatum. Correxit iam olim Spalding. Dein vulgo *πεφυκότα ὁρᾶν.* Bodl. Vat. Ven. *ΠΞ.* Coisl. Par. BCGFH. al. *πεφυκὸς ὁρᾶν*, ut scripsit Bekker. Nos inde extudimus *πεφυκόθ' ὁρᾶν.*

C. *τὰ δὲ νῦν π. σ.*] V. *τὰ νῦν δέ*, quod e Bodl. aliisque melioris notae libris mutatum.

Βασιλικοὶ μὲν ἄνδρες] Bekker. scripsit *ἆδρες.* Plena oratio fuerit *οὗτοι μέν εἰσιν ἄνδρες βασιλικοί*, unde articulo nullus hic locus est. Dein *τὸ* ante *εἶδος* cum Bodl. om. plurimi.

mula *τοῦτ' ἐκεῖνό ἐστιν* v. supra ad p. 241. D. Symp. p. 210. E.

ἄλλους τε ποιοῦσιν] Intell. *σοφοὺς λέγειν.* Eadem ratio est infra p. 268. B. p. 270. D. Protagor. p. 312. E. p. 348. E. Sympos. p. 196. E. Gorg. p. 449. A. et centenis aliis locis. Verbis proximis: *οἳ ἂν δωροφορεῖν κτλ.* inest elegans irrisio tum ipsorum sophistarum, qui ingentis sapientiae speciem prae se ferentes magnam plerumque a discipulis suis exigere solebant institutionis mercedem (v. ad Apol. Socr. p. 19. E sqq. Hipp. mai. p. 282. B. coll. Boeckh. Oecon. Att. I. p. 133 sqq.), tum eorum, qui illos credula cum reverentia sectantes nihil non bonorum suorum profundebant, modo illorum familiaritate atque disciplina gauderent: cuius generis exemplum in principio Protagorae commemoratur. Quocirca sophistae hoc loco cum regibus Persarum comparantur, quibus constat ingentia vectigalia et tributa quotannis esse soluta. Quanquam Alcib. I. p. 123. A. B. *ὁ βασιλικὸς φόρος* etiam ad Lacedaemonios refertur, quibus item magna fuerit pendenda pecuniae summa, ut scriptor etiam Lacedaemoniorum reges in mente habere potuerit. Atque omnino reges in Graecia hoc nomine exosos fuisse patet ex Hesiod. Opp. et DD. I, 38. 282., ubi sunt *βασιλῆες δωροφάγοι.* Ex his vero loci elegantia facile poterit iudicari. Pro *οὐ μὲν δὴ ἐπιστήμονές γε* ne quis *οὐ μὴν δὴ* requirat, consulas annot. ad Euthyphron. p. 10. D. Symp. p. 90. al. Ceterum totum qui sequitur locum respicit Cicero Orat. 12, 39.

ΣΩ. Πῶς φῄς; καλόν πού τι ἂν εἴη, ὃ τούτων ἀπολειφθὲν ὅμως τέχνῃ λαμβάνεται. πάντως δ' οὐκ ἀτιμαστέον αὐτὸ σοί τε καὶ ἐμοί. λεκτέον δέ, τί μέντοι καὶ ἔστι τὸ λειπόμενον τῆς ῥητορικῆς;

ΦΑΙ. Καὶ μάλα που συχνά, ὦ Σώκρατες, τά γ' ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς περὶ λόγων τέχνης γεγραμμένοις.

Cap. LI. ΣΩ. [Καὶ] καλῶς γε ὑπέμνησας. προοίμιον μὲν οἶμαι πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ. ταῦτα λέγεις — ἦ γάρ; — τὰ κομψὰ τῆς τέχνης;

D. λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ] ἐπ' ἀρχῇ Vat. Ven. Π. et alii. καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν] Recepimus λέγειν ex edit. Bas. 2. et codicibus tantum non omnibus. Dein codd. multi λόγον δαίδαλον. Unde Winckelm. Praef. ad Phaedr. ed. Tur. min. p. IX.

D. καλόν πού τι — λαμβάνεται] Haec ironice dicta esse bene monet Heindorf., locum ita interpretans: Praeclarum sane sit, quod ab arte dialectica seiunctum tamen arte quadam addisci queat: sed tamen non aspernendum hoc nobis. Videlicet ostendit Socrates, ne rhetoricen quidem arte dialectica destitutam esse oportere. — τούτων i. e. τῆς διαλεκτικῆς. De hoc usu pluralis numeri v. ann. ad Apol. Socr. p. 19. D. Gorg. p. 447. B. De Rep. VI. p. 504. D. Phaedon. p. 70. D. Protagor. p. 331. E. Mox τὸ λειπόμενον τῆς ῥητορικῆς est: reliqua rhetorices pars, praeter dialecticam. De μέντοι in interrogatione usurpato conf. supra p. 229. B. 261. C. 267. D.

τὰ κομψὰ τῆς τέχνης] scita illa artis inventa. v. Ruhnken. ad Tim. p. 161. Non vacare haec irrisione vix est quod moneamus. Memorat autem praeter exordium argumenti enarrationem cum testimoniis coniunctam, atque expositionem, etiam τὰ εἰκότα, quae qualia sint, optime decet Spengel De Artt. Scriptorr. p. 30 sq. Ceterum ἦ γάρ; similiter interpositum habes Gorg. p. 468. C. Heusdius tamen Init. Phil. Plat. Vol. II. P. II. p. 182. Platonem censet istud ἦ γάρ; non interposuisse sententiae, sed adiecisse ideoque verba sic distinguit: ταῦτα λέγεις; ἦ γάρ; τὰ κομψὰ τῆς τέχνης. Cui viri eximii iudicio nos non accedimus. Germanice dixeris: *dieses verstehst du — nicht wahr? unter den Feinheiten der Kunst?*

καὶ πίστωσιν οἶμαι — ἄνδρα] et, si recte memini, optimus ille orationum artifex Byzantius etiam πίστωσιν memorat et ἐπιπίστωσιν. Nam ita hoc οἶμαι intelligendum. Phaedon. p. 59. C. Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει. Eundem usum verbi δοκεῖν Heindorf. ad Theaet. §. 2. notavit. De Theodoro Byzantio exposuit Spengel. l. c. p. 98 sqq. Qui quod ceteris rhetorum artificiis dicitur adiecisse πίστωσιν et ἐπι-

ΦAI. Ναί.

ΣΩ. Δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα, μαρτυρίας τ' ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα· καὶ πίστωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα.

ΦAI. Τὸν χρηστὸν λέγεις Θεόδωρον;

ΣΩ. Τί μήν; καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς 267
ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ. τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὔηνον εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν, ὃς ὑποδήλωσίν τε πρῶτος εὗρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δ' αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν, μνήμης χάριν·

λόγων Δαίδαλον effinxit; repugnante quidem, ut arbitror, loquendi consuetudine.

P. 267. εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν] ἐς ΔΠDGNP. Vind. 4. a., quod recepit Bekker.

πίστωσιν, Heindorfius qualem istam esse voluerit se non intelligere confitetur. Astius πίστωσιν dicit esse probationem ex ipsa rei natura ductam, ἐπιπίστωσιν vero ex ipsa oratoris persuasione petitam; Spengelius denique πίστωσιν et ἐπιπίστωσιν nihil ait esse nisi nova vocabula, a Theodoro ficta, quibus denotetur idem, quod alii τῶν τεκμηρίων et τῶν εἰκότων nomine appellaverint. Postremum fateor mihi omnium minime probari, et certe longe aliud quid indicat locus Aristot. Rhet. III, 13. ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον καὶ ἐπιδιήγησις καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος καὶ ἐπέλεγχος. Vocabulorum originationem si spectamus, πίστωσις et ἐπιπίστωσις videtur esse: confirmatio primaria ac secundaria. Quam rhetor iste fortasse ab argumentis et probabilibus diversam esse voluit. Ceterum locum ob oculos habuere Cicero Orat. 12. et Quintil. III. 1, 11. — τὸν χρηστὸν λέγεις, ironice dictum; v. Ruhnk. ad Tim. p. 132.

P. 267. Τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὔηνον] De hoc vide Gaisford. Poet. Min. T. III, p. 277 sqq. et p. 280. ed. Lips. Groen v. Prinsterer. Iosopogr. Plat. p. 94 sq. Spengel. l. c. p. 92. Hermias p. 191: παρεπαίνους δὲ λέγει, ἵνα ἀντικρὺς μὴ ἐπαινεῖ, δοκεῖ δὲ ἐπαινεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ ψέγειν. Itaque Spengel. παρέπαινον et παράψογον partes ὑποδηλώσεως fuisse suspicatur. Huiusmodi autem praecepta rhetorica Evenus in versus redegerat, quod non sine irrisione commemorari facile apparet, ut nollem Heindorfium ea in re offendisse. Similis hominis irrisio est Phaedon. p. 60. E. et 61. C.

σοφὸς γὰρ ἀνήρ —] ἀνὴρ i. q. ἐκεῖνος. v. ad Protagor. p. 315. E. Sic etiam mox. p. 267. C. De articuli usu conf. infra p. 279. B. ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ, ubi nemo articulum τοῦ temere omiserit.

σοφὸς γὰρ ἀνήρ. Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν; οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον, τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμι-
B κρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου, καινά τε ἀρχαίως τά τ' ἐναντία καινῶς, συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον. ταῦτα δὲ ἀκούων ποτέ μου Πρόδικος ἐγέλασε, καὶ μόνος αὐτὸς

Τισίαν δὲ Γοργ.] Sic codd. pro v. *Τισίαν τε Γοργ.* Dein *ἐάσωμεν* Coisl. et Ven. Σ. minus recte.
B. *ὧν δεῖ λόγων τέχνῃ*] Codd. fere omnes *τέχνην*. Male. Dativum enim proxima exigunt, ut frustra nuper accusativum retinuerint.

Τισίαν δὲ Γ.] V. Cicer. Brut. 12, 16. De Orat. I. 20, 91. III. 21. De Invent. II. 2. Quintil. II. 17, 7. III. 1, 8. Mongitor. Bibl. Sicul. T. I. p. 146. II. p. 267. Spengel. Artium Scriptorr. p. 23 sq. et Prolegg. Fuit ille magister Lysiae, cuius institutione usus est videtur quo tempore Thuriis commoratus est, quorsum etiam Tisias concesserat. v. Suid. in v. *Λυσίας*. Phot. p. 489. ed. Bekker. Plat. Vit. X. Oratt. Verba: *ἐάσομεν εὕδειν* interpretamur: sinemusne otiosos esse neque aliquid ad artis rationem conferre, scilicet inventis eorum silentio transmissis. Nam dormire et *εὕδειν* metaphorice dicitur de homine otioso, securo, a curis soluto atque vacuo. v. Schaefer. ad Sophocl. Oed. Col. v. 307. Huschk. ad Tibull. I. v. 48. intpp. ad Theocrit. Id. II. 126. Eurip. Hecub. v. 662. ed. Pors. Sed lepide etiam de homine inerti et ad ignaviam proclivi usurpatur, sicuti animadvertit Rhodigin. Antiqq. Lectt. XII. 10. Itaque Socrates facete et urbane loquens hoc dicit: *Werden wir aber den Tisias und Gorgias faullenzen lassen?* quod cum irrisione dictum esse patet de rhetore ac sophista, qui vel maxime in arte oratoria praeceptis et artificiis novis locupletanda elaboravisset. Ex quo apparet, opinor, quo iure alii haec putaverint dicta esse cum contemtu. Futuro utitur significans non ita factum iri. Male nuper *ἐάσωμεν* editur. — *τὰ εἰκότα* quorsum pertineant, docuit Spengel. l. c. p. 32.

πρὸ τῶν ἀληθῶν — τιμητέα μᾶλλον] V. Matthiae Gr. §. 750. 1. De sententia Gorgiae, quae hic significatur, Gorg. p. 453. A. sqq. p. 454. B. 455. A. Phileb. p. 58.

φαίνεσθαι ποιοῦσι] Praesens inter *εἶδον* et *ἀνεῦρον* interpositum ne mireris, recte illud Ast. vidit ad libros Tisiae et Gorgiae illo tempore adhuc prostantes referri oportere. Nimirum illi libris suis videntur exposuisse, quomodo res, de qua esset dicendum, vel deprimi et extenuari, vel augeri et extolli posset.

B. *καινά τε ἀρχαίως τά τ' ἐναντία καινῶς*] Intelligendum *λέγειν διδάσκουσι*, e praecedenti *ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου*. Fallitur enim Ast. haec cum praegressis *φαίνεσθαι ποιοῦσι* commode iungi posse ratus. De sententia Heindorf. apte com-

εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνη· δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων.

ΦΑΙ. Σοφώτατά γε, ὦ Πρόδικε.

ΣΩ. Ἱππίαν δὲ οὐ λέγομεν; οἶμαι γὰρ ἂν σύμψηφον αὐτῷ καὶ τὸν Ἠλεῖον ξένον γενέσθαι.

ΦΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΣΩ. Τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα C

C. πῶς φράσομεν αὖ μ.] Bodl. ΞGH. φράσωμεν. Flor. b. i. πῶς ἂν φράσωμεν. Dein ὡς Bodl. cum ΔΦGT. pro eo quod vulgo est ὅς. Fortasse in eo latet ἱκανῶς, ut scribendum sit: ἱκανῶς, ὅς κ. τ. λ. Pro Λικυμνίων Par. P. Λικυμνείων. Ast. mavult Λικυμνείων. Dein Par. N. uno tenore προςποίησιν.

parat illa Isocratis Paneg. c. 1. οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥςθ' οἷόν τε εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προςθεῖναι, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν, ubi καινῶς et ἀρχαίως pariter atque hoc loco traxerim ad universae tractationis colorem v. Bremium p. 20 sq. et Bernhardy Syntax. p. 18.

συντομίαν τε λόγων —] Solebant sophistae profiteri se de eodem argumento et breviter et copiose posse dicere, quod de Gorgia narratur etiam in cognomine dialogo p. 449. C.

ποτέ μου Πρόδικος ἐγέλασε] Huius enim familiaritate sese usum esse Socrates non uno loco apud Platonem narrat, veluti Menon. p. 96. D. Protagor. p. 341. A. Charmid. p 163. D. Cratyl. p. 384, B. conf. Groen van Prinsterer. Prosopogr. p. 87. sqq. Verba, ὧν δεῖ λόγων τέχνη, sic intelligimus: quibus sermonibus s. orationibus ex arte opus sit. Quanquam si codices audiamus, τέχνην potius erit legendum. Sed fateor hunc accusativum mihi nunc videri duriorem quam qui a Platonis manu profectus sit: et dativus ille etiam alibi delusit librarios, veluti supra p. 260. D. οὐδέν τι μᾶλλον ἔσται πείθειν τέχνῃ. p. 251. D. Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ, quibus locis in transcursu notabis eandem, quam hic habemus, vocabuli in clausula collocationem. Ast. tamen τέχνῃ vel τέχνην delendum censet.

Ἱππίαν δὲ οὐ λέγομεν] Hippiae placita exposuit Groen van Prinsterer l. c. p. 91 sqq. Vocabuli σύμψηφος usum notavit Lobeck. ad Phrynich. p. 2 sq.

C. Τὰ δὲ Πώλου —] De Polo v. ad Gorg. p. 448. C. et Groen van Prinsterer l. c. p. 184 sqq. Spengel. Artium Scriptor. p. 84 sqq. cuius μουσεῖα λόγων qualia sint, declaratur adiectis verbis ὡς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ τ. λ. Frustra enim Heindorf. aliique coniecerunt libri a Polo compositi inscriptionem fuisse μουσεῖα λόγων, quum potius ista artificia rhetorica ita audiant. Quamobrem nec credibile est qnod statuit nuper Krischius De Phaedro Plat. p. 111. lepide et urbane Platonem allusisse ad Euripideum illud: χελιδόνων μουσεῖα, de quo Schol. Aristoph. Rann. v. 93. et Suidas in v. χελ. μ. Quae-

λόγων, ὃς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν ὀνομάτων τε Λικυμνίων, ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο, προςεποίησεν εὐεπείας;

ΦΑΙ. Πρωταγόρεια δέ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἦν μέντοι τοιαῦτ' ἄττα;

nam vero fuerit illa *διπλασιολογία* valde incertum est. Scholiastes et Hermias intelligunt *τὸ τὰ αὐτὰ δὶς λέγειν, οἷον φεῦ φεῦ.* Verum haec palillogia quum magis affectui quam arti sit propria, Heindorf. vocabulum putat intelligendum esse de artificio voces compositas fingendi, laudato Aristotele Rhetor. III. 3. Sed recte observat Spengel. istud quidem in singula nomina (*ὀνόματα*), non item in sententias convenire. Quocirca ipse nil nisi *ἰσόκωλα* et *πάρισα* intelligit, quum eadem bis ponuntur, veluti *φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυςμενείας.* Verum docebunt quae Gorgiae p. 448. C. legimus, ubi Polus ipse *διπλασιολογίᾳ* utitur hac: *πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι· ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ — κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἑκάστων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν δὲ ἀρίστων οἱ ἄριστοι*, unde huic loco clarissima lux affunditur. Jam vero *γνωμολογία* quae fuerit Poli, nemo dubitet. Pertinebat enim illa sine dubio ad prudentem usum sententiarum communium. Quamobrem recte Schol.: *γνωμολογία δέ, ὡς τό „δεινὸν ἡ πονηρία."* Nec vero de *εἰκονολογίᾳ* multum ambigas, quam idem Schol. recte declarat verbis his: „*τὸ δι' εἰκόνος καὶ δι' ὑποδείγματός τι δηλοῦν*" Tribuntur autem Polo etiam nomina Licympia. Quae qualia intelligenda sint, perspicitur ex Aristot. Rhetor. III. 13. et 2. ac Dionys. Hal. Lys. p. 458. T. V. ed. Reisk,. ubi Licymnius, qui fuit Poli magister, inprimis de fingendis apte suaviterque vocabulis elaborasse narratur. Schol. ad h. l. *ὁ Λικύμνιος δὲ Πώλου διδάσκαλος, ὃς διῄρει τὰ ὀνόματα εἰς κύρια, σύνθετα, ἀδελφά, ἐπίθετα, καὶ εἰς ἄλλα τινά.* Pluribus de hac re exposuit Spengel. l c. p 88. sqq. Itaque res ipsae, quae hic memorantur, clarae sunt ac perspicuae. Sed multum laboratum de verbis est. Quae tamen et ipsa ad intelligendum non adeo difficilia videntur, modo pro scriptura librorum *πρὸς ποίησιν* nobiscum refingas *προςεποίησεν*, quod Cornarii coniecturae debetur, et adversus Bodl. qui *ὡς* pro *ὃς* offert, veterem lectionem tuearis. Quod utrumque nos nunc ita faciendum statuimus. Nam ita structura verborum haec efficitur: *ὃς προςεποίησεν διπλασιολογίαν — καὶ εἰκονολογίαν, εὐεπείας τε ὀνομάτων Λικυμνίων, ἃ (ὁ Λικύμνιος) ἐκείνῳ (Polo) ἐδωρήσατο*: qui (inventis rhetorum) adiunxit *διπλασιολογίαν* — et verborum Licymniorum, quae illi Licymnius scilicet donaverat, suavitatem et venustatem. Nimirum ita Polus facete arguitur multa sive debuisse sive surripuisse magistro; quod significatur quodammodo etiam verbo *προςεποίησε*, cuius usum hunc esse constat, ut medio certe genere significet sibi aliquid arrogare. Urbane vero ipse magister dicitur ei *ὀνόματα* tanquam munera quaedam obtulisse, cuius sententiae acumen qui non perspicerent, temere in his verbis offenderunt

ΣΩ. Ὀρθοέπειά γέ τις, ὦ παῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά. τῶν γε μὴν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος. ὀργίσαι τε αὖ πολ-

eaque miris commentis suis contaminarunt, ut Winckelmann. Praef. ad ed. Turic. min. p. x. Nec vero grammatice spectata verba iam ullam habent difficultatem. Nam quod ex Λικυμνίων repetendum est nomen Λικύμνιος, illustravit hanc synesin, Graecis et Latinis communem, Porsonus ad Eurip. Med. v. 22. Astius ad Legg. p. 447. Quod autem ἐκείνῳ refertur ad Polum, de hoc usu v. Schaefer. ad Demosth. App III. p. 100. Bornemann. ad Xen. Cyrop. V. 2, 28. Matthiae Gr. §. 471. 10. Porro εὐεπείας, numerus pluralis nominis abstracti, neminem morabitur, qui meminerit qua lege ita dicatur. Positus enim est ut Latinum veneres, venustates, suavitates, neque ab usu loquendi Platonico ullo modo abhorret. Denique prima enuntiati verba, quae et ipsa perperam sunt sollicitata, hunc in modum explicanda censemus: Poli autem artes musicas quomodo exponemus nimirum ita, ut id satis digne fiat. Quod patet item dictum esse cum ironia quadam, perinde ac si facultas tantis inventis celebrandis par singularis esse debeat. Nam φράσομεν ita poni solere, vel ex eo intelligas, quod apud Aristotel. Pol. VII. 12. φράζοντες καὶ διορίζοντες copulantur quodque φράζειν apud Thucydidem alicubi idem est quod ἑρμηνεύειν. Ceterum quod nuper ex Bodl. aliisque libris pro ὃς scripserunt ὡς, ut id esset veluti, hunc usum loquendi Graecum esse omnino negamus; debebat potius pro ὡς poni οἷον, ut recta esset oratio.

Πρωταγόρεια δέ — οὐκ ἦν μέντοι —] Ὀρθοέπεια Protagorae sine dubio similiter atque descripsit Quintil. Inst. I. c. 6. §. 17 sqq. versata est in formis grammaticis explicandis definiendaque recte verborum elocutione; v. Aristot. Rhet. III. 5. De Sophistar. Elench. p. 574. ed. Buhle. et quae disputavit Spengel. p. 42 sq. Noli autem eam cum ὀρθότητι ὀνομάτων confundere, cuius doctrina explicata erat in libro Ἀληθείας nomine inscripto, id quod apparet e loco Cratyli p. 391. C. Locum nec Heindorf. nec Astius recte interpretati sunt. Ceterum de μέντοι ita posito v. ad p. 229. B.

τῶν γε μὴν οἰκτρογόων —] Thrasymachus Chalcedonius quid in arte dicendi efficere studuerit vel effecerit, optime docuerunt Spengel. l. c. p. 93 sqq. C. Fr. Hermann. Comment. De Thrasymacho Chalcedonio praemissa Indici Scholar. Academ. Georg. Aug. a 1848—49. 4; quem consulas inprimis p. II. et Franc. Dorotheus Gerlach in libro: *Historische Studien* p. 82. sqq. Tractavit autem potissimum artem affectuum commovendorum, quod argumentum habuere eius libri Ἔλεοι inscripti. v. Aristot. Rhet. III. 1. 20. Hermias p. 192. Quocirca hoc loco narratur arte orationum ad senectutem atque paupertatem traducendarum excelluisse excitandae misericordiae gratia. Poetica orationis forma Plato hoc loco usus videtur, quod hominem miserabiliter grandiloquum vellet

D λοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν, ὡς ἔφη· διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διαβολὰς ὁθενδὴ κράτιστος. τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων κοινῇ πᾶσιν ἔοικε συνδεδογμένον εἶναι, ᾧ τινὲς μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα.

ΦΑΙ. Τὸ ἐν κεφαλαίῳ ἕκαστα λέγεις ὑπομνῆσαι ἐπὶ τελευτῆς τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν εἰρημένων.

ΣΩ. Ταῦτα λέγω, καὶ εἴ τι σὺ ἄλλο ἔχεις εἰπεῖν λόγων τέχνης πέρι.

ΦΑΙ. Σμικρά γε καὶ οὐκ ἄξια λέγειν.

268 ΣΩ. Ἐῶμεν δὴ τά γε σμικρά· ταῦτα δὲ ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν, τίνα καὶ ποτ' ἔχει τὴν τῆς τέχνης δύναμιν;

ΦΑΙ. Καὶ μάλ' ἐρρωμένην, ὦ Σώκρατες, ἔν γε δὴ πλήθους συνόδοις.

δεινὸς ἀνὴρ γέγονε] Vulgo ἀνήρ. Recte ἀνὴρ Bekker. v. 267. A.

ὁθενδὴ κρ.] ὅθεν δεῖ κρ. Bodl. cum aliis plurimis. Mox idem prave τιθέντες.

P. 268. τίνα καὶ ποτ' ἔχει] τίνα καὶ πότ' ἔχει vulgo, quod cod. Mon 407. consentiente correxit Heindorfius. Corrupte, ut sexcenties, Bodl. ὑπαύγασμα ἀλὸν ἴδωμεν ut habent et iam Vat. Ven. Π. Par. 520.

Ἀκουμενῷ εἴποι] Ald. Bas. I. et codd. nonnulli Ἀκουμένῳ. Male. Solent enim participia, ubi nominum propriorum induerunt naturam, accentum in ultima ferre syllaba.

ridere. Hinc τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος, quod Stephanus bene composuit cum vulgaribus illis, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, βίη Ἡρακληείη, al.

D. ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν] veluti magicis quibusdam incantationibus mulcere. Nam ἐπᾴδειν, incantare, monendi, docendi, consolandi notione Platoni frequens, ut copiosa exemplorum enumeratione ostendit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 194 sq. De verbo κηλεῖν autem monuit Valcken. ad Eurip. Hipp. v. 303. Locutionem τίθεσθαί τινι ὄνομα attigimus ad Phileb. p. 60. A. Reip. III. p. 405. D. Ἐπάνοδον autem intelligit orationis conclusionem, quam alii appellarunt ἀνακεφαλαίωσιν. v. Voss. Institt. Orat. III. 6.

Ταῦτα λέγω, καὶ εἴ τι —] In his ταῦτα referendum ad illa omnia, de quibus hactenus explicavit, rhetorum artificia.

P. 268. ταῦτα δὲ ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν] Haec autem, quae enumeravimus, diligentius inspiciamus et examinemus. Loquendi genus illustrant interprett. ad Eurip. Hecub. v. 1154. et Ruhnk. ad Tim. p. 264.

τίνα καὶ ποτ' ἔχει τὴν τῆς τ. δ.] H. e. τίς καί ποτ' ἐστιν (quaenam tandem sit) ἡ τῆς τέχνης δύναμις, ἣν ἔχει:

ΣΩ. Ἔχει γάρ, ἀλλ', ὦ δαιμόνιε, ἰδὲ καὶ σύ, εἰ ἄρα καὶ σοὶ φαίνεται διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ἤτριον, ὥςπερ ἐμοί.

ΦΑΙ. Δείκνυε μόνον.

Cap. LII. ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι· εἴ τις προςελθὼν τῷ ἑταίρῳ σου Ἐρυξιμάχῳ ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἀκουμενῷ εἴποι, ὅτι Ἐγὼ ἐπίσταμαι τοιαῦτ' ἄττα σώμασι προςφέρειν, ὥστε θερμαίνειν τ', ἐὰν βούλωμαι, καὶ ψύχειν, καὶ ἐὰν μὲν δόξῃ μοι, ἐμεῖν ποιεῖν, ἐὰν δ' αὖ, κάτω διαχωρεῖν, καὶ ἄλλα πάμπολλα τοιαῦτα; B καὶ ἐπιστάμενος αὐτὰ ἀξιῶ ἰατρὸς εἶναι καὶ ἄλλον ποιεῖν, ᾧ ἂν τὴν τούτων ἐπιστήμην παραδῶ, τί ἂν οἴει ἀκούσαντας εἰπεῖν;

ΦΑΙ. Τί δ' ἄλλο γε ἢ ἐρέσθαι, εἰ προςεπίσταται

σώμασι προςφέρειν] Codd. ΦC σώματι. V. σώμασι quod ceteri tuentur.

B. ἀξιῶ ἰατρὸς εἶναι] ἰατρικὸς Bodl. ΔΠΘΝΟΡΤ. quod dederunt Turicenses. At redolet lectio utique scioli critici sapientiam, ut malim hic quoque confidere libris cetera minus praestantibus.

Τί δ' ἄλλο γε ἢ ἐρέσθαι] Bodl. Vind. 4. 7. Flor. h. Parr. DGT. Ven. ΔΠ. τί γε ἄλλο ἢ ἐρέσθαι. sed v. annot. Mox μέχρι pro μέχρις optimi plurimique libri.

noto dicendi genere. Voc. καί in interrogando sic usurpatum ad Lachet. p. 182. E. illustravimus. Quod Heindorfius requirebat: καὶ πῶτ' ἔχει, id Phaedri responsioni non bene convenit, quae ita haec potius esse debuit: ἐῤῥώμ. καὶ ἐν πλήθους συνόδοις.

ἰδὲ καὶ σύ, εἰ ἄρα καὶ σοὶ φαίνεται] Observes καὶ repetitum. v. ad Remp. p. 445. C. Similiter Alcibiad. I. p. 109. D. φράσον οὖν καὶ ἐμοί, ἵν' αὐτῷ φοιτητὴν προξενήσῃς καὶ ἐμέ. Quid sit ἤτριον, optime exposuit Schneider. Ind. ad Script. Rei Rust. p. 365 sqq. et in Lexico s. v. conf. Ruhnk. ad Tim. p. 114. Bene Schleierm.: sieh doch auch du zu, ob dir das ganze Gewebe so lose erscheint als mir.

B. Τί δ' ἄλλο γε ἢ ἐρέσθαι] Hipp. Mai. p. 281. C. τί δὲ οἴει — ἄλλο γε ἢ ἀδύνατοι ἦσαν; Aristoph. Avv. v. 25. τί δὴ λέγει περὶ τῆς ὁδοῦ; Pisth. τί δ' ἄλλο γ' ἢ βρύκουσ' ἀπέδεσθαί φησί μου τοὺς δακτύλους; Ecclesiaz. v. 395. ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμ' ἦν; — τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι κ. τ. λ. Ibid. v. 769. τί γὰρ ἄλλο γε; Xenoph. Cyrop. IV. 4, 10. Plat. Phaedon. p. 63. D. τί δέ — ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει, ubi Platonica collegit Heindorfius. Adde etiam quae notavit Boissonad. ad Philostr. Her. p. 306. et 439.

καὶ οὕςτινας δεῖ καὶ ὁπότε ἕκαστα τούτων ποιεῖν, καὶ μέχρι ὁπόσου;

ΣΩ. Εἰ οὖν εἴποι, ὅτι Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἀξιῶ τὸν
C ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθόντα αὐτὸν οἷόν τ' εἶναι ποιεῖν ἃ ἐρωτᾷς;

ΦΑΙ. Εἴποι ἄν, οἶμαι, ὅτι μαίνεται ἄνθρωπος, καὶ ἐκ βιβλίου ποθὲν ἀκούσας ἢ περιτυχὼν φαρμακίοις ἰατρὸς οἴεται γεγονέναι, οὐδὲν ἐπαΐων τῆς τέχνης.

ΣΩ. Τί δ' εἰ Σοφοκλεῖ αὖ προςελθὼν καὶ Εὐριπίδῃ τις λέγοι, ὡς ἐπίσταται περὶ σμικροῦ πράγματος ῥήσεις παμμήκεις ποιεῖν καὶ περὶ μεγάλου πάνυ
D σμικράς, ὅταν τε βούληται, οἰκτρὰς καὶ τοὐναντίον αὖ φοβερὰς καὶ ἀπειλητικάς, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, καὶ διδάσκων αὐτὰ τραγῳδίας ποίησιν οἴεται παραδιδόναι;

C. *Εἴποι ἄν, οἶμαι*] Steph. coni. *εἴποιεν ἄν*, probante Heindorfio ad Cratyl. p. 32. et Car. Fr. Hermanno. Sed v. explicat. Heusdius Init. Philos. Plat. II. 2. p. 185. totum locum sic refingit: *ἃ ἐρωτᾷς· τί εἴποιεν ἄν. ΦΑΙ. Εἴποιεν ἄν, οἶμαι, ὅτι μαίνεται κ. τ. λ.* Quo non magis opus esse videtur; reticetur enim a Socrate apodosis, ut saepe fit in talibus apud Platonem. Dein Bekk. scripsit *ἄνθρωπος*. sed v. infra. Pro vulg. *φαρμακείοις* libri optimi plurimique *φαρμακίοις*. Solus Ven. Ξ *φαρμάκοις*.

παμμήκεις ποιεῖν] V. *εἰπεῖν* pro *ποιεῖν*, quod habent codd. tantum non omnes.

C. *οἷόν τ' εἶναι ποιεῖν ἃ ἐρωτᾷς*] h. e. remedia adhibere, quibus, quando et quoad conveniat, sicut Ast. recte interpretatur. Frustra in verbo *ποιεῖν* Heindorf. haesit; nec audiendus Schleierm. *ἐπαΐειν* scribendum ratus.

Εἴποι ἄν, οἶμαι, —] Etsi lenissima est verborum *Εἴποι ἄν* in *εἴποιεν ἄν* mutatio, tamen quia antea dictum est *Ἐρυξιμάχῳ ἢ — Ἀκουμενῷ* non *καὶ Ἀκουμενῷ*, nolim libris invitis quidquam novare. Nam quod *ἀκούσαντας* praecedit, potuit hoc et ipsum post duorum hominum commemorationem inferri, nec tamen inde consequitur, ut etiam nunc pluralis numerus ponendus fuerit. Dein Bekker. scripsit *μαίνεται ἄνθρωπος*: et Heindorf. quoque desideravit articulum. Mihi vero *ἄνθρωπος* perinde atque in *οὗτος ἀνὴρ* cum contemtu et indignatione dictum videtur infinite. Sic Aeschin. de f. l. 19. p. 149. §. 7. ed. Bremi p. 321. Bekk. *κατόψεσθε ἀνθρώπου φθόνον ὑπερβάλλοντα*. Demosth. Philipp. I. c. §. 3. *οἷ προελήλυθεν ἀσελγείας ἄνθρωπος*. Aeschin. de fals. legat. p. 317. 11. ed. Bekker. p. 142. § 4. ed. Brem. *τοσαύτην τόλμαν καὶ τερατείαν ἀνθρώπου*. Ibid. p. 161. = 333. *σκέψασθε δή — δεινὴν ἀν-*

ΦΑΙ. Καὶ οὗτοι ἄν, ὦ Σώκρατες, οἶμαι, καταγελῷεν, εἴ τις οἴεται τραγῳδίαν ἄλλο τι εἶναι ἢ τὴν τούτων σύστασιν πρέπουσαν ἀλλήλοις τε καὶ τῷ ὅλῳ συνισταμένην.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἀγροίκως γε, οἶμαι, λοιδορήσειαν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν μουσικὸς ἐντυχὼν ἀνδρὶ οἰομένῳ ἁρμονικῷ εἶναι, ὅτι δὴ τυγχάνει ἐπιστάμενος ὡς οἷόν τε ὀξυτάτην καὶ βαρυτάτην χορδὴν ποιεῖν, οὐκ ἀγρίως εἴποι ἄν· Ὦ μοχθηρέ, μελαγχολᾷς, ἀλλ' E ἅτε μουσικὸς ὢν πρᾳότερον, ὅτι Ὦ ἄριστε, ἀνάγκη μὲν καὶ ταῦτ' ἐπίστασθαι τὸν μέλλοντα ἁρμονικὸν ἔσεσθαι, οὐδὲν μὴν κωλύει μηδὲ σμικρὸν ἁρμονίας ἐπαΐειν τὸν τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα· τὰ γὰρ πρὸ ἁρμονίας ἀναγκαῖα μαθήματα ἐπίστασαι, ἀλλ' οὐ τὰ ἁρμονικά.

καὶ τοὐναντίον αὖ φ.] Quod vett. editt. post ἐναντίον infereiunt καί, id omittunt ΣΨr. Vind. 1. 3. 6., quos etiam Bekk. et Ast. secuti sunt. Dein Bodl. Vat. καὶ ὅσα τ' ἄλλα, voc. καὶ ante διδάσκων omisso.

D. *οὐκ ἂν ἀγροίκως*] ἀγρίως Ven. Ξ pr.

E. *μηδὲ σμικρόν*] V. οὐδὲ σμ., quod soli Par. EF, tuentur.

πρὸ ἁρμονίας] Bodl. πρὸς ἁρμον. Qui error communis est etiam Vat. Coisl. Ven. Π. Par. BCDGHNPT.

αἰσχυντικὸν ἀνθρώπου, ubi frustra Marklandus τἀνθρώπου.

περιτυχὼν φαρμακίοις] Quum a φάρμακον non φαρμακεῖον sed φαρμάκιον deducatur, unice verum est quod codd. praebuerunt φαρμακίοις, in qua forma recte indicavit Buttm. aliquid esse contemtionis. Theaet. p. 149. διδοῦσαι — αἱ μαῖαι φαρμάκια. Photius p. 554. ed. Lips. Φάρμακα τὰ τῶν ζωγράφων χρώματα. τὰ δὲ τῶν ἰατρῶν, φαρμάκια.

ῥήσεις παμμήκεις —] Non sophistarum ῥήσεις tanguntur, quod Astius sibi persuasit, sed ipsorum tragicorum, qui etiam de Rep. X. p. 605. D. μακρὰς ῥήσεις ἀποτείνειν dicuntur, ad quem locum plura diximus.

D. *τὴν τούτων σύστασιν πρέπουσαν ἀλλήλοις —*] Exspectabas πρεπόντων ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ συνισταμένων, quemadmodum supra p. 264. C. legimus πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. Sed non miranda haec, si qua est, hypallage praedicati. Ceterum Heindorfius πρέπουσαν — συνισταμένην dictum esse monet pro πρεπόντως συνισταμένην: de quo loquendi genere v. Poppo Prolegg. in Thucyd. I. p. 168. Huschke ad Tibull. I. 7, 52. Bentlei ad Horat. Serm. 1, 7, 28 Videlicet πρέπουσαν per prolepsin quandam dictum, ut idem valeat quod ὥστε πρέπειν ἀλλήλοις τε καὶ τῷ ὅλῳ. v. ad Remp. VIII. p. 560. D.

E. *τὸν τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα*] ἐπιστάμενον ὡς οἷόν τε ὀξυτάτην καὶ βαρυτάτην χορδὴν ποιεῖν. — Paullo ante ἀγρίως est

ΦΑΙ. Ὀρθότατά γε.

269 ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὁ Σοφοκλῆς τόν σφισιν ἐπιδεικνύμενον τὰ πρὸ τραγῳδίας ἂν φαίη, ἀλλ' οὐ τὰ τραγικά, καὶ ὁ Ἀκουμενὸς τὰ πρὸ ἰατρικῆς, ἀλλ' οὐ τὰ ἰατρικά.

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

Cap. LIII. ΣΩ. Τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, βραχυλογιῶν τε καὶ εἰκονολογιῶν καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες ὑπ' αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα, πότερον χαλεπῶς

B ἂν αὐτούς, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σύ, ὑπ' ἀγροικίας ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας τε καὶ διδάσκοντας ὡς ῥητορικὴν τέχνην, ἢ ἅτε ἡμῶν ὄντας σοφωτέρους κἂν νῷν ἐπιπλῆξαι εἰπόντας· Ὦ Φαῖδρέ τε καὶ Σώκρατες, οὐ χρὴ χαλεπαίνειν, ἀλλὰ

P. 269. *ὁ Ἀκουμενός*] Hic quoque codd. aliquot *Ἀκούμενος*, pravo accentu. Mox post *Τί δὲ* male interrogandi signum illatum erat. v. annot. Coisl. *δαί*, probante Bekk.

ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν] *δὴ* nuper ex plurimis optimisque codd. restitutum. Pro *διῆμεν*, quod Buttmanno debetur, vulgo erat *δίιμεν*. Bodl. ΠGT. *δίημεν*, Alii *δίειμεν*.

B. *τί ποτ' ἔστι ῥητορική*] V. *ἔστιν ἡ ῥητορική*. Sed Bodl. acerbe, aspere, ut nesciam cur Osannus Auctar. Lex. p. 140. *ἀγροίκως* scribendum putaverit. Opponitur *πρᾳότερον*. conf. Euthydem. p. 285. A. De Rep. II. p. 375. A., quibus locis item antecedit *ἀγροίκως λέγειν*.

P. 269. *τόν σφισιν ἐπιδεικνύμενον*] sibi et Euripidi. Repetendum autem ex antecedentibus *ἐπίστασθαι*.

τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον] Alludit ad versiculum Tyrtaei Fragm. III. v. 8. *οὐδ' εἰ — γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι*, ut observavit Aug. Matthiae de Tyrt. carminibus in Gaisford. Poët. Minor. T. III. p. 237. ed. Lips. Et facundissimi oratoris personam Adrastus sustinet etiam in Euripidis Supplicibus, quae fabula acta est Olymp. 89. 4. Verissime autem Astius monet non ipsum Adrastum intelligi licere, quod contendit Spengel. Artt. Scriptt. p. 119. Quippe absurdum fuerit Adrastum cum Pericle componere, quum antea Eryximachus et Acumenus, Sophocles et Euripides essent consociati. Sine ulla controversia pro vero habendum, quod Astius statuit, cogitandum esse de Antiphonte Rhamnusio, qui tanta excelluit oris suavitate, ut propter *μέλιτος γλυκίονα αὐδὴν* Nestor diceretur. v. Ruhnken. De Antiphonte Rham-

συγγιγνώσκειν, εἴ τινες μὴ ἐπιστάμενοι διαλέγεσθαι ἀδύνατοι ἐγένοντο ὁρίσασθαι, τί ποτ' ἔστι ῥητορική, ἐκ δὲ τούτου τοῦ πάθους τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματ' ἔχοντες ῥητορικὴν ᾠήθησαν εὑρηκέναι, C καὶ ταῦτα δὴ διδάσκοντες ἄλλους ἡγοῦνταί σφισι τελέως ῥητορικὴν δεδιδάχθαι, τὸ δὲ ἕκαστα τούτων πιθανῶς λέγειν τε καὶ τὸ ὅλον συνίστασθαι, ὡς οὐδὲν ἔργον, αὐτοὺς δεῖν παρ' ἑαυτῶν τοὺς μαθητάς σφων πορίζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις.

ΦΑΙ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύει τοιοῦτόν τι εἶναι τὸ τῆς τέχνης, ἣν οὗτοι οἱ ἄνδρες ὡς ῥητορικὴν διδάσκουσί τε καὶ γράφουσι, καὶ ἔμοιγε δοκεῖς ἀληθῆ εἰρηκέναι. ἀλλὰ δὴ τὴν τοῦ τῷ ὄντι ῥητορικοῦ τε καὶ πιθανοῦ τέχνην πῶς καὶ πόθεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι;

cum optimis plurimis ἔστι ῥητορική. Artium nomina in ικη terminata articulo carere tralaticium est.

C. ὡς οὐδὲν ἔργον] Sic dedi e Flor. a. c. h. Part. CH. Vulgo ὡς aberat, quod iam Steph. desideravit. Ast. ὡς omisso οὐδὲν ἔργον per appositionem dictum putat.

κινδυνεύει τοιοῦτόν τι] V. κινδυνεύει γε τ. τί praeter fidem librorum optimorum atque plurimorum. Mox Vat. Ven. Π. Par. DHT. δοκεῖ pro δοκεῖς.

nusio, Oratt. Att. T. VII. p. 810. ed. Reisk. Eandem sententiam etiam Groen van Prinsterer Prosop. Plat. p. 141. amplexus est. Deinde quum praecesserit Τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, denuo interrogatio resumitur inde a verbis πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτούς κ. τ. λ. Quam structuram Heindorf. ad p. 235. E. recte comparavit cum Cic. de Offic. II. 7, 12. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum etc. ubi v. Heusinger. et Manut. ad Or. pro Rosc. Am. 17. Ad eundem modum Demosthen. Leptin. §. 28. τί οὖν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον τὸν τοιοῦτον περὶ ὑμᾶς γεγενημένον, ἐὰν ἀκούσῃ — μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ, ψηφισαμένους ἐξεῖναι δοῦναι, ἆρ' ἀγνοεῖτε, ὅτι ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος ἐκεῖνόν τε ἀφαιρήσεται κ. τ. λ. Plat. Sympos. p. 211. E. τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινές, — ἆρ' οἴει φαῦλον βίον γίγνεσθαι ἐκεῖσε βλέποντος ἀνθρώπου; Ceterum Hirschig. scripsit οἰόμεθ' ἂν ἢ καὶ Π., qua tamen mutatione non opus; nam mutata inchoata verborum structura in proximis est.

B. μὴ ἐπιστάμενοι διαλέγεσθαι] h. e. dialecticae ar-

ΣΩ. Τὸ μὲν δύνασθαι, ὦ Φαῖδρε, ὥςτε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι, εἰκός, ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον, ἔχειν ὥςπερ τἆλλα· εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσει ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προςλαβὼν ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην· ὅτου δ' ἂν ἐλλίπῃς τούτων, ταύτῃ ἀτελὴς ἔσει. ὅσον δ' αὐτοῦ τέχνη, οὐχ ᾗ Τισίας τε καὶ Θρασύμαχος πορεύεται δοκεῖ μοι φαίνεσθαι ἡ μέθοδος.

D. φύσει ῥητορικῷ] ῥητορικὸς Bodl. Vat. Ven. II. Par. DGN OP.

D. οὐχ ᾗ Τισίας τε —] Obsecutus sum Schaefero ad Oed. Col. 1350. Libri Λυσίας. Videlicet Tisiam nominat, quia Lysias illo usus erat magistro. v. etiam explicatt. coll. p. 273. A. D. Particula τε, vulgo neglecta, ex codd. longe plurimis restituta est.

tis imperiti, ita ut partes atque genera secernere haudquaquam possint. — ὡς οὐδὲν ἔργον, quasi non sit difficile.

D. Τὸ μὲν δύνασθαι — ὥςτε —] Sententia verborum haec est: Probabile est ac fortasse etiam necessarium, si quis ad perfectam dicendi facultatem perventurus sit, id similiter se habere atque reliqua omnia: si quis enim natura habeat ingenium ad eloquentiam idoneum, rhetor erit insignis accedente disciplina et exercitatione; sin cui alterutrum desit, hac ex parte erit imperfectus. Sententiam copiosius illustrat Cicero De Orat. II. c. 43. et 44. et al., qui item haec tria fundamenta eloquentiae ponit. Usum voc. ὥςτε post δύνασθαι illati illustrarunt praeter Heindorfium ad h. l. et Protag. 338. C. Ast. ad Legg. p. 461. Schaefer. ad Oed. Col. v. 1350. 1344. ed. Heller et Döderlein. Matthiae Gr. amplior. p 1037. sq. et 1043. Deinde quod Steph. scriptum volebat εἰ μὲν γάρ σοι, non meminit sententias explicationi inservientes ita sine coniunctione inferri solere. Multa id genus ad Phileb. p. 12. E. laudavimus: quibus adde quae congesserunt intpp. ad Protagor. p. 338. C. Dobree ad Aristoph. T. VII. P. I. p. 560. ed. Lips. Schaefer. ad Dionys. de Compos. Verb. p. 406. Buttm. ad Demosthen. Midian. p. 46. — Porro ὅτου δ' ἂν ἐλλίπῃς dictum est paullo fortius pro ἐὰν δέ τινος ἐλλίπῃς, quae loquendi forma non infrequens. Euthyphron. p. 3. C. οὐ σφόδρα μέλει, ἄν τινα δεινὸν οἴωνται εἶναι, μὴ μέντοι διδασκαλικὸν τῆς αὐτοῦ σοφίας· ὃν δ' ἂν καὶ ἄλλους οἴωνται ποιεῖν τοιούτους, θυμοῦνται, ubi v. ann. Confer etiam infra p. 276. B. Denique ἀγωνιστὴς et ἀγωνίζεσθαι frequens de oratoribus. Cuiusnam autem certaminis notionem Socrates teneri voluerit, apparet e pag. 271. A.

ἀεὶ δεῖται βοηθοῦ· αὐτὸς γὰρ οὔτ' ἀμύνασθαι οὔτε
βοηθῆσαι δυνατὸς αὐτῷ.*

E. *κυλινδεῖται μὲν*] *καλινδεῖται* ΣΦr. Recte Fischer. ad Phaedon. p. 341. et ad Xenoph. Cyr. 1. 4. 5. praetulit formam *κυλινδεῖται*. cfr. Bornem. ad Xenoph. Symp. p. 208.

οἷς δεῖ γε καὶ μή] Hirschig. corr. *οἷς δεῖ τε καὶ μή*. veri-

ταὐτον δὲ καὶ οἱ λόγοι] eademque ratio est orationum. De hoc *ταὐτὸν* dictum est ad Reipubl. VII. p. 535. D. Sympos. p. 178. E. Deinde ad *σημαίνει* e praegressis intell. *ὁ λόγος*, ut oratio a plurali ad singularem numerum transisse existimanda sit.

E. *πλημμελούμενος δὲ καὶ* —] Demosthen. De Coron. p. 279. 4. ed. Reisk. *τὸν θεὸν πλημμελούμενον*, ubi Schaeferus huius loci non immemor fuit, laudans praeterea Stephani Thes. c. 7720. A.

P. 276. *τούτου ἀδελφὸν γνήσιον*] Intelligitur vivus sermo, h. e. colloquium. Eo utebatur Socrates, ideoque nunc opponitur vanae illi et iactabundae rhetoricae, quae omnis philosophiae expers sibi unice in inanibus orationis ornamentis ac lenociniis captandis placebat. Ceterum conf. Protagor. p. 329. A. *εἰ δὲ ἐπανέροιτό τι, ὥςπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι.* Theaet. p. 164. E.

B. *ὧν σπερμάτων κήδοιντο* —] Relativum positum fere pro *εἴ τινων*. Menon. p. 92. B. *πῶς οὖν ἄν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἴης.* Ibid. p. 89. E. *οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι;* Ibid. p. 96. C. Hipp. Man. p. 284. A. Charmid. p. 171. E. Phileb. p. 60. C. Legg. X. p. 927. C. XII. p. 964. C. Xenoph. Anab. I. 3, 17. Cyrop. I. 6, 19. Ad *καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι* pronomen ἃ ac-

ΦΑΙ. Καὶ ταῦτά σοι ὀρθότατα εἴρηται.

ΣΩ. Τί δ'; ἄλλον ὁρῶμεν λόγον, τούτου ἀδελ- 276
φὸν γνήσιον, τῷ τρόπῳ τε γίγνεται, καὶ ὅσῳ ἀμεί-
νων καὶ δυνατώτερος τούτου φύεται;

ΦΑΙ. Τίνα τοῦτον, καὶ πῶς λέγεις γιγνόμενον;

ΣΩ. Ὃς μετ' ἐπιστήμης γράφεται ἐν τῇ τοῦ μανθάνοντος ψυχῇ, δυνατὸς μὲν ἀμῦναι ἑαυτῷ, ἐπιστήμων δὲ λέγειν τε καὶ σιγᾶν πρὸς οὓς δεῖ.

ΦΑΙ. Τὸν τοῦ εἰδότος λόγον λέγεις ζῶντα καὶ ἔμψυχον, οὗ ὁ γεγραμμένος εἴδωλον ἄν τι λέγοιτο δικαίως.

Cap. LXI. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν. τόδε δή B
μοι εἰπέ· ὁ νοῦν ἔχων γεωργός, ὧν σπερμάτων κή-
δοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν χαίροι θεωρῶν

similiter.

P. 276. τῷ τρόπῳ τε γ.] τε nuper revocatum ex optimis plurimisque codicibus. Pro γνήσιον codd. tantum non omnes cum Bodl. et Vat. γνήσιος. Coisl. corr. γνήσιον.

cusandi casu repetendum, quae pervulgata est loquendi ratio.

εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν] De hortis Adonidis multi multa scripserunt, veluti Meursius in Graecia Feriata, in Gronov. Thes. VII. p. 706. Zornius ad Hecataeum Abderit. p. 167. Valcken. ad Theocrit. Adoniazus. v. 112. sqq. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 79. Bast. Epist. Crit. p. 153 159. Böttiger. in Sabina, p. 225 sq. Creuzer. in Annal. Heidelberg. a. 1801. fasc. I. p. 43 sqq. Breviter rem complexus est Wüstemann. ad Theocrit. Id. XV. 135, quem vide. Suidas: Ἀδώνιδος κῆποι, inquit, ἐκ θριδάκων καὶ μαράθρων, ἅπερ κατέσπειρον ἐν ὀστράκοις. χρῶνται δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιπολαίων καὶ κούφων τῇ παροιμίᾳ, et mox: Ἀδώνιδος κῆπος, ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. Verbum arandi de tota agricultura usurpatum bene defendit Buttmannus. Est igitur hoc loco idem quod inserere. Nam aratio proprie in Adonidis hortis sane nulla intelligi potest. v. Schneider. Lex. s. v. Structuram verborum: ἀρῶν εἰς κήπους, explanavit Bernhardy Synt. p. 219. Sententia verborum haec est: Prudens agricola, num semina, quae ipsi curae cordique sint, quaeque velit esse frugifera, studiose aestatis tempore in hortis Adonidis inarabit, gaudebitque ea videns intra octo dies propullulantia, an istud quidem ludi festaeque oblectationis gratia faciet, si quando faciat, illa vero, quae serio tractet,

καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους, ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἄν, ὅτε καὶ ποιοῖ, ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἂν τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα;

C *ΦΑΙ. Οὕτω που, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ ὡς ἑτέρως ἄν, ᾗ λέγεις, ποιοῖ.*

ΣΩ. Τὸν δὲ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμας ἔχοντα τοῦ γεωργοῦ φῶμεν ἧττον νοῦν ἔχειν εἰς τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα;

B. *τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἂν τέχνῃ*] V. *τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τ.* Prius *ἂν* omittunt libri fere omnes; posterius Bodl. Flor. *θ*. *ΔΠ*OT. post *τέχνῃ* collocant.

C. *φῶμεν ἧττον νοῦν ἔχειν*] V. *ἥττω*, quod ex Bodl. *ΓΔΦ*BCEFGH. septem Florentinis, aliis, correctum. Bodl. *ἥττον*, accentu vitium arguente.

ubi agri colendi arte usus in solum suum immiserit, satis habebit, si mense octavo quae severit ad maturitatem pervenerint? Absurde scribebatur *τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ — ἀγαπῴη ἄν.* Neque enim duae hic notiones sunt, sed una, *χρῆσθαι γεωργικῇ*. v. Hermannum de *ἂν* particula p. 189. libr. IV. c. 5., qui huius loci non fuit immemor.

C. *τὰ δὲ ὡς ἑτέρως*] Saepe *ὡς ἑτέρως*, quod dicitur ut *ὡς αὔτως*, apud optimos quosque scriptores reperitur. v. Sophist. p. 266. A. Tim. p. 63. E. Demosth. pro Coron. p. 252. 7. 298. 21. Themist. Orat. I. p. 15. ed. Dind. al. conf. Kön. ad Gregor. Corinth. p 76. Atque hinc prudenter Schoemannus ad Isaeum p. 368. defendit, quod ibi legitur, *καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι.*

ἐν ὕδατι γράψει] Proverbium *ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων*, ut ait Suidas. vid. intpp. ad Lucian. Catapl. §. 21. Gatak. Opp. Critt. p. 527. Huschk. Anal. Critt. p. 62., intpp. ad Catull. 70, 3. Cupido mulier quod dicit amanti, in vento et rapida scribere oportet aqua. Loci obscuri sensum hunc putamus esse: Non igitur illa (*τὰ δίκαια, καλά, ἀγαθά*, quae cognovit) studiose in aqua inscribet, atramento ea per calamum spargens atque per orationes, quae sibimet ipsis non valeant ratione et oratione succurrere, neque vera satis explicare possint: h. e. non inanem perdet operam scribendo, quandoquidem quae chartis mandantur non tantum valent ad alios instituendos et erudiendos, quantum viva magistri vox, quae et dubitationibus, si quae oriantur, facile occurrat, et in illustranda rerum veritate plurimum efficere possit. Superest, ut de singulis moneamus. Itaque *μέλανι* est atramento, ut Pol. p. 420. C. Plutarch. Moral. p. 84. D. 87. E. III. p. 851. D. 980. A. Verba *μετὰ λόγων* cum

ΦΑΙ. Ἥκιστά γε.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλανι σπείρων διὰ καλάμου μετὰ λόγων ἀδυνάτων μὲν αὐτοῖς λόγῳ βοηθεῖν, ἀδυνάτων δὲ ἱκανῶς τἀληθῆ διδάξαι.

ΦΑΙ. Οὔκουν δὴ τό γ' εἰκός.

ΣΩ. Οὐ γάρ· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν σπερεῖ τε καὶ γράψει, ὅταν γράφῃ, ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται, καὶ παντὶ τῷ ταὐ- D

ἀδυνάτων μὲν] Prave vulgo bis ἀδυνατῶν, quod ex Vat. Ven. II. Par. DFNOPT. Mon. correctum. Pro τἀληθῆ, quod tuentur Bodl. Vat. Ven. III. alii multi, vulgo erat τἀληθές.

Οὔκουν δὴ τό γ' εἰκός] Bodl. Flor. g. h. οὐκ οὖν.

D. γράψει, ὅταν γράφῃ] Editt. vett. et codd. mss. ὅταν δὲ γράφῃ. Recte Bekker. δὲ abiecit.

δια καλάμου ita consociata sunt, ut διὰ καλάμου μετὰ λόγων idem fere sit, quod διὰ καλάμου καὶ λόγων. Supra p. 253. E. μάστιγι μετὰ κέντρων, h. e. καὶ κέντροις. Ibid. D. τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς. Legg. X. p. 906. A. B. Utrumque tamen ex σπείρων suspenditur. Denique facete dictum, λόγοι ἑαυτοῖς λόγῳ βοηθεῖν ἀδύνατοι, in quibus λόγῳ per dilogiam intellexerim de ratione pariter atque oratione. Badhamus locum sic refingendum censet: (ἐν) μέλανι σπείρων διὰ καλάμου σπέρματα λόγων.

D. ὅταν γράφῃ] h. e. si quando scribat. Antea B. δρῴη ἄν, ὅτε καὶ ποιοῖ. v. Protag. p. 360. B. φοβοῦνται ὅταν φοβῶνται. Gorg. p. 468. A. ταῦτα πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν. Euthyphr. p. 7. D. ἐχθροὶ γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα. Sed v. ad Remp. II. 374. E. Vitiosum est quod vulgo edebatur ὅταν δὲ γράφῃ, recte illud a Bekkero correctum.

ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα—] Locus quantopere a posterioris aetatis scriptoribus celebratus sit, docebunt quae docte collegit Ast. Commentar. ad h. l. p. 602. Pro εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται Kusterus ad Suid. T. II. p. 438. corrigebat εἰς τὴν τοῦ γήρως λήθην. Quem prudenter refellit Toupius Emendatt. in Suid. T. II. p. 254. ed. Lips. Nimirum intelligitur senectus, quae oblivionem sibi propriam habet, sive senectus obliviosa. Qui usus genitivi etsi proprius fere poëtis est, de quibus v. Matthiae Gr. Gr. §. 316. f. p. 786 sq. Bernhardy Syntax. p. 163. Hermann. ad Soph. Electr. v. 19. Oed. Tyr. v. 826. Seidler. ad Eurip. Electr. v. 651. tamen nec a consuetudine Platonis abherret, sicubi oratio ipsius poëticum traxit colorem, id quod hoc loco factum esse facile intelligas. Sic Legg. V. p. 734. C. ὁ τῆς ἀνδρείας βίος et ὁ τῆς δειλίας βίος. Ibid. VIII. p. 829. B. ἐν τῷ τῆς εἰρήνης βίῳ. Mireris igitur Winckelmannum Praef. ad Phaedr. edit.

τὸν ἴχνος μετιόντι· ἡσθήσεταί τε αὐτοὺς θεωρῶν φυομένους ἁπαλούς. ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς ἄλλαις χρῶνται, συμποσίοις τε ἄρδοντες αὑτοὺς ἑτέροις τε ὅσα τούτων ἀδελφά, τότ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει.

E ΦΑΙ. Παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν, ὦ Σώκρατες, τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν, δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις πέρι μυθολογοῦντα.

ΣΩ. Ἔστι γάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, οὕτω. πολὺ δ', οἶμαι, καλλίων σπουδὴ περὶ αὐτὰ γίγνεται, ὅταν τις τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ χρώμενος, λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν, φυτεύῃ τε καὶ σπείρῃ μετ' ἐπιστήμης λόγους,
277 οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ

ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς] Hic quoque vulgo δὲ post ὅταν insertum legebatur. Abiecimus illud nunc auctoritate Bodl. Flor. a. b. g. h. i. ϑ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. et reliquorum librorum omnium praeter Paris. E. Stephan. coni. ὅταν τε ἄλλ. Turicc. δὲ male tenuerunt.

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω π.] V. λέγων, quod e Vind. 4. 7. α.

Turic. min p. VII. verba sic refingi conantem: θησαυριζόμενος εἰς τὸ γῆρας, λήθης φάρμακα, καὶ παντί κ.τ.λ. Nam λήθης φάρμακα, quod dixit Eurip. Palam. Fragm. II., eo etsi Plato usus est p. 275. A., tamen ad hunc locum nihil pertinet. Nec Euseb. Hist. Eccles. V. c. II. et Clem. Al. Strom. I. p. 322. ed. Pott. locum accurate attulerunt, sed ad rem suam adhibuerunt admixtis alienis. — ὑπομνήματα, commentarios, quibus memoriae infirmitas sublevetur. — ταὐτὸν ἴχνος μετιόντι, item boni, iusti et pulcri studioso ideoque indigenti simili memoriae adminiculo. Vult igitur eo nomine scripturam etiam aliis prodesse, qui eadem persequantur studia. Alii aliter interpretati sunt, cogitantes de commentariis in usum discipulorum conscriptis.

ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς —] Nulla opus particula est, quum haec praecedentium verborum explicationem contineant, ut Ast. acute pervidit. Usum verbi ἄρδειν illustravit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 117. et Sept. Sap. Conviv. p. 151. E. Cum universa sententia Victor. Varr. Lectt. XII. 18. comparat Cic. pro Arch. c. 13. quare quis me tandem reprehendat — si, quantum ceteri ad res suas obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates — conceditur temporum; quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tan-

ἄκαρποι, ἀλλ' ἔχοντες σπέρμα, ὅθεν ἄλλοι ἐν ἄλλοις ἤθεσι φυόμενοι τοῦτ' ἀεὶ ἀθάνατον παρέχειν ἱκανοί, καὶ τὸν ἔχοντ' εὐδαιμονεῖν ποιοῦντες, εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα.

ΦΑΙ. Πολὺ γὰρ τοῦτ' ἔτι κάλλιον λέγεις.

Cap. LXII. ΣΩ. Νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤδη, ὦ Φαῖδρε, δυνάμεθα κρίνειν; τούτων ὡμολογημένων.

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Ὧν δὴ πέρι βουληθέντες ἰδεῖν ἀφικόμεθα εἰς τόδε, ὅπως τὸ Λυσίου τε ὄνειδος ἐξετάσαιμεν τῆς τῶν λόγων γραφῆς πέρι, καὶ αὐτοὺς τοὺς λόγους, οἳ τέχνῃ καὶ ἄνευ τέχνης γράφοιντο. τὸ μὲν οὖν ἔντεχνον καὶ μὴ δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι μετρίως. B

et marg. Par. F. mutatum. Aliquot libri λέγοι. Dein Bodl. Vat. Ven. II. διέξε, unde prodiit scriptura etiam vitiosior, διέξεισι, quae occupavit Par. C. DNOP. Ven. Σ. al.

P. 277. ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ ἄκαρποι] Omisimus τε vulgo post ἱκανοὶ interpositum cum Flor. c. g. Vind. 7. α. ΔΠNP. Delevit etiam Bekker.

tum mihi egomet ad haec studia recolenda sumsero?

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει] Heindorf. malebat ἐν οἷς λ. π., sed praepositione sermonem facile carere recte Buttm. monuit. Nec probo I. Bakium ad Cleomed. p. 440. coniicientem οἷς λέγω π. ἐνδιάξει. Enimvero verba sic connectenda sunt: τότ' ἐκεῖνος διάξει παίζων τούτοις, ἃ λέγω, ἀντὶ τούτων s. ἐκείνων. Portentosa hic quoque coniectura est Winckelmanni Praef. ad edit. min. Turic. p. X.: τότ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων ἐν λόγοις παίζων διέξεισι, ad quam commendandam certe nihil valent illa p. 262. D.

E. Παγκάλην λέγεις] Feminina huius adiectivi forma legitur etiam Hipp. Mai. p. 288. C. Legg. IV. p. 722. C. De Republ. I. p. 338. A. al. Disputavit de hoc genere nonnulla Lobeck. ad Aiac. v. 175. — μυθολογεῖν nunc dicitur is, qui in eiusmodi rebus rimandis veluti ingenio suo indulget animumque tanquam narrationibus et fabulis oblectat, libere in earum tractatione versans neque dialectica utens severitate. Mox ad λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν contendas Gorg. p. 486. A. εἴ τις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα.

P. 277. βοηθεῖν ἱκανοί] Intell. εἰσί, quod post ἱκανὸν omitti solere ostendit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 334. Hinc deinceps ἀλλ' ἔχοντες dicitur, quod eo minus offendit, quo frequentius legitur εἰμὶ ἔχων. v. ad Reip. X. p. 602. C. Phaedon. p. 69. B. al. — ἄλλοι,

ΦΑΙ. Ἔδοξέ γε δή. πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς.

ΣΩ. Πρὶν ἄν τις τό τε ἀληθὲς ἑκάστων εἰδῇ περὶ ὧν λέγει ἢ γράφει, κατ' αὐτό τε πᾶν ὁρίζεσθαι δυνατὸς γένηται, ὁρισάμενός τε πάλιν κατ' εἴδη μέχρι τοῦ ἀτμήτου τέμνειν ἐπιστηθῇ, περί τε ψυχῆς φύσεως
C διιδὼν κατὰ ταὐτὰ τὸ προσαρμόττον ἑκάστῃ φύσει εἶδος ἀνευρίσκων οὕτω τιθῇ καὶ διακοσμῇ τὸν λόγον, ποικίλῃ μὲν ποικίλους ψυχῇ καὶ παναρμονίους διδοὺς λόγους, ἁπλοῦς δὲ ἁπλῇ, οὐ πρότερον δυνατὸν τέχνῃ ἔσεσθαι καθ' ὅσον πέφυκε μεταχειρισθῆναι τὸ λόγων γένος, οὔτε τι πρὸς τὸ διδάξαι οὔτε τι πρὸς τὸ πεῖσαι, ὡς ὁ ἔμπροσθεν πᾶς μεμήνυκεν ἡμῖν λόγος.

B. πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς.] Haec verba, vulgo una cum sequentibus πρὶν ἂν κ.τ.λ. Socrati tributa, Phaedro adscribenda esse primus vidit Schleierm. Et sic codices aliquot. Mox Bodl. et alii nonnulli vitiose ἴδῃ.

κατ' αὐτό τε πᾶν ὁρ.] Sic codd. optimi atque plurimi loco vulg. κατ' αὐτό γε π., quod Steph. mutatum volebat in κἀτ' αὐτό γε π. Dein pro κατ' εἴδη Bodl. Vat. Ven. Σ Par. DT. κατίδῃ.

int. λόγοι. — τοῦτ' ἀεὶ ἀθ. παρ., sc. τὸ σπέρμα ἐκείνων τῶν λόγων. — Pro φυόμενοι ne quis φύονται scribendum putet, hic item intelligas εἰσί, quae tamen ratio paullo durior.

B. κατὰ ταὐτά] itidem, pariter.

D. εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος] Sic ἢ post εἴτε illatum De Rep. III. p. 533. B. Legg. V. p. 739. D. Aristoph. Nubb. 272. sqq. Alia suppeditabunt Schaefer. Melett. p. 5. Lobeck. ad Aiac. p. 245 sq. Iacobs ad Achill. Tat. p. 946. Intelligitur vero alius aliquis, Lysiae similis, id quod ex ipsa sententiae ratione facile intelligitur. Tum νόμους τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων adiectum est ad explicandum vocabuli δημοσίᾳ vim et potestatem. Quippe τὸ δημοσίᾳ γράφειν cernitur in eo, ut quis legum formulas componat eoque scriptionem πολιτικὴν exhibeat. Nam leges sunt συγγράμματα πολιτικά, ut p. 258. A. Itaque non haerendum in isto νόμους τιθείς, quod Schleierm. pro glossemate habebat, non dissentiente Heindorfio. Nam prius participium modum et rationem alterius indicat: *indem er Gesetze gebend eine Staatsschrift verfasst.* Proxima verba, in quibus omnem sententiae vim positam esse liquet, proprie de omni scriptionis genere accipienda videntur. Nam ego si quid video, res ipsa hanc fere postulat sententiam: ita ut sibi persuadeat scriptionibus suis insignem quandam inesse firmitatem et perspicuitatem, quum tamen in iis veri desideretur scientia et cognitio. Itaque rem si ad amus-

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν τοῦτό γε οὕτω πως ἐφάνη.

Cap. LXIII. ΣΩ. Τί δ' αὖ περὶ τοῦ καλὸν ἢ αἰσχρὸν εἶναι τὸ λόγους λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ D ὅπῃ γιγνόμενον ἐν δίκῃ λέγοιτ' ἂν ὄνειδος ἢ μή, ἆρα οὐ δεδήλωκε τὰ λεχθέντα ὀλίγον ἔμπροσθεν —

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Ὡς εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, νόμους τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, καὶ μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν, οὕτω μὲν ὄνειδος τῷ γράφοντι, εἴτε τίς φησιν εἴτε μή. τὸ γὰρ ἀγνοεῖν ὕπαρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι E

διειδὼν κατὰ ταὐτά] V. κατὰ ταῦτα, quod correxit Bekker.
C. περὶ τοῦ καλὸν] περὶ τὸ κ. Bodl. Vat. Ven. II.
D. ἢ μή, ἆρα οὐ δεδήλωκε] Vulgatum εἰ μὴ ἄρα correxerunt Cornar. et Heindorf. Et ἢ in Parr. DE. superscriptum exstat.
ἢ γράψει ἰδίᾳ] V. γράφει, quod e Bodl. ΔΞΠDNOPT. Flor. g. h. ϑ. Vind. 7. Mon. correctum. Mox Δ habet ἑαυτῷ pro ἐν αὐτῷ. Par. P. ἐν ἑαυτῷ.

sim exigimus, hoc fere modo scriptum esse oportuit: σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, μεγάλην τινὰ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἡγούμενος βεβαιότητα καὶ σαφήνειαν ἐνεῖναι. Quocirca Astius orationem censet, interpositis post δημοσίᾳ verbis νόμους τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, ita esse mutatam, ut sequentia proxime praegressis annexa sint et ad ea conformata. Qua ratione acquiesceremus, nisi suppeteret etiam alia difficultatis tollendae ratio. Legendum enim cum codd. quibusdam ἑαυτῷ vel αὑτῷ, ut sibi pro suis libris dictum sit. Ceterum καὶ ante μεγάλην perperam deletum ivit Heindorf. Est enim idem fere quod καὶ ταῦτα, et quidem, idque, adeo; de quo v. Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 985. Ad ἡγούμενος — σαφήνειαν iut. εἶναι vel οὖσαν. v. Matthiae Gr. §. 534. ann. 2. p. 1241. ed. 3. Similiter Sophocl. Electr. 899. ὧν δ' ἐν γαλήνῃ πάντ' ἐδερκόμην τόπον, se. ὄντα.

E. ὕπαρ τε καὶ ὄναρ] h. e. omnino. Dictio proverbialis, ut οὔτ' ὄναρ οὔθ' ὕπαρ, quo Plato Phileb. p. 36. E. al. utitur; v. Lobeck. ad Phryn. p. 422 sqq. Dein ἀγνοεῖν cum περὶ et genitivo iunctum, quemadmodum ἐπίστασθαι, εἰδέναι, ἐπαΐειν, de quibus dictum est supra. Ad οὐκ ἐκφεύγει sequente μὴ οὐκ ἐπ. εἶναι contendas Isaeum De Apollodor. heredit. §. 3. οὐ διαφεύγει μὴ οὐ — γιγνώσκεσθαι. Plat. Sophist. p. 235. B. οὐκέτ' ἐκφεύξομαι — τὸ μὴ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τῶν θαυματοποιῶν εἷς. v. Wex ad Sophocl. Antig p. 142.

καὶ κακῶν καὶ ἀγαθῶν οὐκ ἐκφεύγει τῇ ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι, οὐδὲ ἂν ὁ πᾶς ὄχλος αὐτὸ ἐπαινέσῃ.

ΦΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἑκάστου παιδιάν τε ἡγούμενος πολλὴν ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ οὐδένα πώποτε λόγον ἐν μέτρῳ οὐδ' ἄνευ μέτρου μεγάλης ἄξιον σπουδῆς γραφῆναι οὐδὲ λεχθῆναι, ὡς οἱ ῥαψῳδούμενοι ἄνευ ἀνακρίσεως καὶ διδαχῆς πει-
278 θοῦς ἕνεκα ἐλέχθησαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτῶν τοὺς βελτίστους εἰδότων ὑπόμνησιν γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς διδασκομένοις καὶ μαθήσεως χάριν λεγομένοις καὶ τῷ ὄντι γραφομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικαίων τε καὶ καλῶν

E. ὡς οἱ ῥαψῳδ.] Schleierm. coni. ὅσοι.

P. 278. αὐτῶν τοὺς β.] Bodl. Vat. al. αὐτῷ. male.

ἐν μόνοις τό τε ἐναργὲς] V. ἐν μόνοις ἡγούμενος τό τε ἐν. Participium non iterant Δ. et pr. Π. cum Bodl. Delevit etiam Bekker.; irrito conatu nuper defendit Buttm. Mox cum Heindorfio correxi αὑτοῦ pro αὐτοῦ.

τὸν ἐν ἑαυτῷ] αὐτῷ Bodl.

Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ —] Qui vero in scripto de quacunque re sermone necessario multum lusum inesse arbitratur, nec unquam ullum sermonem versibus vel sine versibus multo dignum studio scriptum putat aut dictum esse, sicuti ῥαψῳδούμενοι illi sermones nulla adhibita disquisitione et explicatione persuadendi causa recitari consueverunt; sed revera optimos eorum scientibus recordationi inservisse etc. In his verba: ὡς οἱ ῥαψῳδούμενοι — ἐλέχθησαν, nescio cur interpretibus tam multum negotii creaverint. Continent enim explicationem praecedentis οὐδὲ λεχθῆναι. Nam quum Socrates negavisset ullam unquam orationem magno dignam studio scriptam aut dictam esse, alterum hoc accuratius erat explicandum. Monet igitur hoc de iis tantum valere orationibus, quae sine accurata rerum pervestigatione recitarentur eo tantum consilio, ut efficeretur aliqua persuasio. Quod nemo est quin videat de orationibus sophisticis et forensibus esse accipiendum. Quippe hae necessario erant ab iis sermonibus discernendae, qui μαθήσεως χάριν, ut deinceps ait,

καὶ ἀγαθῶν [ἐν] μόνοις τό τε ἐναργὲς εἶναι καὶ τέλεον καὶ ἄξιον σπουδῆς· δεῖν δὲ τοὺς τοιούτους λόγους αὐτοῦ λέγεσθαι οἷον υἱεῖς γνησίους εἶναι, πρῶτον μὲν τὸν ἐν ἑαυτῷ, ἐὰν εὑρεθεὶς ἐνῇ, ἔπειτα εἴ τινες τούτου ἔκγονοί τε καὶ ἀδελφοὶ ἅμα ἐν ἄλλαισιν B ἄλλων ψυχαῖς κατ' ἀξίαν ἐνέφυσαν· τοὺς δὲ ἄλλους χαίρειν ἐῶν — οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει, ὦ Φαῖδρε, εἶναι οἷον ἐγώ τε καὶ σὺ εὐξαίμεθ' ἂν σέ τε καὶ ἐμὲ γενέσθαι.

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν ἔγωγε βούλομαί τε καὶ εὔχομαι ἃ λέγεις.

Cap. LXIV. ΣΩ. Οὐκοῦν ἤδη πεπαίσθω μετρίως ἡμῖν τὰ περὶ λόγων· καὶ σύ τε ἐλθὼν φράζε

B. οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κ.] διὰ BDNOP. Flor. g. Vind. 4. Male.
καὶ σύ τε ἐλθών] Flor. g. h. Vind. 4. 7. α. NP. καὶ σύ γε, quod iam non probaverim. v. ann. Deinde vett. editt. καταβάντες, quod est in uno Par. G. et Flor. a ideoque recte mutatum. Quamquam legi videtur etiam in Bodl. Pro vulg. ἐς τὸ N. e Bodl. ΔΠ ΣDOP. εἰς recepi. Porro vett. editt. καὶ Μουσῶν ἠκούσαμεν λ. Sed Bas. 2. cum Flor. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. alii μουσεῖον. Bodl. Vat. et Ven. Π. μούσιον. Vulgatam lectionem ne unus quidem liber tuetur.

instituuntur atque philosophis digni sunt. Quae si probabiliter disputavimus, nemo iam erit, qui aut cum Astio totum hoc comma tanquam ingenii male sani foetum abiiciendum, aut cum Schleiermachero et Heindorfio ὅσοι pro ὡς οἱ legendum censeat. Ceterum ἀνάκρισις, quae proprie in iudicio habebat locum, cum Heindorfio intelligenda de disquisitione et censura orationum. Διδαχὴ cutem refertur ad eos, qui doaent, qua quidque de causa dixerint et explicaverint.

P. 278. μαθήσεως χάριν λεγομένοις —] h. e. in philosophis orationibus. Mox aut ἐν τούτοις μόνοις cum Heindorfio corrigendum, aut ἐν funditus delendum, quandoquidem in eiusmodi repetitionibus sola praepositio sine pronomine stare non potest. Winckelmannus pro ἐν sufficit λόγοις, quod vel audaciae nomine displicet. Nobis assentitur Hermannus et Hirschigius. Ceterum τὸ ἐναργὲς respondet τῇ σαφηνείᾳ, τὸ τέλεον autem τῇ βεβαιότητι, quam antea commemorabat.

ἐὰν εὑρεθεὶς ἐνῇ] h. e. ab ipso inventus.

B. οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνήρ] Post longiorem verborum ambitum subiectum denuo infertur pronomine οὗτος iterata

Λυσίᾳ, ὅτι νὼ καταβάντε εἰς τὸ Νυμφῶν νᾶμά τε
C καὶ μουσεῖον ἠκούσαμεν λόγων, οἳ ἐπέστελλον λέγειν Λυσίᾳ τε καὶ εἴ τις ἄλλος συντίθησι λόγους, καὶ Ὁμήρῳ καὶ εἴ τις ἄλλος αὖ ποίησιν ψιλὴν ἢ ἐν ᾠδῇ συντέθεικε, τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅςτις ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ὀναμάζων συγγράμματα ἔγραψεν, εἰ μὲν εἰδὼς ᾗ τἀληθὲς ἔχει συνέθηκε ταῦτα καὶ ἔχων βοηθεῖν, εἰς ἔλεγχον ἰὼν περὶ ὧν ἔγραψε, καὶ λέγων

C. ᾗ τἀληθὲς ἔχει συνέθηκε ταῦτα] V. συντέθεικε, quod est in solis Parr. EF.

λέγεσθαι τὸν τοιοῦτον] τὸν. om. Bodl.

δὲ particula, de qua ratione v. Heindorf. ad Protagor. p. 313. D. ad Phaedon. p. 81. B. al. Non igitur δὲ debebat in δὴ commutari.

ὅτι νὼ καταβάντε — ἠκούσαμεν λόγων] Quanquam neutiquam spernendum est, quod legebatur vulgo, καταβάντες, de qua ratione v. ad p. 256. C., tamen dualem codicum auctoritate recipiendum duximus. Gorg. p. 481. D. τυγχάνομεν ταὐτὸν πεπονθότε. Eurip. Helen. 828. πείσαντε δ' ἐκ γῆς διορίσαιμεν ἂν πόδα; ubi vel metrum prohibet, quominus πείσαντες scribatur. Ceterum τε verbis: σύ τε ἐλθὼν κ.τ.λ. interpositum non habet in proximis quod ipsi respondeat. Enimvero mutatur deinceps tenor orationis, quandoquidem infra sect. E. a Socrate pergitur sic: ταῦτα τοίνυν τῷ ἑταίρῳ φράζε: cui a Phaedro respondentur haec: τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν — Ἰσοκράτην. Itaque Socrates videtur ab initio fere hoc in animo habuisse: καὶ σύ τε ἐλθὼν φράζε Λυσίᾳ, καὶ ἐγὼ Ἰσοκράτει φράσω. Alia similia notavimus ad Gorg. p. 524. B. Remp. VII. p. 522. B. Phaedon. p. 63. C. al.

καὶ μουσεῖον] Intelligitur Nympharum illud καταγώγιον, cuius mentio iniecta est p. 238. C. et p. 241. E. —

οἳ ἐπέστελλ. sc. οἱ λόγοι.

C. ποίησιν ψιλὴν] h. e. musicis carentem modis. v. Ast. ad Legg. II. p. 669. D. Dorvill. ad Charit. p. 411. Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 136. Itaque additur ἢ ἐν ᾠδῇ.

ὅςτις ἐν πολιτικοῖς λόγοις —] Acuta est Schleiermacheri coniectura, scribendum putantis συλλόγοις. Vulgatum ita tuetur Ast., ut λόγοι concretum dicat pro orationum vel scriptionum genere poni: in civili dicendi ac scribendi genere.

εἰς ἔλεγχον ἰὼν] zur Prüfung schreitend, explorare, instituens ea, de quibus scripsit. Est enim ἔλεγχος saepe quaestio, exploratio. Similiter dicitur εἰς λόγους ἰέναι, zur Verhandlung schreiten.

τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι] h. e. tanquam deteriora viva oratione, quandoquidem suo ipse

αὐτὸς δυνατὸς τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι, οὔτι τῶνδε ἐπωνυμίαν ἔχοντα δεῖ λέγεσθαι τὸν τοιοῦτον, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐσπούδακεν ἐκείνων. D

ΦΑΙ. Τίνας οὖν τὰς ἐπωνυμίας αὐτῷ νέμεις;

ΣΩ. Τὸ μὲν σοφόν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον ἢ τοιοῦτόν τι μᾶλλόν τε ἂν αὐτῷ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι.

D. ἢ τοιοῦτόν τι μ.] V. τι τοιοῦτον, praeter fidem codicum optimorum. Pro τε unus Steph. γε dedit. Dein vett. editt. αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι: sed recte Bodl. ΔΞΠDNOPT. Flor. g. h. ϑ. Vind. 7. α. καὶ omittunt.

exemplo declarat, scriptiones suas indigere vivae vocis auxilio. Sympos. p. 179. C. ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους ὄντας. Gorg. p. 516. A. ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα. Ibid. C. ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵος παρέλαβε. Theaet. p. 164. D. οὐκ εἰδότα ἀπεδείξαμεν καὶ ἅμα μεμνημένον. Ibid. p. 166. A. γέλωτα δῆτα ἐμὲ — ἀπέδειξεν. Phaedon. p. 72. C. τελευτῶντα πάντα λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειεν, ubi v. ann. Plutarch. C. Graccho p. 835. B. ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥήτορας παίδων μηδὲν διαφέροντας. Lucian. Nigrin. §. 3. T. I. p. 42. τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, ubi plura Hemsterh. Deinde non est cur scribatur ἔχοντα δεῖν λέγεσθαι, sicut olim Heindorf. volebat, qui tamen postea ipse suam retractavit sententiam ad Phaedon. p. 91. B. Videlicet inde a verbis εἰ μὲν εἰδὼς recta orditur oratio, ut Nymphae ipsae loquentes introducantur. In quibus ne quis ὅτι vel ὡς desideret, eiusdem generis exempla sunt De Rep. VI. p. 492. E. Sophist. p. 231. C.D. Politic. p. 293. C. Mox ne quis tentet οὔτοι τῶνδε, conferatur Hipp. Mai. p. 297. E. Theaet. p. 156. E. p. 161. B. Cratyl. p. 393. B. De Rep. II. p. 373. E. IV. p. 438. E. collat. annot. ad Phileb. p. 13. C. et ad Sympos. p. 189. B. Hinc iam De Republ. I. p. 331. B. ex Par. A. pro ἀλλ' οὔτοι παντὶ ἀνδρὶ legendum puto ἀλλ' οὔτι π. ἀ. Sensus horum verborum hic est: Si quis oratorum, poëtarum, legislatorum, eorum quae scripserunt reddere potest rationem idoneam, is non orator aut poëta aut legislator est appellandus, sed alio dignus videtur nomine. Nam etsi sapientis quidem nomen maius est et excelsius, quam quod in humanam conveniat imbecillitatem, tamen philosophi nomine erit ornandus, quippe qui incensus sit sapientiae studio. Philosophi nomen primum a Pythagoreis inventum et frequentatum esse docebunt quae disputarunt intpp. ad Cic. Tuscul. V. 3. et Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. T. IV. p. 118 sq.

D. τὸ μὲν σοφὸν — θεῷ μόνῳ πρέπειν] Similiter Parmenid. p. 134. C. οὐκοῦν εἴπερ τι ἄλλο αὐτῆς ἐπιστήμης μετέχει, οὐκ ἂν τινα μᾶλλον ἢ θεὸν φαίης

ΦAI. Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα τιμιώτερα ὧν συνέθηκεν ἢ ἔγραψεν ἄνω κάτω στρέφων ἐν χρόνῳ,
E πρὸς ἄλληλα κολλῶν τε καὶ ἀφαιρῶν, ἐν δίκῃ που ποιητὴν ἢ λόγων συγγραφέα ἢ νομογράφον προςερεῖς;

ΦAI. Τί μήν;

ΣΩ. Ταῦτα τοίνυν τῷ ἑταίρῳ φράζε.

ΦAI. Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν.

ἄνω κάτω στρέφων] Sic optimi et plurimi libri. Vulgo ἄνω καὶ κάτω στρ.

E. ἐν δίκῃ που] ἐν Bodl. aliique non pauci omittunt, probantibus Turicenss. Sed excidit ἐν propter syllabae proximae exitum. Recte vero nuper που e Bodl. ΔΠNOPT. Flor. g. Vind. 4. 7. a adiectum.

ἔχειν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην; Ἀνάγκη. Pythagoricam sententiae originem produnt Cicer. Tus. V. 3. Diog. Laërt. Rooem. §. 12.

οὐδέν γε ἄπο τρόπου] Retracto accentu scripsi ex sententia veterum grammaticorum, quam illustravit Schaefer. Melett. critt. p. 51 sq. Legitur formula etiam Tim. p. 25. E. Theaet. p. 143. C. p. 179. C. de Republ. p. 470. B. Phileb. p. 34. A. Contrarium est πρὸς τρόπου.

Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα —] Eum, qui omnes ingenii vires exhauserit in consarcinandis scriptionibus suis, neque quidquam praeterea in promtu habeat, quod iisdem de rebus disputet, non philosophi, sed poëtae, rhetoris et legislatoris nomine ornandum esse arbitratur. — ἄνω κάτω στρέφειν nunc dicitur qui prae consilii inopia rem huc et illuc versat, ut tandem aliquando aliquid extricet et perficiat. Ceterum modo ἄνω καὶ κάτω, modo ἄνω τε καὶ κάτω, modo ἀσυνδέτως, ἄνω κάτω, dici, ex Phileb. p. 43. A. Sophist. p. 242. A. Gorg. p. 481. D. E. p. 495. A. 511. A. De Rep. VI. p. 508. D. Phaedon. p. 90. C. Protagor. p. 356. D. Cratyl. p. 386. D. E. Theaet. p. 153. D. p. 195. C. Lachet. p. 196. A. Ion. p. 541. E., aliis locis, constat. — ἐν χρόνῳ, diu.

Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις;] Ita malui distinguere cum Stephano, quam cum Ald. et Bass. uno tenore legere τί δὲ σὺ πῶς ποιήσεις; quanquam non sum nescius non tantum πῶς τί, sed etiam τί πῶς ita dici, ut duplex eiusdem sententiae ambitu interrogatio concludatur. Phileb. p. 58. A. σὺ δὲ τί πῶς, ὦ Πρώταρχε, διακρίνοις ἄν; Eurip. Helen. 873. Ἑλένη, τί τἀμὰ πῶς ἔχει θεσπίσματα; Quippe maior cernitur in pronomine σὺ

ΣΩ. Τίνα τοῦτον;

ΦΑΙ. Ἰσοκράτη τὸν καλόν. ᾧ τί ἀπαγγελεῖς, ὦ Σώκρατες; τίν' αὐτὸν φήσομεν εἶναι;

ΣΩ. Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης· ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω. 279

ΦΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι τε ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι· ὥςτε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν, προϊούσης τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λό-

Τί δὲ σύ; π. π.] *σὺ δὲ τί* ΠDNOPT. Vind. 2. 7. in Vind. α. est *σὺ δὲ τί ποιήσεις;*

Ἰσοκράτη τὸν καλόν] V. *Ἰσοκράτην*. Alteram formam praebuerunt Bodl. ΓΔΠDGOP. Vind. 1.

P. 279. *ἔτι τε ἤθει γεννικωτέρῳ*] V. *δέ*, quod e Bodl. aliisque multis emendatum.

vis oppositionis facta aliqua recitationis interstitione. Deinde *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ* ita accipiendum, ut prius ad universam sententiam sive ad verbum, posterius ad *τὸν σὸν ἑταῖρον* referatur. v. ad Protagor. p. 331. E.

Ἰσοκράτη τὸν καλόν] Isocratem fuisse familiarem ac discipulum Socratis praeter alios testatur Anonymus in Vita Isocrat. editioni Guil. Dindorfi praemissa p. VIII. Nec profecto negari potest eum Socraticae disciplinae documenta in scriptis suis satis manifesta reliquisse. Quocirca Plato iuvenem oratorem, de quo optima quaeque propter philosophiae studium speraret, non dubitavit opponere Lysiae, qui quod ille habere videbatur in se utique desiderari passus est. Sed de his satis videmur exposuisse in Prolegomenis, quae consulant, si qui de iis plenius edoceri cupiant. Ceterum totum hunc locum Latinum fecit Cicero Orator. c. 13.

P. 279. *ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λ.*] Cicero l. c. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum Lysiae orationibus comparetur. De *κατὰ* ita usurpato v. Matthiae Gr. p. 843 sq. Non minus notum *τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους* per periphrasin poni pro Lysiae orationibus. Quod vero Isocrates dicitur non esse cum Lysiae scriptionibus comparandus, quum proprie dici oporteret, tantum esse in Isocrate ingenium, ut eius orationes neutiquam cum Lysiae orationibus componere liceat, miramur sane Stephanum in hoc genere loquendi haesisse, quod et Graeci et Latini magnopere frequentarunt. cfr. ad Protagor. p. 358. D. Sympos. p. 218. E. de Rep. VIII. p. 554. D. De Latinis praeter alios disputavit Heusinger. ad Cicer. Offic. I. 22, 7., qui cum hoc loco

γους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων. διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων, ἔτι τε, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ
B θειοτέρα. φύσει γάρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. ταῦτα δὴ οὖν ἐγὼ μὲν παρὰ τῶνδε τῶν θεῶν ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ, σὺ δ' ἐκεῖνα ὡς σοῖς Λυσίᾳ.

ΦΑΙ. Ταῦτ' ἔσται. ἀλλ' ἴωμεν, ἐπειδὴ καὶ τὸ πνῖγος ἠπιώτερον γέγονεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εὐξαμένω πρέπει τοῖςδε πορεύεσθαι;

ΦΑΙ. Τί μήν;

B. Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ] Bodl. ΓΠΣΦBCDEHT. r. ἐξαγγέλλω, quod Voegelino auctore ediderunt Turicc. ἐξαγγέλω DG. Rectissime Vat. Δ ἐξαγγελῶ, ut vulgo scriptum legitur.

εὐξαμένω πρέπει] V. εὐξαμένῳ errore. Hermannus tamen propter subsequens μοι tuendum censet.

apte contendit Cic. de Orat. I. 44. si „cum illorum Lycurgo et Dracone nostras leges conferre volueritis.

πλέον ἢ παίδων διενέγκοι] Breviter dictum pro ἢ ἄνδρες παίδων. v. Matthiae Gr. §. 453. ann. 1. p. 1016. ed. 3. Cicero l. c. si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis praestet omnibus. Ex qua interpretatione Bergmannus ad Elogium Hemsterhusii et Vitam Ruhnken. Lugd. Bat. 1824. p. 311. scribendum coni. πλέον ἢ παίδων ἁπάντων τῶν ἄλλων διενέγκοι κ.τ.λ. Lenius etiam hunc in modum correxeris: πλέον ἢ παίδων διενέγκοι πάντων τῶν π. Sed non opus mutatione. Apte Stephan. comparat Epist. IV. p. 320. C. προςήκει πλέον ἢ παίδων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν. — ἔτι τε, intell. οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν.

B. ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει] Ad σὺ δ' ἐκεῖνα apparet ἐξαγγελεῖς esse intelligendum, quod dictum sit pro imperativo.

εὐξαμένω πρέπει] Πρέπειν cum accusativo et infinitivo iunctum, ut Protagor. p. 312. B. Sympos. p. 196. E. Phaedon. p 61. D. Sophist. p. 230. quae constructionis exempla iam attulit Astius. Unde orta sit lectio vulgata εὐξαμένῳ, vix est cur moneamus. Etenim putarunt critici ob insequens μοι Socratem non pro utroque, sed pro se solo preces facere. Atqui fas tamen putat esse, utrumque preces fundere. Unde deinde Phaedrus: ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου. Mirum igitur accidit, quod nuper etiam Hermannus cum Voegelino numerum singularem εὐξαμένῳ tueri conatus est. — τοῖςδε „est digito monstrantis simulacra deorum." Heindorf.

Ὦ φίλε Πάν τε — σώφρων] Egregie hae preces ac-

ΣΩ. Ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· ἔξωθεν δὲ ὅσα ἔχω τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομί- C ζοιμι τὸν σοφόν. τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

Ἔτι ἄλλου του δεόμεθα, ὦ Φαῖδρε; ἐμοὶ μὲν γὰρ μετρίως ηὖκται.

ΦAI. Καὶ ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

ΣΩ. Ἴωμεν.

ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί] ΞΣΦr. Flor. g. h. Clem. Alex. Strom. II. p. 368. A. ed. Sylb. ὅσοι ἄλλοι.

ἔξωθεν δὲ ὅσα] τἄξωθεν, quod e Bodl. Flor. a. c. ϑ. ΓΔB CEFGH. Clemente mutatum Nonnulli ἔξω habent.

commodatae sunt ad argumentum, quod adhuc Socratis sermone illustratum est. Quod enim orat, ut intus in pectore gerat pulcritudinem, eique concordent externa bona, si quae possideat; eo significat, nisi fallor, non externum splendorem inanemque speciem captari oportere', sed veram animi virtutem esse comparandam. Quo ipso carpitur Lysias, quem antea iudicavit inanem artis oratoriae laudem aucupari, vera sapientia esse destitutum. — ἄγειν καὶ φέρειν nunc simpliciter est ferre, portare, ut Heindorfius docuit.

κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων] Schol. ad h. l. κοινὰ τὰ τῶν φίλων, ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἔπειθε τοὺς αὐτὴν κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτῆσθαι.κ.τ.λ. Pythagoricam proverbii originem agnoscunt etiam alii. v. Rittershus. ad Porphyr. de Vit. Pythag. p. 199 sq. ed. Kiessl. Beier. ad Cic. Offic. T. I. p. 124. Ceterum Schneider. ad Polit. IV. p. 424. A. Scholiastam ait hoc loco legisse τὰ φίλων, ut est Lysid. p. 207. C. Legg. V. p. 739. C. de Rep. V. p. 449. C. Et sane ita apud Ruhnkenium scriptum exstat. Veruntamen codd. hic utrumque articulum abunde tuentur.

ERFORDIAE,
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1857.

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT.

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV. SECT. II.

CONTINENS

MENEXENUM, LYSIDEM, HIPPIAM UTRUMQUE, IONEM.

EDITIO SECUNDA
PLURIMUM EMENDATA ET LOCUPLETATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

PLATONIS

MENEXENUS.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA PLURIMUM EMENDATA ET LOCUPLETATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE,
SUMTIBUS HENNINGS.
MDCCCLVII.

PROLEGOMENA

ad

MENEXENUM.

Menexenus Platonis dubitari non potest quin cum Phaedro philosophi arctissima argumenti atque consilii necessitudine contineatur. Nam in Phaedro quidem meminimus exemplo orationis amatoriae Lysianae subtiliter demonstrari, artificiosiorem rhetoricam, e schola magistrorum Siculorum profectam et a sophistis quoque factitatam, quia a veritatis studio sit alienior et non tam docendi quam persuadendi rationem sequatur, tanquam vanam et inanem verisimilitudinis captatricem exagitari adeoque artis nomine privari. In Menexeno autem, dummodo liber recte intellectus eiusque ars et compositio prudenter existimata fuerit, certe id agi fatendum erit, ut iudicium in Phaedro de rhetoricae vitiositate expromtum etiam alia ex parte confirmetur atque illustretur, id quod etiam ex eo verisimile fit, quod libellus propter pacis Antalcideae mentionem p. 245. E. in eo iniectam nullo pacto ante Olymp. 98. 2. = 387. scribi aut in lucem emitti potuit, ut non ita multo post Phaedrum compositus esse putari debeat. Nimirum videtur philosophus, posteaquam Phaedrum in vulgus emiserat, fortasse ipse sensisse aut ab aliis admonitus esse, iudicium illud de arte oratoria, quod in hoc libro defendisset, ideo minus iustum ac probabile ha-

bitum iri, quia ab unis maxime orationibus amatoriis iisque dudum scriptis esset repetitum, siquidem rhetores in aliis dicendi scribendique generibus multo maiora et excellentiora effecissent adeoque paullatim ad singularem quandam artis praestantiam et virtutem eluctati essent. Huic igitur opinioni ut occurreret suamque sententiam etiam certius confirmaret, in Menexeno etiam alia ratione docere studuit, quod nuper demum ostendere conatus erat. Quum enim non ante multum tempus in medium prodiisset Lysiae oratio funebris in laudem eorum scripta, qui in bello Corinthio pro patria cecidissent, quae novo posset esse documento, quid orator senex in dicendi genere demonstrativo et panegyrico praestaret, quumque rhetores laudationum funebrium habendarum occasione fere ita uterentur, ut in iis, quo populo placerent, omnes novae artis illecebras atque veneres expromerent, adeoque civium studiis et cupiditatibus humiliter blandirentur; philosophus hac temporum opportunitate ita uti apud animum constituit, ut non modo civilem quoque eloquentiam, sicuti eam quam taxasset antea, certe quidem unam ipsius partem, misere depravatam esse ostenderet, verum etiam ipsos rhetores atque Athenienses, qui non mediocrem culpae partem sustinerent, propter vitiositatem in istiusmodi arte oratoria elucentem rideret ac vituperaret. Quippe tractavit philosophus rem in Menexeno profecto aliter quam in Phaedro fecit, quandoquidem in illo argumentum non tam ad philosophiae subtilitatem exegit, quam ad ipsius vitae usum atque veritatem accommodavit. Obtenditur enim in hoc libro Atheniensibus pariter atque rhetoribus tamquam speculum quoddam, in quod intuentes utrique se suamque vanitatem planissime agnoscant, quandoquidem cives arguuntur vano inanique rerum suarum amore ridiculoque fastu occoecati rhetores istos suos ingenti cum voluptate audire solere vacuum tollentes ipsi plus nimio verticem; oratores autem quum aliis modis vanitatis accusantur, tum imprimis facete et urbane deluduntur oratione extemporali opera ad ipsorum imitationem composita atque iis omnibus tractationis artificiis referta, quibus utentes sibi videbantur nescio quid magni in arte oratoria atque civili praestare solere. Qua quidem ratione id efficitur, ut cla-

rissime intelligatur vanitatem Atheniensium ad eloquentiae depravationem, ac vicissim eloquentiae corruptelam ad alendam civium vanitatem valuisse. Quamquam philosophus hanc materiam sollertissime eo modo tractavit, ut simul ostenderit, qua ratione vel in summa artis depravatione civium animi usu ipsius ad virtutem et patriae amorem incitari et incendi possent. Sed haec quidem universe; agamus iam aliquando pressius accuratiusque dispiciamus, quaenam fuerint scriptionis Platonicae origines, caussae et consilia.

Constat igitur inter omnes, in praeclaris Atheniensium institutis, quae ad patriae amorem excitandum, alendum, firmandum comparata essent, imprimis etiam illud fuisse, quod publice fuit sancitum, ut in honorem eorum, qui pro republica in bello occubuissent, communia civium sollemnia haberentur, inter quae mortuis laudationes funebres ab oratoribus publice ad eam rem delectis dicerentur. Incertum est, unde hic mos, qui teste Demosthene adv. Leptin. p. 499. Lycurg. c. 12. Aristid. Panath. p. 310. ed. Dind. solis Atheniensibus proprius fuit *), duxerit originem, aliis eum a Solonis humanitate repetentibus, aliis ortum ipsius referentibus ad temporum Persicorum opportunitatem; de qua sententiarum diversitate exposuit Wesseling. ad Petiti Legg. Attic. p. 602. Verum istud quidem ut incertum sit, tamen illud ex Thucyd. II. 34. luculentissime intelligitur, fuisse eum belli Peloponnesiaci initio iam adeo fixum ac stabilitum, ut ceremoniae, quibus solemnia illa peragerentur, dudum constanti usu receptae essent **). Fieri autem non potuit quin eiusmodi sacra publica atque civilia orantibus largissimam interdum dicendi materiam suppeditarent, qua tractanda sibi eloquentiae laudem comparare studerent. Quod maxime inde ab eo tem-

*) De ritibus mortuos honorandi apud Graeciae populos usitatis v. Wachsmuths Antiq. Gr. II. p. 82. Hermann Lehrbuch der griech. Privatalterthümer (Heidelb. 1852.) §. 39. et quos hic ibi laudavit.

**) Has ceremonias luculente descripsit Thucyd. II. 34. Fiebant solemnia in Ceramico exteriore, ubi sepulcretum commune erat. v. Pausan. I. 29., 2. Leak. Athen. p. 322.

pore, quo studia cultioris eloquentiae Athenis vigere coeperunt, ita factum esse constat. Et primum quidem res de Pericle comperta habetur, qui, quum princeps videatur inter haec sollemnia artificiosius dixisse, quandoquidem teste Cicerone ante ipsum Athenis omnino eloquentia ratione et doctrina suffulta prope nulla fuit, tum ea in re tanta virtutis laude excelluit, ut non modo superiorum omnium, qui publice dixissent, memoriam obscuraverit, verum etiam posteriorum studia ad laudum suarum aemulationem mirum quantum excitaverit atque commoverit. Quippe recitavit ille teste Thucydide II. 34. sqq. pro iis, qui primo anno belli Peloponnesiaci occisi erant, orationem longe praestantissimam, quae postea fere pro exemplo quodam perfectae eloquentiae habita est, ad cuius imitationem sese componere deberent, quicunque in tali caussa laudabile quid efficere vellent. Cuius quidem orationis summam Thucydides l. c. c. 35 — 46 arte plane divina ita retulit, ut eam legentes propemodum videamur ipsum summum oratorem dicentem audire, cuius ille mentem ac sententiam ad ipsius veritatis fidem quam accuratissime expressit *). Etenim vir ingeniosissimus et in re publica clarissimus quum pro egregio mentis quo pollebat acumine facile perspexisset, parum esse pro temporum praesentium conditione occisis militibus vulgari modo parentare, oblata dicendi opportunitate ita usus est, ut civium animi quum ad patriae caritatem inflammarentur, tum ad honestam studiorum et consiliorum contentionem atque constantiam permoverentur. Quocirca prudentissime rem ita instituit, ut cum rerum praesentium tractatione universae reipublicae Atheniensis laudes coniungeret omninoque nihil praetermitteret, quod in re luctuosissima animos civium erigere, sustentare et ad communis salutis studium et amorem inflammare posset. Digressus est igitur ad civitatis Atticae primordia laudavitque principes eius conditores. Praeconiis item ornavit reipublicae Atheniensis formam ac disciplinam callide et prudenter cum Lacedaemoniorum moribus et in-

*) V. quae ea de re disseruit Poppo ad II. c. 35. in. p. 58. ed. Gothan.

stitutis comparatam. Tum ad rem praesentem transgressus ostendit, honestum esse atque gloriosum pro patria mortem oppetere, eoque nomine eos beatos praedicavit, qui sanctissimo huic officio nulla in parte defuissent. Quibus omnibus expositis denique etiam reliquos cives imprimisque parentes ac filios eorum, qui vita essent defuncti, cohortatus est ad constans et perpetuum similis virtutis studium, simulque etiam demonstravit, viduis orbisque filiis illorum quantum curae pariter atque honoris respublica tribuere soleret, ut omnes inde non modo solatium haurire sed etiam generosam superbiam assumere possent. Haec igitur fuit ratio atque via, quam summi ingenii vir in tractando argumento sanequam magno ac difficili ingressus est, quo civium suorum animos ad retinendam patriae caritatem et ad servandam in persequendis studiis et consiliis suis constantiam incenderet atque inflammaret. Quam quidem apparet utique fuisse talem, ut, servata nativae eloquentiae vi et gravitate, id unum maxime in dicendo spectaverit, ut in animis civium generosiores excitarentur sensus, quales praesentis temporis rationes vel maxime exigere viderentur. Quocirca ille in hac oratione plane talis extitit, qualem eum describit Plato in Phaedro p. 270. A. sq. ubi Socrates ipsum ait ceteris oratoribus eo praestitisse, quod Anaxagorae physici fuerit auditor; a quo eum censet quum alia praeclara quaedam et magnifica didicisse, tum imprimis illud accepisse, quod gnarus fuerit naturae animorum ac probe perspectum habuerit, quibus occasionibus et quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur. Et videtur sane optandum fuisse, ut mascula ista atque sana nullisque corrupta vanae artis lenociniis eloquentia, quam iure mere Atticam dixeris, perpetuo vigeret neque umquam exolesceret. Certe quidem philosophus eam in Phaedro tanti aestimavit, ut eam, utpote non a philosophiae studiis abhorrentem, unice dilexerit. Sed longe aliter res mox evenit, ubi rhetores e schola Sicula profecti hanc scribendi dicendique provinciam occupaverunt; id quod brevi post Periclis obitum ita factum esse verisimile, imo prope certum est, quandoquidem iam initio belli Peloponnesiaci ita accidit, ut rhetorica artificiosior atque tricis et argutiis sophisticis oppleta florere inciperet.

Prodiit enim tum in hunc campum Gorgias ille Leontinus, qui Siculorum artificum eloquentiam primus in Graeciam importavit atque docuit. Is enim narratur orationem funebrem composuisse novae eloquentiae ornamentis omnibus instructam, quae audientium animos mirifice caperet atque deleniret; de qua re v. Philostrat. p. 493. Foss. De Gorgia Leontino p. 78. sqq. Geelius De Sophist. in Act. Societat. Traiect. 1823. p. 60. sqq. Westermann. Histor. Eloquent. Graec. §. 32. ann. 7. et quos hic commemorat. Quae quidem oratio, cuius etiam nunc fragmentum fertur, de quo optime commentatus est H. E. Fossius De Gorgia Leontino p. 64. sqq., etiamsi non fuit publica sed privatim ostentandae artis et ingenii sollertiae caussa scripta, tamen eam vim habuit, ut mox plurimi rhetores illius potissimum auctoritatem sequerentur, adeoque ii, quibus publice de mortuis dicendum esset, orationes sibi expeterent more Gorgiano elaboratas. In iis vero, qui eiusmodi orationes funebres composuerunt, imprimis etiam Lysias extitit memorabilis. Hic enim laudationem scripsit in eos, qui Iphicrate duce Corinthiis auxilio missi erant, ut Olymp. 96. 4. in publicam lucem prodiisse videatur, sicuti iudicat etiam Krügerus ad Clinton. Fast. Hellen. p. 105., hoc est, sexennio fere ante quam Plato Menexenum in publicum foras emisit, aut secundum Schönbornium Olymp. 98. 2. = 387. a. Chr. n. Quae quidem oratio funebris videtur sane eadem esse, quae adhuc sub nomine Lysiae circumfertur, sicuti praeter alios iudicarunt etiam Fr. Schlegel. in Wielandii Museo Attico Vol. I. P. II. p. 261. sqq. Frid. Iacobs. Praefat. ad Attic. p. VIII. Schönborn. in Comment. Ueber das Verhältniss von Platons Menexenus zu d. Epitaphios des Lysias. (Guben 1830. 4.) p. 29. sqq. Nam qui eam Lysiae abiudicarunt, C. Valckenar. in Hemsterhusii et Valcken. Oratt. p. 218. ad Herodot. VII. 139. 160. IX. 27. Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 365. Sluiter. Lectt. Andocid. p. 281., Hölscher De Vita Lysiae p. 49. Meier. De Andocid. c. Alcibiad. III. p. 12. ii non satis videntur reputavisse, quod in hac caussa sanequam gravissimi est momenti, Lysiam alio dicendi genere in orationibus iudicialibus, alio in orationibus pane-

gyricis ac demonstrativis usum esse. In his enim dictionem consectatus est magis artificiosam et quaesito ornatu plenam, quae etiam sophisticum quiddam spiraret, quum in illis mira niteat simplicitate atque perspicuitate cum tenui subtilitate copulata. De qua re utiliter legeris etiam Westermann. Quaest. Demosthen. P. II. p. 32. sqq. et Krüger. Histor. Forsch. p. 102. et 232. sqq. Sed haec tamquam in transcursu. Fuit igitur etiam Lysias in numero eorum, qui istiusmodi orationem funebrem ad Gorgianae disciplinae rationem composuerunt. Neque vero, si quid ex verbis Socratis apud Platonem Menex. p. 234. C. sqq. coniicere licet, exiguus fuit numerus eorum, qui in eodem genere ambitiosius elaboraverunt, inter quos videntur etiam referendi esse Archinus et Dio, qui Menex. p. 234. B. memorantur tamquam ii, quos sperare liceat propediem oratores publice electum iri, ut in sacris funebribus, quae instent, verba faciant. Nimirum omnino quidem videtur hic mos tum invaluisse, ut orationes panegyricae eo stilo exararentur, qui referret artis novitiae splendorem ac magnificentiam adeoque temporum desideriis, quae ingruissent, plane accommodatus haberetur. Nam quum omnes artes reperiantur temporum rationibus inservire, tum nulla est facile, quae magis ab hominum ingeniis temporumque caussis pendeat quam eloquentia, maxime panegyrica. Itaque orationes id genus omnes, quae ex illa aetate adhuc superstites manserunt aut saltem ei attribuuntur, ad hunc modum sunt scriptae et elaboratae, ut ne Isocrateae quidem multum inde recedere existimandae sint, quamquam in iis ornamentorum oratoriorum usus paullo est temperatior. Iam vero haec quum procedente tempore ita evenisse certum et exploratum sit, tum operae pretium videtur animadvertere, qualis eloquentia haec panegyrica inde ab illo tempore vel ipsa evaserit vel vi et efficacia sua extiterit. Etenim primum quidem oratores isti omnes, Periclis exemplum aemulati, omnem illam dicendi materiam, quam is nobilissima sua oratione funebri tractaverat, ipsi quoque sibi tractandam sumserunt, quippe quum illam talem viderent esse, quae ad populi gratiam atque favorem comparandum esset longe accommodatissima. Itaque illi et ipsi in laudes Athenarum

cupide exspatiati sunt studioseque id egerunt, ut civium animos caperent, oblectarent, delenirent, sese putantes continuo germanos Pericles vel etiam maiores illo oratores fore, si sese argumenti delecti habita ratione ad illius exemplum composuissent atque res easdem novo more elegantius scilicet et ornatius tractavissent. Quo modo evenit, ut quum iidem fere loci vulgo ab omnibus illustrarentur atque populo Atheniensi laudes rerum suarum perpetuo occinerentur, res ipsae callide variandae, aliis atque aliis modis exornandae, denique multipliciter mutandae atque pervertendae essent, ne novitatis gratia disperiret, quam dicentes utique tanto cupidius sectabantur, quanto studiosius eadem etiam ab audientibus expetebatur. Itaque oratores hac rerum conditione propemodum necessitate coacti sunt rerum memoriam arbitratu suo tractare ac difingere, ut aliquid novi in medium afferrent, quod ab audientibus plausu exciperetur. Quod quam noxium morum honestati atque veritatis studio esse debuerit, adeo apertum est, ut vix verbo ea de re monere opus videatur. Verum accessit ad haec etiam aliud quid, quod hoc nomine etiam nocentius extitit atque turpius. Quum enim Pericli in dicendo hoc fuisset propositum, ut tempore periculosissimo animos civium ad patriae amorem accenderet et bona spe ac fiducia de rebus futuris impleret; tum illi generosiorum istorum sensuum plane incuriosi nihil sibi antiquius duxerunt, quam ut civibus humiliter blandirentur, quo citius scilicet ipsi clarorum rhetorum famam et existimationem adipiscerentur. Quod quidem tanto licentius sibi sumserunt, quod qui isti rhetorum disciplinae addicti erant, ii, sicuti Plato quum alibi tum imprimis in Gorgia et Phaedro ostendit, quoniam dicendi et intelligendi rationem plane seiunctam habebant, unam tantum verisimilitudinis speciem et persuasionis probabilitatem consectabantur. Itaque nec civiles isti oratores ullo modo dubitaverunt hac in re grassari longius. Exornarunt igitur arbitratu suo quae dicenda essent speciosius, quo sibi pariter atque audientibus gratum facerent, gravia et molesta callido silentio transmiserunt; ambigua et controversa in eam partem interpretati sunt, quae iucundi aliquid haberet; denique vera et contestata etiam argute perverterunt et splendidis men-

daciis oneraverunt, dummodo audientium studiis et voluntatibus satisfacerent eoque modo sibi gratiam eorum atque favorem colligerent. Unde quid denique consequens esse debuerit, ad suspicandum haud sane difficile est. Quippe vanitas ista oratorum etiam populi vanitatem aluit, quemodmodum vicissim inanis laudis cupiditas atque temeraria ambitio, qua civium animi occupati erant, fieri non potuit quin oratorum vanitatem atque fraudulentam calliditatem cum inani fastu coniunctam mirum quantum adaugeret. Ita factum est denique, ut ab istis oratoribus pro communi patriae amore, quem Pericles ob oculos habuerat, vana de rerum patriarum praestantia opinio inanisque superbia in civium animis nutriretur, quae non modo patriae caritati, verae quidem illi et germanae, sed etiam veri rectique amori plurimum officeret adeoque communi reipublicae saluti multum detrimenti importaret, quandoquidem fraus atque vanitas in privata pariter atque publica vita semper est maxime pestifera. Denique vero his omnibus coniuncta fuit etiam singularis species atque forma orationum ex tali fabrica, qualem schola Sicula constituerat, fere prodeuntium. Quum enim rhetorica ista non magnopere curaret orationis argumenta, sed unice effectus, quos in audientium animis habitura esset, spectare soleret, omninoque consisteret in artificiosa quadam et fallaci dicendi peritia, quam Gorgias maxime excoluerat; plurimum etiam tributum est orationis ornamentis arte quaesitis, quorum splendore tamquam mentis acies praestringeretur sensuumque titillatio quaedam auriumque voluptas pararetur. Itaque dictio illa veteris eloquentiae Atticae, quae gravitatem cum simplicitate, vim sententiarum cum verborum castitate consociaverat magisque sententiis quam verbis abundaverat (v. Cic. De Orat. II. 23. Brut. c. 7.), qualis etiam in oratione Periclea apud Thucydidem expressa cernitur, omnino cessit vanae verborum iactantiae et inani artificiorum rhetoricorum copiae, quae animos audientium feriret potius ac percelleret quam moveret aut ad veri scientiam atque cognitionem institueret, praesertim quum ea adhiberetur immoderatius. Nimirum oratores verborum blandimentis animis audientium non aliter gratiam et voluptatem parare conati sunt, quam artis

coquinariae periti ciborum deliciis corpus suaviter afficere student (Gorg. p. 462. C.). Quamquam ista omnia Atheniensibus tanto magis placuerunt tantoque vehementius sunt probata, quo magis laudes suas voluerunt quam elegantissime praedicari, quum interim oratores istis artibus imperitorum animos facilius captari probe vel potius improbe intelligerent.

Verum haec quidem satis pro consilio nostro de funebribus orationibus apud Athenienses usitatis deque genere dicendi in illis a rhetoribus adhibito. Quibus expositis tandem aliquando putamus facile demonstrari posse, de quo saepe ac multum a viris doctissimis dubitatum est, quid Plato in scribendo Menexeno potissimum spectaverit et qua ratione in condendo hoc opere versatus sit. Quippe nos quidem si quid iudicare possumus, totus liber maxime ad irrisionem tum civilium rhetorum tum civium Atheniensium comparatus est, qui utrique satis acriter corripiuntur propterea, quod arte rhetorica ad explendam miserandam quandam vanae laudis atque gloriae cupiditatem pessime abutantur; quo ipso id quoque efficitur, ut, quod iudicium in Phaedro de rhetorices a veritatis et sapientiae studio alienioris vilitate et inertia expromtum fuit, id etiam alia ex parte vel recentissimarum orationum panegyricarum habita ratione confirmetur. Quamquam tenendum est, Platonem callidissime rem ita instituisse, ut simul etiam qua ratione civium animi ad virtutem et patriae amorem instituendi essent, luculento exemplo declaraverit. Etenim Athenienses quidem ridentur atque deluduntur propter vanam inanemque superbiam, qua ventosos istos laudum suarum praecones, quantumvis veritatis rationes astute pervertant atque inani verborum iactantia utantur, tamen avidissime audire, admirari, dilaudare soleant. Qua ratione aperte notatur fastus illius insolentia, quo Athenienses coeca rerum suarum admiratione capti virtutibus suis mirifice superbiebant, licet dudum a patrum virtute plurimum descivissent; qui quidem fastus imprimis etiam ex vanorum oratorum adulatione nutrimentum ceperat, quemadmodum ipse vicissim ad alendam nutriendamque eloquentiae vanitatem non parum valuerat. Ea vero reprehensio et castigatio maxime continetur in priore libri parte, quae Socratis cum

Menexeno colloquium complectitur, perfusum illud lepidissimae et urbanissimae irrisionis salibus; quamquam eadem cernitur etiam in funebri oratione, quam pars altera libri continet, quippe quae passim tam callidam habet rerum ac sententiarum tractationem, ut non sine urbana quadam cavillatione vano illi laudis et gloriae studio attemperata sit, quo Athenienses utique flagraverunt. Rhetores autem vellicantur atque perstringuntur eo, quod quam vana sit atque fallax eorum eloquentia quamque ad unam speciem inanis verisimilitudinis comparata, ita ostenditur, ut eadem opera adulandi blandiendique artificia, quibus vulgo utebantur, in clarissima luce collocentur et tamquam trita et vulgaria, quae verae artis laude careant, rideantur atque subsannentur. Quod quidem primum apertius fit ab initio dialogi p. 234. E. sqq., ubi Socrates inter alia ostendit, quam parum illi in laudationibus suis rerum veritatem curent quantumque tribuant splendidorum et magnificorum verborum blandimentis ac lenociniis et quam ridiculi sint eo, quod iam multo ante, quam ad dicendum eligantur, orationes sibi conficiant aut conficiendas ab aliis curent, quo scilicet eas ediscant, licet sese simulent non praeparatos ad dicendum accedere. Deinde vero etiam tectius et occultius, sed tamen item satis aperte peragitur ipsa oratione funebri, quam Socrates ait secum ab Aspasia communicatam esse quamque totam Menexeno recitat. Etenim hac oratione dum mos atque ratio rhetorum sollertissima imitatione exprimitur, ut plane audire videamur oratorem aliquem e schola Sicula profectum et Gorgiae non absimilem, simul etiam opera tamquam ludibunda demonstratur, quam non difficile opus sit tales orationes vel extemporali dictione laudabiliter effingere, quippe quae in tanta rerum tractandarum incuria et veritatis vel superlatione vel neglectione non multam quaerendi operam requirant, et orationis ornatum referant mero usu collectum atque crebra loquendi exercitatione comparatum, qui ultro videatur unicuique ingenio non plane carenti maximam dicendi facilitatem afferre posse. Verum enim vero quum Plato isto modo artes rhetorum ad irrisionem comparatas egregie exploserit, tamen callidissimus rhetorum irrisor vel sic perfectum artis opus ad illorum mentem ac

sententiam elaboravit, ac seria cum iocis tam sollerti opera coniunxit, ut in exagitandis oratoribus ipse summus orator extiterit. Id quod etiam ipsi senserunt Athenienses, quibus teste Cicerone Orat. c. 44. Menexenus Platonis adeo est probatus, ut hanc orationem quotannis certo quodam die in populi concione recitari iuberent; id quod sponte intelligitur recisis dialogicis libri partibus ita factum esse. Nimirum Athenienses quum blandiloquis istis laudationibus semel essent assuefacti, irrisionis quae in libro inesset obliti, optimum factu iudicaverunt, ut Platonis orationem, utpote hoc in genere longe praestantissimam, in publicis mortuorum sollemnibus usurparent. In quo ut Academiae auctoritas aliquid valuerit, tamen sine dubio plurimum item valuit iudicium de illius praestantia inter omnes pervulgatum. Et consentiunt etiam critici recentiores de eius excellentia unanimi iudicio, ut narratio Ciceronis non temere in dubitationem vocanda videatur. Audias enim praeter alios Dionys. Hal., qui ceteroquin in priore ipsius parte affectatum figurarum rhetoricarum usum acerbiore censura exagitat, De vi dicendi Demosth. c. 23. T. VI. p. 1027. *κράτιστος δὴ πάντων τῶν πολιτικῶν λόγων ὁ Μενέξενος, ἐν ᾧ τὸν ἐπιτάφιον διέρχεται λόγον, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, Θουκυδίδην παραμιμούμενος, ὡς δ' αὐτός φησιν, Ἀρχῖνον καὶ Δίωνα.* coll. Rhet. VI. 1. p. 259. *παραδείγματα (λόγων ἐπιταφίων) ἐστί που καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πολιτικοῦ παρά γε τῷ τοῦ Ὀλόρου* (apud Thucydidem) *καὶ παρὰ τῷ τοῦ Ἀρίστωνος* (apud Platonem). Hermogen. De Ideis T. II. c. 10. p. 139. *ὁ δὲ πανηγυρικῶν λόγων κάλλιστος ἐν λέξει πεζῇ, οὐχ ὡς ἐν σχήμασι πολιτικοῖς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο πανηγυρικός, ὃς οὐδὲ πολιτικὸς ἴσως ἂν κληθείη, πάντως ἂν εἴη δήπου ὁ Πλατωνικός, κ. τ. λ.* Nimirum habet sane oratio Platonis singulares virtutes, ut etiamsi per facetum quoddam ludibrium ad vulgarium laudationum imitationem composita sit, tamen inter has ipsas mirum quantum excelluisse iisque palmam praeripuisse iure existimari debeat. Nam partium descriptio ac dispositio argumenti fere eadem est atque in oratione Periclis apud Thucydidem, quamquam singularum rerum ac sententiarum tractatio pro temporum, loco-

rum et personarum ratione alia extitit. Pericles enim c. 36. l. c. posteaquam verbis paucissimis maiorum virtutem praedicavit, argumentum orationis suae sic describit: ἀπὸ δὲ οἵας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον. Cum his vero contendas illa Menexeni p. 237. A. et facile intelliges Platonem plane eandem rationem sequutum esse. Tractatio rerum porro atque argumentatio per omnia iusto ordine procedit, ut nulla usquam animadvertatur sententiarum perturbatio aut rerum confusio, nisi sicubi de industria quaesita est, postulante id rhetorum imitatione perstringendorum consilio. Denique nec celsioris animi spiritus ullo modo in hac oratione desiderantur. Nam ut in laudatione factorum Atheniensium plurima argute quaesita, callide captata, inaniter exornata sint, tamen his ipsis sollertissime intertexta sunt, quae ad animos generosioribus sensibus et patriae amore imbuendos plurimum valeant, ut quum Atticam iam antiquitus humanam et diis caram fuisse docetur; quum ostenditur formam reipublicae eam esse, quae optimorum tantum principatum ferat; quum laudatur iuris aequabilitas et civium omnium communis libertas; quum victores Marathonii non modo propterea praedicantur, quod Persas non insuperabiles esse ostenderint, sed etiam ideo, quia exemplo suo patefecerint, omnes opes omnemque potentiam denique virtuti concedere; quum victores proelio navali ad Salaminem et Artemisium commisso cives suos edocuisse dicuntur, consociatis Atheniensium viribus nullum hostem ne potentissimum quidem mari aut terra posse resistere; quum Athenienses narrantur bellis Persicis finitis primi Graecis contra Graecos ad tuendam communem libertatem opitulati esse; quum civitatis humanitas et clementia celebratur, quae captis ad Sphagiam hostium ducibus, ne communi Graeciae saluti officeret, pacem inire maluerit, quam hostes pessumdare; quum animadvertitur, eos, qui naves ad Mitylenen interclusas obsidione liberaverint, gloriosis facinoribus suis demonstravisse, Athenas a nullo umquam hoste devinci posse; quum bello a Thrasybulo contra triginta tyrannos gesto concordiam civium singularem emersisse

eaque una patriam servatam esse declaratur, et quae sunt id genus alia, quae vel hodie attentius paullo legentes facile sentiamus plane ad nobiliores sensus in civium animis fovendos atque alendos comparata esse. Iam vero etiam altera pars orationis, quae perorationem complectitur, certe longe est gravissima plurimumque eodem valet quorsum spectaverat oratio Periclis, ut animi audientium quum ad omnem virtutem tum imprimis ad caritatem patriae incendantur. Quapropter adeo Dionysius Halicarnassensis, qui in reprehendenda priore orationis parte sanequam multus est, hanc perorationem non modo sine nota censoria transmittit, sed etiam singularibus ornavit laudibus. Itaque nos quidem etiam nunc verum esse putamus quod olim statuimus, inter hanc Platonis orationem in Menexeno perscriptam atque alias superiorum oratorum funebres declamationes eandem fere rationem intercedere, quae in Phaedro obtineat inter orationem amatoriam Lysianam et priorem Socraticam. Quemadmodum enim Socrates in Phaedro primum eam orationem declamat, quae, etiamsi idem plane argumentum habet, tamen Lysiana rerum tractandarum sollertia aliquanto sit praestabilior, ita idem in Menexeno habet orationem panegyricam, quae quum rhetorum callida atque speciosa ornamenta et fallacia artificia omnia satis fideliter referat, tamen in hoc ipso genere neutiquam contemnenda aut orationi Pericleae plane dissimilis censeri debeat.

Verum satis haec de Menexeni argumento, arte et compositione. Perspectum enim iam satis est, opinor, rideri in hoc libro Atheniensium vanam superbiam in audiendis probandisque oratoribus, inanibus laudum suarum praeconibus, conspicuam; rideri item et imitando deludi vanam rhetorum artis suae praestigiis populum decipientium sollertiam et calliditatem; utrumque autem ita fieri, ut Plato ipse in exagitandis studiis oratoriis vel servatis rhetorum artibus summus orator extitisse iudicandus sit.

Atque haec omnia si vere a nobis disputata sunt, certe nec adeo difficile de iis rebus erit iudicium, quae viris doctis saepe visae sunt ad diiudicandum difficiliores. De quibus quidem quam brevissime ordine deinceps explicare licebit.

Itaque primum quidem, opinor, nemini adhuc mirabile videbitur, quod Plato rerum gestarum narrationem non ubique ad veritatis normam atque regulam exegit. Quippe noluit profecto philosophus pro consilii sui ratione splendida oratorum mendacia, ex studiis ipsorum ultro enata, in opere suo abolere; imo ea consulto imitatione sua notare et arguere constituit.

Nec vero aliter iudicandum est de artificiosis rhetorum ornamentis passim insolentius adhibitis, quae quum ipse in Phaedro p. 266. sqq. acerbo sale perfricuerit, tamen eadem in Menexeno deliberato consilio cum urbana dicentium pariter atque audientium irrisione ad rem suam traduxisse et faceta imitatione expressisse existimandus est. Quod si animadvertisset Dionysius Halicarnassensis (T. VI. p. 1027. sqq.), iniquissimus philosophi exagitator, qui id unum fere egit, ut Demosthenem Platone eloquentiorem fuisse evinceret, et vero etiam animadvertissent ii critici, qui nuper in hac ipsa re mirum quantum offenderunt, certe nec iudiciis suis tam turpiter saepe ruissent nec tam inclementer in philosophum invecturi fuissent. At nimirum est haec profecto non ita raro insignis censorum virtus, ut de iis rebus pronuncient confidentius atque audacius decernant, quas ne ipsi quidem satis perspectas habent. Sed progredimur ad aliud quid, de quo paucis dicendum videtur.

Etenim putamus iam nec illud adeo dubium et incertum videri posse, de quo semper hominum doctorum opiniones vehementer fluctuaverunt, quisnam tandem fuerit, contra quem Plato Menexenum suum maxime scripserit et in lucem publicam emiserit. Suspicati sunt nonnulli, ut Gottleberus aliique, Platonem adversari voluisse laudationi Periclis, quam imitando superare studuerit. Quod profecto a veritate plurimum abhorrere dicendum est. Nam Periclem philosophus tamquam eloquentiae vere Atticae exemplum aemulandum quidem, nec vero contemnendum aut ridendum censuit. Fuerunt item qui perditam aliquam Alcidamantis aut Archini orationem delusam esse coniicerent, ut Spengelius Artium Scriptorr. p. 147. et Krüger. Stud. Histor. p. 238. sqq. Quae sententia item est veridissimilis, quando-

quidem in Menexeno Archinus et Dio memorantur quidem, sed ita memorantur, ut modo tamquam recentissimi oratores designentur, alio nomine non tangantur; Alcidamantis autem ne levissima quidem usquam fit significatio. Nec vero ullo modo perspicitur, cur hi uni potissimum petantur, quum Plato sine dubio omnem istorum importunorum laudatorum cohortem corripere et exagitare constituerit. Denique plurimi nuper critici, ex quibus praeter ceteros nominandi sunt Io. Henr. Iust. Köppen in libro: Platons Menexenus im Grundriss (Berol. 1790. 8.) p. 42. sqq. Fr. Schleiermacherus in Interpr. Germ. Praef. et Ann., Aug. Boeckhius in Annal. Heidelberg. a. 1808. Vol. I. p. 97. Schönborn. in Comment. Ueber das Verhältniss v. Platons Menexen. zu dem Epitaphios des Lysias (Guben. 1830. 4.) unum potissimum Lysiam telis petitum esse censuerunt, adeoque demonstrare conati sunt singulos quosdam locos Menexeni ad singulos locos Epitaphii Lysiaci vituperandos comparatos esse. A qua opinione nec alienus fuisse videtur C. Fr. Hermannus, qui in Disp. De Socratis magistris p. 21. sq. Schönbornio plura subministravit, quae ille ad sententiam suam exornandam uti potuisset. At enim vero quemadmodum illi de singulis locis Menexeni Lysiae oppositis multum falsi sunt, sicuti accurate nuper demonstraverunt duumviri praestantissimi, C. W. Krüger in libro: Historisch philol. Forschungen p. 241. sqq. et Vitus Loers in Disp. Quae ratio inter Platonis Menexenum et Lysiae laudationem intercedat (Trevir. 1848. 4.); ita etiam de summa re aliquanto aliter existimandum videtur. Quemadmodum enim Plato Phaedrum suum non uni Lysiae, sed universae nationi novitiorum rhetorum opposuit, quamquam Lysiam iussit illorum omnium partes sustinere, ita sine dubio etiam Menexenum referri voluit ad oratores panegyricos omnes, qui isti rhetorum disciplinae essent dediti, licet fieri possit, ut Lysiae Epitaphius potissimum ipsi scribendi caussam et opportunitatem attulerit. Quod profecto etiam ideo est longe verisimillimum, quod illum unum in Phaedro tamquam rhetorum novitiorum principem in medium produxit. At nimirum nihilo secius apertum esse putamus, totam rhetorum civilium e schola Sicula exortorum rationem

in Menexeno corripi et exagitari, praesertim quum Lysias ne verbo quidem tangatur, sed potius Dion et Archinus nominentur, videlicet quo certius intelligatur vel recentissimos oratores panegyricos hoc opere taxatos ac delusos esse.

Atque hoc ipsum nos paene invitos perducit etiam ad aliam virorum doctorum dubitationem. Mirati sunt enim homines optimi saepenumero, cur in Menexeno gravissime peccatum sit contra temporum rationes, quandoquidem in oratione funebri, quam Socrates ex ore Aspasiae acceptam refert, ea narrantur, quae tredecim demum annis post Socratis obitum acciderunt. Quod alii satis quidem ridicule ac perverse errori Platonis tribuerunt, qui memoriae lapsu in fraudem inductus sit, alii etiam aliter expedire conati sunt, de quorum opinionibus consulas C. Fr. Hermanni Hist. Phil. Plat. I. p. 520. At nimirum ubi eorum meminerimus, quae supra de universi libri consiliis et rationibus sunt exposita, quid rei sit, certe neutiquam dubii et incerti haerebimus. Quippe admisit philosophus ingentem istum anachronismum, quem crepant, petulanti quodam ludibrio, quandoquidem isto modo quam clarissime significatum esse voluit, se vel novissima tempora ob oculos habuisse, nec tantum ea risisse, quae iam olim aetate Socratis praeteriissent. Qua quidem temporum significatione quid quaeso putabimus facetius aut elegantius excogitari potuisse, quandoquidem ea legentium animos vel maxime a dvertere ad illud debuit, quod ut animadverteretur, sine dubio philosophi plurimum interfuit?

Arctissime vero cum his cognata est etiam alia difficultas, quae dici non potest quantopere criticorum animos omni fere aetate perturbaverit. Quaesitum enim est studiosissime, quorsum tandem pertineat, quod Socrates sese funebrem orationem suam Aspasiae acceptam referre profiteatur, quae eadem etiam Pericli in elaboranda nobilissima laudatione funebri auxilio suo affuerit. Longum est narrare, quid viri doctissimi ea de re existimaverint *), neque etiam necessarium. Res enim est longe simplicissima. Facete enim et urbane philosophus eo modo significavit, orationem suam funebrem, quam-

*) V. Hermann. De Socratis magistris p. 19. sqq.

vis novitiae disciplinae rhetoricae speciem prae se ferret, tamen item cum Periclea oratione aliquid cognationis et similitudinis habere. Quod ipsum luculentissime indicatur etiam verbis p. 236. B. Nimirum Aspasiam ferebant Periclis fuisse magistram, quia scilicet mulier et ingeniosissima et formosissima summi viri usa erat interiore familiaritate, ut ei etiam subinde consilio suo affuisse existimaretur. Eandem autem constat etiam Socrati fuisse aequalem et admodum familiarem, id quod vel e Xenophonte Mem. II. 6. 36. Oecon. III. 14. satis perspicitur. Itaque Socrates apud Platonem lepidissime fingit, fontem suae orationis non alium esse quam ex quo Periclea fluxerit oratio, quandoquidem Aspasia partim ex tempore nove excogitata protulerit, partim antea meditata et superioris orationis Pericli compositae quasi reliquias quasdam in medium attulerit. Quo commento lepidissimo aperte significat philosophus orationem funebrem suam aliquanto propius ad Pericleae orationis virtutem ac praestantiam accessuram esse quam orationibus a rhetoribus scriptis fieri soleat. Nec vero temere id ab eo ita promissum esse, ex iis clarum ac perspicuum fore putamus, quae supra de artificio exposuimus, quo in illa elaboranda usus est. Quamquam ista ratione simul etiam aliud quid secutus est. Quod enim Aspasiam finxit Pericli atque sibi orationes suas suppeditavisse, eo simul facetissime delusit demagogos illos, qui quum honore publice dicendi sibi demandato mirifice superbirent eoque accepto sibi protenus germani Pericles extitisse viderentur, tamen nihil ex propria penu in medium afferebant atque declamitabant fere orationes ab aliis in usum suum conscriptas, quas ipsi non sine magna aerumna edidicissent, ut pueris essent similes, quibus talia etiam per verbera essent inculcanda. Quorsum spectant verba Socratis iocularia p. 236. B. extrem. Itaque facetissime adeo Periclem finxit orationem suam alieno auxilio eique facundae et blandiloquae mulieris acceptam retulisse; semet ipsum autem ab eadem illa ad dicendum institutum esse eo quidem operae successu, ut propter indocile ingenium suum paene plagas a magistra acceperit.

Denique vero consilio atque fine totius operis aliquando accuratius perspecto etiam de eius integritate atque auctoritate certius quam adhuc factum

est statuere et iudicare licebit. Quippe de hac quoque non uno modo nuper disputatum esse constat. Nam Fr. quidem Schleiermacherus, Praef. ad Menex. p. 376. quum funebris orationis in hoc libro contentae fidem et auctoritatem in dubitationem vocare non ausus sit, tamen partem dialogicam ei praemissam censuit Platone plane indignam esse atque a toto corpore tamquam membrum aliquod morbosum resecandam atque abscindendam. Quod quidem consilium nullo pacto posse comprobari, certe facile ex iis intelligitur, quae supra de irrisione disputata sunt per totum librum diffusa. Quid enim? Hac parte operis rescissa et avulsa qui tandem fieri posse existimabimus, ut oratio funebris penitus intelligatur? Nimirum foret ea profecto isto pacto longe obscurissima, ut multo etiam indignior Platone videri deberet quam praemisso Socratis cum Menexeno colloquio. Quippe hoc demum addito omnia fiunt clara, perspicua, evidentia, ut de mente ac sententia, qua auctor libellum litteris exaraverit, nulla plane esse possit controversia. Ex quo profecto consequitur, ut totus Menexenus, qualem antiquitus traditum accepimus, pro integro unius scripti corpore habendus sit. Neque vero defuerunt, qui non unam aliquam operis partem, sed totum librum ut spurium ac subditicium condemnarent. Putant enim nonnulli, nihil admodum in eo contineri, quod ex reconditiore Platonicae sapientiae disciplina petitum sit, multa autem inesse singularia, quae a Platonis elegantia aliquantum abhorreant. Quam quidem sententiam nuper defenderunt Fr. Astius. De Vita et Scriptis Platon. p. 446. sqq. Göttling. ad Aristot. Politic. p. 328. et Ed. Zellerus Stud. Platonn. p. 144. sqq. Et de singulis quidem locis, qui pro huius sententiae testimoniis allati sunt, non est cur hic singulari disputatione exponamus, quandoquidem quo modo illi intelligi debeant et cur ea qua factum est ratione scripti sint, partim sponte patebit ex iis, quae modo de dicendi genere in Menexeno regnante explicata sunt, partim ex interpretatione intelligetur, qua singulorum verborum ac sententiarum rationes illuminavimus. Accedit huc quod etiam Vitus Loersius, doctissimus libelli explicator, in Praefatione editionis suae Astii sententiam subtiliter confutavit, ut novo

examine dubitationum et criminationum contra libri fidem isto modo excitatarum haudquaquam opus esse videatur. Itaque hic quidem id unum adhuc faciendum restat, ut quid de altero crimine, quo philosophiae sublimitatem in hoc libro desiderari contenderunt, existimandum sit, breviter moneamus. Fatemur autem ultro atque lubentissime largimur, verum utique esse, quod viri doctissimi animadverterunt, nihil magnopere in hoc opere reperiri, quod celsiorem philosophiae doctrinam referat, nisi forte cohortationes illas ad civilem virtutem et patriae amorem huc revocare voluerimus, de quibus antea expositum est. Quippe pleraque omnia, quae proferuntur, potius ad vitae actionem quam ad scientiae cognitionem referenda esse clarissime apparet. Sed quid quaeso inde consequitur, ubi agitur de germana libri fide et auctoritate? Nimirum qui ex hac re continuo concluserunt, Menexenum non posse pro libro Platonis probari, ii certe arbitrio suo sumserunt, quod argumentis fuit demonstrandum accuratius, fieri nullo modo potuisse, ut philosophus sese aliquando ex coelestium divinarumque rerum meditatione ad rerum humanarum considerationem demitteret. Id vero nostra quidem sententia eiusmodi est, ut nulla umquam arte demonstratum iri existimenus, quandoquidem philosophum novimus popularium suorum opiniones, mores, instituta, disciplinam denique semper et ubique ita respexisse, ut ea ne in iis quidem operibus neglexisse reperiatur, in quibus id unum maxime egit, ut locos philosophiae graviores scientiae luce perfunderet. Quamquam vicissim in vitae humanae veritate consideranda numquam ita est versatus, ut celsioris sapientiae plane immemor extiterit. Quod ne in Menexeno quidem ita accidisse, cognito iam ac perspecto libri consilio facile opinor largientur, qui non importuni fuerint celsioris sapientiae flagitatores, praesertim si secum apud animum reputaverint, quam arcta hic liber cum Phaedro, opere sanequam grandi et magnifico, necessitudine et coniunctione contineatur. Neque vero hac in caussa negligenda sunt veterum scriptorum testimonia quae certe tantam habent vim et gravitatem, ut fidem illius atque auctoritatem quammaxime muniant et confirment. Memoravit enim primum opus Platonis Aristoteles Rhet. I. 9. p.

1367. σκοπεῖν δὲ καὶ (χρὴ) παρ' οἷς ὁ ἔπαινος· ὥςπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν „οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν". Ibid. III. 14. p. 1415. ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, ἀληθές, ὅτι „οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις" Quae manifesto petita sunt ex Menex. p. 235. D. quamquam ibi pro Lacedaemoniis memorantur Peloponnesii, atque p. 236. A. ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν. Neque enim audiendus est G. Olearius Schediasm. de scriptis Socratis contr. Leon. Allatium in Epistolis Socrat. et Socraticor. p. 401. sq. ed. Orell. pro Σωκράτης legendum esse contendens Ἰσοκράτης. Nimirum is ne Leoni Allatio scriptum aliquod Socratis extitisse concedere cogeretur, quum Menexeni Platonici, quod sane mirum est, plane esset immemor, prae consilii inopia confugit ad Isocratem aliquem iuniorem, quem Suidas s. v. Ἰσοκράτης narrat hortatu Artemisiae orationem ἐπιτάφιον scripsisse Mausolo, eius marito. Quod certe non fecisset vir eruditissimus, si Menexenum Platonis inspexisset atque simul recordatus esset Aristotelem solere saepe Socratis nomine significare scripta Platonica. Quamquam vel nuper adhuc fuit, qui singulari quodam gustu suo frugibus inventis glandibus vesci mallet, ut commentum Olearii non modo lubenti animo susciperet, verum etiam novo modo exornatum gravissime commendaret, quo scilicet facilius Menexeni auctoritas convelleretur. Sed istum quidem honoris caussa tacemus redimusque ad propositum. Novit igitur Aristoteles Menexenum Platonis sine ulla controversia eumque non obscure significavit. Iam vero eundem etiam laudarunt Cicero Tuscul. V. 12. Orat. 44. Dionys. Halicarn. T. VI. p. 1027. sqq. De compos. verb. p. 116. Athen. XI. p. 506. Plutarch. Vit. Pericl. T. I. p. 638. — cap. 24. Synesius p. 37. ed. Pet. Longinus c. 28. Aristides T. II. p. 85. ed. Iebb. Proclus T. IV. p. 22. ed. Cous. Haec igitur omnia satis docent, Menexenum antiquitatis certe temporibus communi consensione pro opere Platonico probatum esse; quod quantam cautionem suadeat, si quis de eius fide et auctoritate sententiam ferre velit, certe vix est cur verbo admoneamus.

INDEX CODICUM AD MENEXENUM COLLATORUM.

Contulit Imman. Bekkerus libros duodecim: Coislinianum (Γ), Vaticanum (ϑ), Venetos ΞΣ, Vindobonensem Φ, qui est nobis Vind. 6. Parisienses BC EFZ. Ambrosianum r. Angelicum w. Nos usi sumus undecim libris, ex quibus Vindobonenses 1. 4. 6. a Bastio, Florentini a. b. c. d. q. v. x. z. a viro Cel. del Furia ad fidem editionis Stephan. collati sunt. Quem nos diximus Vind. 6., eum excussit etiam Bekkerus et litera Φ notavit.

Editiones Menexeni peculiares hae sunt:

Platonis Menexenus et Lysiae oratio funebris cum versione Philelphi et brevibus notis. ed. Mich. Busteed. Cantabrigiae. 1696. 12. Hunc ego librum numquam vidi.

Platones Menexenus et Periclis Thucydidei oratio funebris. Recensuit et animadversionibus illustravit Ioh. Chr. Gottleber, Lipsiae. 1782. 8. mai. Editio pro illis temporibus sanequam egregia, cui plurima debemus, quae ad rerum gestarum memoriam illustrandam referuntur.

Platonis Menexenus im Grundriss, nebst Anmerkungen von I. H. Iust. Köppen. Berlin u. Stettin. 1790. 8. min. Librum olim frustra a nobis quaesitum postea summisit amicus, qui nomen suum celavit. Ei nos pro benevolentia sua debitas hic persolvere gratias pietatis officium duximus.

Platonis Menexenus. Recensuit, e Graeco in Latinum convertit et commentariis illustravit Vitus Lörs. Inest de Fr. Astii sententia, Menexenum non a Platone scriptum esse, commentatio. Coloniae ad Rhen. 1824. 8.

Platonis Dialogi quatuor, Laches, Euthyphro, Apologia Socratis, Menexenus. Annotatione perpetua illustravit Fr. Guil. Engelhardt. Berolin. 1825. 8. mai.

Platonis Menexenus. Griech. u. deutsch mit krit. u. erklärenden Anmerkungen. Leipzig b. W. Engelm. 1847. 8. Est universi Platonis isto modo editi particula septima. Editor nobis ignotus. Nec nobis cum hac editione quidquam umquam negotii intercessit. Quod ideo palam profiteri consultum duximus, quia nuper fuit, qui in litterariis Annalibus quibusdam partes quasdam in isto Platone adornando nostras fuisse suspicaretur.

Germanica Schleiermacheri Interpretatio continetur Opp. Platonn. Vol. II. P. III. p. 365. sqq. ed. I. et p. 378. sqq. ed. II.

ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

Cap. I. Ἐξ ἀγορᾶς ἢ πόθεν Μενέξενος; 234

MEN. Ἐξ ἀγορᾶς, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου.

ΣΩ. Τί μάλιστα σὺ πρὸς βουλευτήριον; ἢ δῆλα δή, ὅτι παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ τέλει ἡγεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἱκανῶς ἤδη ἔχων ἐπὶ τὰ μείζω ἐπινοεῖς τρέπεσθαι, καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὦ θαυμάσιε, ἐπιχειρεῖς

P. 234. A. *ἢ πόθεν Μενέξενος*] *ἢ π. ὦ Μενέξενος* Flor. v. *ἡγεῖ εἶναι*] Vulg. *ἡγῇ*, quam formam apud Platonem ubique abiiciendam censemus. Habent *ἡγεῖ* aliquot mss.

Cap. I. P. 234. A. *ἢ πόθεν Μενέξενος;*] Nominativus ponitur ita, ut verbum tertiae personae intelligendum sit. Horat. Serm. II, 4, 1. Unde et quo Catius? Itaque male vulgo ante *Μενέξενος* commate distinguebatur. conf. ad Symp. p. 172. A. et Hipp. mai. p. 281. A.

ἢ δῆλα δή, ὅτι —] an id quidem manifestum est, te iam tibi videri ad perfectam et consummatam eruditionem ac doctrinam pervenisse? Nam *φιλοσοφία* eo sensu dicitur, ut omnino de artibus et literis humanitatis cogitari oporteat, quibus imbuti et exercitati esse debebant qui ad rem publicam vellent accedere. Isocrat. ad Demonic. p. 4. ed. Bekk.: *σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· καὶ σοὶ μὲν ἀκμὴ φιλοσοφεῖν, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ.* Optime de hac re exposuit Morus ad Isocrat. Paneg. c. 1. extr. Ruhnken. ad Hesych. s. v.

ἐπὶ τὰ μείζω] Non dixit *ἐπὶ μείζω*, sed *ἐπὶ τὰ μείζω*, ad ea quae maiora sunt, quia haec *τῇ παιδεύσει καὶ φιλοσοφίᾳ* opponuntur.

καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει, καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχε, καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ, ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν τε καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων, οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥςτε καὶ
235 *τὰ προςόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς, καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες κατὰ πάντας τρόπους καὶ τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν ἅπαντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς τοὺς ἔτι ζῶντας ἐπαινοῦντες, ὥςτ' ἔγωγε, ὦ Μενέξενε, γενναίως πάνυ διατίθεμαι ἐπαι-*

P. 235. B. ἐν τῷ παραχρῆμα γίγνομαι] V. γίνομαι, invitis codd. omnibus.

nibus videtur pulcrum esse etc., in vieler Hinsicht scheint es schön zu sein. Sic infra p. 237. C. Male igitur vett. editt. πολλαχοῦ, quod esset multis locis. De voculis καὶ ἐὰν v. ad Gorg. p. 509. A. Hermann. ad Viger. p. 832. Aoristi usum in verbis καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχεν, h. e. protenus consequitur, attigimus ad Phaedrum c. 3. p. 254. B. ad Phaedon. p. 73. D.

οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων] h. e. non sic temere, nulla praevia meditatione. Laus plena irrisionis. Nam solebant qui ad publice dicendi gloriam aspirabant orationes suas multo ante componere, quam habendae essent. Quod fieri sane poterat eo facilius, quod illae fere in laudibus Atheniensium celebrandis atque in locis communibus versabantur. Accedebat, quod oratores laudare solebant καὶ τὰ προςόντα καὶ τὰ μή, omnemque orationis virtutem in verborum ornatu inesse arbitrabantur. Id quod Plato ipse satis perspicue significavit. conf. p. 235. C. D.

P. 235. γοητεύουσιν ἡμ. τ. ψ.] veluti praestigiis demulcent. Acerbe hoc verbo notantur oratores, qui inanibus artificiis suis audientium animos delenire studebant.

γενναίως πάνυ διατίθεμαι] Ita πάνυ saepe postponitur, quo vis et gravitas eius vocabuli, cui additum est, augeatur. Plat. Parmenid. p. 129. E: ἀνδρείως πάνυ. Phaedr. p. 252. B: ὑβριστικὸν πάνυ. Ion. p. 533. E: μακρὸς πάνυ Hipp. Maior. p. 282. E: ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ. Aristoph. Ran. 615: πρᾶγμα γενναῖον πάνυ. Ibid. 768: πολλὴ πάνυ. Ibid. 1134: πολλοὺς πάνυ. De οὕτως ita postposito v. ad Phaedr. p. 256. E.

ἕστηκα ἀκροώμενος] Valckenarius in Callimachi Eleg. p. 244. legendum arbitratur αἰωρούμενος, laudans hanc in rem Menex. p. 248. A. Longin. VII. 4. Bergler. ad Alciphron. p. 251. Dorvill. ad Charit. p. 342. et sua in Theocrit. Adoniaz. p. 246. B. Nec tamen invitis codicibus vel literulam loco movendam putamus. Nam ἀκροώμενος est auscultans: cui recte subiicitur κηλούμενος, delinitus, quod verbum de oratione

ναύμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα ἀκροώμενος καὶ κηλούμενος, ἡγούμενος ἐν τῷ παραχρῆμα μείζων καὶ γενναιότερος καὶ καλλίων γεγονέναι. καὶ οἷα B δὴ τὰ πολλὰ ἀεὶ μετ' ἐμοῦ ξένοι τινὲς ἕπονται καὶ ξυνακροῶνται, πρὸς οὓς ἐγὼ σεμνότερος ἐν τῷ παραχρῆμα γίγνομαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς τὴν ἄλλην πόλιν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον, ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἀναπειθόμενοι. καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς· οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος C ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ

πλείω ἢ τρεῖς] Σ. Vind. 6. Flor. v. x. πλείους, e male sedula correctione. Lud. Dind. ad Xenoph. Hell. II. 2, 16. corr. πλέον. Cobet. πλεῖν imperavit.

audientium animos mulcente ac deleniente frequentatum iam ad Protagor. p. 315. A. attigimus. Ἕστηκα autem est attonitus sto. Sed quod caput rei est, videtur Valckenarius neglexisse quod deinde additur: ἕπονται καὶ ξυνακροῶνται.

μείζων καὶ γενναιότερος καὶ καλλίων γεγονέναι] Ita Xenophon. Cyrop. IV. 4, 3. δῆλοί τοι ἐστὲ, ὡς ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένεσθε. καὶ γὰρ μείζους φαίνεσθε καὶ καλλίους, καὶ γοργότεροι ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Ibid. v. 2, 36. ἡμεῖς δὲ καὶ μείζονες νῦν, ἐπεὶ νενικήκαμεν.

B. καὶ οἷα δὴ τὰ πολλὰ ἀεὶ μ. ἐ.] Dupliciter in his erravit Engelhardtus, qui et connectit τὰ πολλὰ ἀεί, ut sit meistentheils immer, et οἷα δὴ interpretatur quippe qui, quo facto apodosis desideratur. Tertium autem admisit errorem in Addendis p. 303., ubi pristina sententia retractata orationem ait sic construendam esse: ἀεὶ οἷα δὴ τὰ πολλά. Nimirum οἷα τὰ πολλὰ est ut plerumque: ἀεὶ autem cohaeret cum verbis μετ' ἐμοῦ ξένοι τινὲς ἕπονται. Structuram verbi ἕπεσθαι, quam Dobree ad Aristoph. Plut. v. 824. Matthiae Gr. §. 398., alii, illustrarunt, etiam infra habes p. 249. B. ἀκολουθεῖ μετ' ἐμοῦ. conf. Phaedr. p. 250. B. p. 253. A.

θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι] Epexegesis haec est praecedentium verborum ταὐτὰ ταῦτα πάσχειν. v. ad Apolog. Socrat. p. 22. A. Phaedon. p. 68. E. Gorg. p. 513. A. Phaedr. p. 251. C.

ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς] In his πλείω dictum est ut alibi πλέον et ἔλαττον. Sympos. p. 175. E: ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις. Legg. XI. p. 917. C. μὴ ἔλαττον ἢ τριάκοντα γεγονὼς ἔτη. Demosth. p. 744, 23: ἐν πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι. Xenoph. Oecon. 21, 5: πλεῖον ἢ ἐν διπλασίῳ χρόνῳ. Cyrop. II. 1, 6: πελταστὰς καὶ τοξότας πλέον ἢ εἴκοσι μυριάδας. v. Rost. Gr. Ampl. §. 97. 9. ann. 7. ee. Atque eodem modo Latini plus, amplius, minus usurpare solent, de quibus non est cur hoc loco dica-

ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ καὶ αἰσθάνομαι οὗ γῆς εἰμί, τέως δὲ οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρων νήσοις οἰκεῖν· οὕτως ἡμῖν οἱ ῥήτορες δεξιοί εἰσιν.

Cap. III. *MEN.* Ἀεὶ σὺ προςπαίζεις, ὦ Σώκρατες, τοὺς ῥήτορας. νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν· ἐξ ὑπογύου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν, ὥςτε ἴσως ἀναγκασθήσεται ὁ λέγων ὥςπερ αὐτοσχεδιάζειν.

C. ἐξ ὑπογύου] Sic ΓΘΞΣBCFRr. et pr. Vind. b. al. Vulgo ex ὑπογυίου. In perpetua librorum inter utramque formam fluctuatione codices meliores sequi consultum duximus. Analogiam voc. ἔγγυος, ἀμφίγυος, κρήγυος, al., ubi sequaris, receptam formam pro unice vera habueris. Sed eadem inconstantia est in comparativis et mus. Ne vero πλείω in πλέον vel πλεῖν (quae forma sicuti iudice Elmsleio ad Eurip. Med. v. 325. non tragica est, ita ne Platoni quidem aut Xenophonti aut Atticis oratoribus obtrudenda videtur utpote sermoni vulgari propria ideoque Comicis et quidem in numeris indicandis frequentata), ne igitur πλείω in πλέον vel πλεῖν mutandum existimetur, quod imperiose nuper contendit Cobetus Varr. Lectt. p. 237., qui in talibus ubique πλεῖν refingendum putat, certe illud prohibet, quod πλείω etiam pro πλέον adverbialiter positum reperitur. Plat. De Rep. III. p. 417. B. πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες. Crit. p. 53. A. ἐλάττω ἐπεδήμησας. al. Inde igitur πλείω etiam apud numeros positum. Xenoph. Hellen. II. 2, 16: διέτριβε παρὰ Λυσάνδρῳ τρεῖς μῆνας καὶ πλείω, i. e. tres menses et amplius, ubi invitis codd. nuper turbarunt. Diodor. Sic. XX. c. 82. εἶχε δὲ ναῦς μακρὰς μὲν παντοίας μεγέθει διακοσίας, ὑπηρετικὰς δὲ πλείω τῶν ἑβδομήκοντα. Audias etiam Priscian. Vol. II. p. 270. „Attici, inquit, πλείω ἡμέρας τρεῖς et πλείω ἡμερῶν τριῶν. Nos quoque **plus tres dies** et **plus tribus diebus**.“ Quibus ille hunc Platonis locum apponit, ut ipsum πλείω legisse manifestum sit.

C. οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος] Vocabulum de sermone, quo tanquam tibiae sono aures personant, et vero etiam de qualibet re, cuius recens adhuc memoria est, eleganter usurpatum illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 100. Adde locum Aeschinis adv. Ctesiphont. §. 62. T. III. p. 580 ed. Reisk. ἔναυλον γὰρ ἦν ἔτι τότε πᾶσιν, ὅτι τηνικαῦτα ὁ δῆμος κατελύθη. — Voc. τέως proprie est demonstrativum, cui respondet ἕως relativum. Saepe autem sine relatione ponitur, ut sit tum, tandem. v. Ruhnken ad Tim. p. 256. et Buttmann. Indic. ad Demosth. Midian.. s. h. v. — μόγις ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ, aegre mei conscius sum. v. ad Phaedrum p. 228. A. Apolog. Socr. p. 17. A. — De insulis beatorum v. ad Gorg. p. 523. B.

δεξιοί εἰσιν] h. e. sciti. Apte Gottleber. contulit Aristoph. Nubb. v. 832: ἄνδρας δεξιοὺς καὶ νοῦν ἔχοντας.

Ἀεὶ σὺ προςπαίζεις] Veluti in Gorgia et, quem eodem fere tempore Plato scripsit quo Menexenum, in Phaedro. Ad hunc potissimum respici arbitramur. Structuram verbi illu-

ΣΩ. *Πόθεν, ὦ 'γαθέ; εἰσὶν ἑκάστοις τούτων λόγοι παρεσκευασμένοι, καὶ ἅμα οὐδὲ αὐτοσχεδιάζειν τά γε τοιαῦτα χαλεπόν. εἰ μὲν γὰρ δέοι Ἀθηναίους ἐν Πελοποννησίοις εὖ λέγειν ἢ Πελοποννησίους ἐν Ἀθηναίοις, ἀγαθοῦ ἂν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος· ὅταν δέ τις ἐν τούτοις ἀγωνίζηται, οὕσπερ καὶ ἐπαινεῖ, οὐδὲν μέγα δοκεῖν εὖ λέγειν.* D

MEN. *Οὐκ οἴει, ὦ Σώκρατες;*

superlat. *ὑπογυιότερος, ὑπογυιότατος* et *ὑπογυώτερος* atque *ὑπογυώτατος*. Disputavit nuper de his formis Lud. Dindorf. ad Xenoph. Cyrop. VI. 1, 43.

D. *οὐδὲν μέγα δοκεῖν*] V. *δοκεῖ*, quod e Coisl. Vat. Ven. Σ. Vind. 6. Par. B. C. Ambros. Angel. mutatum.

stravit Lobeck. ad Phryn. p. 463., nec huius immemor loci. Eundem usum habes Aristid. Orat. Plat. II. p. 135: *κἂν με προςπαίζων οὑτωσὶ πείθῃ μὴ πάνυ τούτου φροντίζειν.*

ἐξ ὑπογύου γὰρ π.] Grammaticus Bekkeri Anecdot. I. p. 313. 15: *Ὑπόγυον: τὸ παραυτίκα μέλλον γίγνεσθαι.* Eustath. ad Iliad. *ν*, 61. p. 920. 32 ed. Rom.: *δῆλον δέ, ὅτι παρὰ τὰ γυῖα, ὃ τὰς χεῖρας ἰδίᾳ δηλοῖ πολλαχοῦ, γίγνεται καὶ ἡ ἐγγύη, ἡ ὡςανεὶ ἐν χερσὶ τιθεῖσα τὸ κατεγγυηθέν, καὶ — τὸ ὑπόγυον, ὃ καὶ ἐξ ὑπογύου λέγεται, τὸ ἐγγύς, φασί, προςδόκιμον, ἢ παραυτίκα γεγονὸς καὶ ὡς εἰπεῖν πρόχειρον, ἢ μᾶλλον, ὑποχείριον.* Etymol. Magn. *Ὑπόγυιον, παρὰ τὸ γυῖον, ὃ σημαίνει τὸ μέλος, οἷον τὸ ἐγγὺς τῶν μελῶν· ἢ ἀπὸ τοῦ γυῖα, ὃ σημαίνει τὰς χεῖρας.* Schol. ad h. l. *ἐκ τοῦ σύνεγγυς, ἀπερισκέπτως, παραυτά* (l. *παραυτίκα*). — *ἡ αἵρεσις γέγονεν*, h. e. ad electionem ventum est, s. oratoris eligendi consilium captum est. Nam p. 234. D. ipse dicebat: *οὐδένα εἵλοντο, ἀλλ' ἀνεβάλοντο εἰς τὴν αὔριον.* Germanice dixeris: die Wahl ist gekommen. Sine caussa Astius in his verbis haesitavit.

ὥςπερ αὐτοσχεδιάζειν] Verissime Eustathius ad Iliad. *π*. p. 1081. 6. *Αὐτοσχεδιάζειν τὸ ἀσκέπτως καὶ ἀμελετήτως λαλεῖν ἢ γράφειν παρὰ τὸ ἀληθὲς ἢ ἄλλως ἀκριβές.* Quanquam etiam omnino dicitur de iis, qui aliquid ex tempore vel temere faciunt. Ceterum *αὐτοσχεδιάζειν* est verbum Atticis proprium, ceteris Graecis *σχεδιάζειν* dicentibns. v. Pierson. ad Moer. p. 46 sq. Wernsdorf. ad Himer. p. 21. Ernesti Lex. Technol. Gr. v. *σχεδιάζειν*. — *ὥςπερ* ita ponitur Phaedr. p. 270. E. *ἡ γοῦν ἄνευ τούτων μέθοδος ἐοίκοι ἂν ὥςπερ τυφλοῦ πορείᾳ.* Phaedon. p. 88. D. *ὁ λόγος οὗτος — ὥςπερ ὑπέμνησέ με.* Cratyl. p. 384. C. *ὥςπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν*, ubi v. Heindorf.

D. *Πόθεν, ὦ 'γαθέ;*] Haec interrogatio habet vim negandi, ut Lat. Quid ita? v. ad Gorg. p. 471. D. De proximis conf. annot. ad p. 234. C.

ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος] Infra p. 247. C: *οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προςδεήσονται.* Lachet. p. 124. D: *ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή.* Parmenid. p. 135. A: *δεῖ ἀνδρὰς πάνυ μὲν εὐφυοῦς τοῦ δυνησομένου μαθεῖν κ. τ. λ.* Legg. X. p. 891. B: *οὐδὲν ἂν ἔδει τῶν ἐπαμυνόντων λόγων, ὡς εἰσὶ θεοί.*

ΣΩ. Οὐ μέντοι μὰ Δία.

E ΜΕΝ. Ἦ οἴει οἷός τ' ἂν εἶναι αὐτὸς εἰπεῖν, εἰ δέοι καὶ ἕλοιτό σε ἡ βουλή;

ΣΩ. Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μενέξενε, οὐδὲν θαυμαστὸν οἵῳ τ' εἶναι εἰπεῖν, ᾧ τυγχάνει διδάσκαλος οὖσα οὐ πάνυ φαύλη περὶ ῥητορικῆς, ἀλλ' ἥπερ καὶ

E. *Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μ.*] Sebol. Arist. T. II. p. 131. De Rep. VII. p. 524. E: *τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἄν*, ubi plura. Xenoph. Mem. III. 8, 2: *ἐάν τι ἐνοχλῇ ἡμᾶς, δεόμεθα τοῦ παύσοντος.* Soph. Antig. 260: *οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν.* Plutarch. De divitiar. cupidit. in.: *Ἀρίστιππος μὲν εἰώθει λέγειν — οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος καὶ δείξοντος, ὑφ' ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν.* Respexit haec Aristotel. a Gottlebero comparatus, Rhetor. III. 14: *ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, ἀληθές, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλὰ ἐν Λακεδαιμονίοις.* Item libr. I. 9: *ὥςπερ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις εἰπεῖν.* Verbum *ἀγωνίζεσθαι* de oratoribus coram populo dicentibus frequentius est, quam ut explicatione indigeat. Manifestum autem est his verbis Atheniensium vanitatem notari, laudes suas cupide audientium.

E. *διδάσκαλος οὖσα — περὶ ῥητορικῆς*] Eodem modo Lachet. p. 186. B. C: *ὅτι διδάσκαλός μοι οὐ γέγονε τούτου πέρι.* Menon. p. 90. B: *δίκαιον δὴ μετὰ τοιούτων ζητεῖν ἀρετῆς πέρι διδασκάλους.* Iam nemo cum Gottlebero desiderabit *περὶ ῥητορικήν.* Idem vir doctus se profitetur semper in isto *καὶ* ante *ἄλλους πολλοὺς* illato haesisse. Quod ne posthac alicui accidat, optime monuit Boeckh. in Min. p. 86. eodem modo post *καὶ* inferri *δὲ* Eryx. p. 393. E: *ὁσοίπερ καὶ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν —, τὰ δὲ πλεῖστα κατορθοῖεν.* conf. nostra ad Phileb. p. 36, Honorificentissimum Platonis de Pericle oratore iudicium legimus Phaedr. p. 270. A. Ceterum Plutarch. Vit. Per. T. I. p. 638. R: *ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ τῷ Πλάτωνος, εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται, τοσοῦτόν γε ἱστορίας ἔνεστιν, ὅτι δόξαν εἶχε τὸ γύναιον ἐπὶ ῥητορικῇ πολλοῖς Ἀθηναίων ὁμιλεῖν.*

ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις;] „Huius elegantissimae feminae, quae Periclem et Socratem erudiisse dicitur, meminit Xenophon. Mem. II. 6. Max. Tyr. XXIV. p. 461. XXXVIII. p. 225. T. II. Harpocrat. p. 79. Conf. Aristid. T. II. p. 131. ed. Iebb., qui respexit ad h. l. item Plutarch. in Pericl. p. 638. Ei non modo haec oratio tribuitur, sed etiam plures aliae. v. fin. Menexeni.“ GOTTLEBER. Plura dabunt Wernsdorf. ad Himer. p. 357. Fr. Schlegel in libro: Griechen und Röm. p. 263. sqq. Iacobs Vermischte Schriften Th. III. p. 379 sqq. Groen v. Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 124 sq. p. 141. C. Fr. Hermann. De Socratis magistris p. 19 sqq. Wachsmuth. Hell. Ant. III. P. II. p. 167. Ceterum Weiskius ad locum Xe-

ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πεποίηκε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων, Περικλέα τὸν Ξανθίππου.

MEN. Τίς αὕτη; ἢ δῆλον, ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις;

ΣΩ. Λέγω γάρ, καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου· οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι, ὁ μὲν μουσικῆς, 236

ἐμοὶ μὲν γάρ. Idem mox περὶ τὴν ῥητορικήν.

nophontis laudatum pluribus docere conatus est meram esse ironiam, qua Socrates apud Platonem Aspasiam tanquam magistram suam laudibus extollat. Verissime.

καὶ Κόννον γε] Hunc Socrates etiam Euthydem. p. 272. C. suum appellat in arte musica magistrum. Quod quidem hoc loco ineptissime factum esse Schleiermacherus censuit, propterea, quod de arte rhetorica sermo sit, non de arte citharistica, quam sane Connus maxime professus est. v. Cicer. Epistol. I. 9, 22. Max. Tyr. XXXVIII. p. 225. Neque enim hanc cum numero oratorio quidquam commune habere. Itaque hoc quoque magno argumento esse dicit priorem hanc libri partem non a Platone esse profectam, sed inepto alicui homuncioni acceptam referri. Mihi vero quemadmodum de tota hac causa aliter iudicandum videtur, ita etiam in hoc loco explicando multum a summi viri sententia discedo. Nam etiamsi Connus Socratem fidibus potissimum docuerit, tamen ne hoc quidem nihil cum numero oratorio habebat commercii. Quippe iocose et ridicule Socrates hominem memorat tanquam phonascum suum, qui ipsum docuerit etiam vocem in dicendo eleganter modulari; de qua arte v. Cicer. De Orat. I. 59. Quintil. XI. 3, 10. Sueton. Octav. 84. et Cresoll. Theatr. Rhetor. III. 3. Quod tanto magis est ridiculum, quod ita simul tanguntur Comicorum imprimisque Amipsiae ineptiae (v. ad Euthydem Prolegg. p. 58 sqq.), qui Socratem aliosque illius aetatis philosophos et sophistas ludibrii caussa in Conni ludum misissent. Sed alia quoque est causa eaque satis idonea, quamobrem Socratem putemus istum potissimum fidicinem ut magistrum suum laudavisse. Videlicet iocose eum comparat cum Lampro, cuius nomen per omnem Graeciam erat nobilitatum. v. Nepos Epaminond. c. 2. Plutarch. de Music. T. II. p. 1142. Athen. II. 6. Ex quo apparet Connum cum irrisione quadam et ioco huic anteponi. Quod si ita est, quid de Aspasia cum Antiphonte collata statuendum sit, nemo facile dubitabit. Atque haec quum ita sint, totum hunc locum arbitramur ex Socratis ironia explicari oportere, qua illi institutioni, qua se usum esse simulat, optimam Antiphontis et Lampri disciplinam postposuit. Etenim ne Aspasia quidem a Socrate serio summis Atticae eloquentiae principibus accensetur, quanquam deinde etiam illa oratio ei tribuitur, quam Socrates habiturus est. Quippe ne hoc quidem lepida quadam et urbana caret ironia. Idem fere sensit Prinsterer Prosopogr. p. 141.

ἡ δὲ ῥητορικῆς. οὕτω μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα οὐδὲν θαυμαστὸν δεινὸν εἶναι λέγειν. ἀλλὰ καὶ ὅςτις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.

Cap. IV. ΜΕΝ. Καὶ τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, εἰ δέοι σε λέγειν;

ΣΩ. Αὐτὸς μὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἴσως οὐδέν, Ἀσπασίας δὲ καὶ χθὲς ἠκροώμην περαινούσης ἐπιτάφιον B

P. 236. Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις τε Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. d. q. Cois. Vat. Ven. Σ. Parr. BCF. Angel. Verum servant Ven. Ξ Par. E.

P. 236. ὅςτις ἐμοῦ — οὗτος οἷός τ' εἴη] Ineptus est Athenaeus XI. p. 506., qui Platonis accusans malignitatem hoc loco Antiphontem et Lamprum ab eo acerbe perstringi arbitratur. Videlicet prae nimio Platonem reprehendendi studio Deipnosophista non animadvertit huius loci urbanitatem et leporem. Nam tantum abest, ut Antiphon et Lamprus reprehendantur, ut etiam, dummodo ioci urbanitatem perceperis, eorum disciplina et institutio plurimi aestimetur. Quod quidem non tantum cum Thucydidis de Antiphonte iudicio, libr. VIII. c. 68. exprompto, praeclare convenit, sed etiam ipsius concinit Platonis de eo sententiae. Nam Phaedr. p. 269. A. τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα; dubium non est quin Antiphon Rhamnusius significetur. Sed multo etiam magis quam Athenaeus ineptiunt qui ipsum Thucydidem putarunt hic a Platone notari, quippe qui Antiphontis et Lampri institutione ac disciplina usus sit. Nam quanquam eum non pauci Antiphontis discipulum faciunt, de qua re conf. Ruhnken. Disputat. de Antiphont. Opuscul. T. I. p. 147 — 49. ed. Bergm., tamen num Lampri usus sit disciplina, recte poterit dubitari. Sed ut hoc quoque verum sit, tamen nec Thucydides vel obscuro aliquo indicio significaretur, nec si significaretur, cum reprehensione commemoraretur, sed potius cum laude. De Lysia cogitari oportere nuper Schönborn. censuit l. c. p. XXVII sq.

B. ἐκ τοῦ παραχρῆμα] ex tempore, nulla praevia rerum meditatione.

ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει] Non corrigam nunc cum Heindorfio ad Cratyl. p. 323: ὅτ', ἐμοὶ δοκεῖ, συνετίθει, quandoquidem etiam encliticam ita praemitti multis exemplis evicit Fritschius Quaestt. Luciann. p. 27 sq. v. ad Remp. V. p. 467. E. Euthydem. p. 278. C. Phileb. p. 34. E. Politic. p. 306. E. Phaedr. p. 258. A. 262. D. In huiusmodi autem locis quia parenthesis cum primaria enuntiati parte quasi in unum coalescit, interpunctionem tollendam iudicavimus. Dein συνετί-

λόγον περὶ αὐτῶν τούτων. ἤκουσε γὰρ ἅπερ σὺ λέγεις, ὅτι μέλλοιεν Ἀθηναῖοι αἱρεῖσθαι τὸν ἐροῦντα· ἔπειτα τὰ μὲν ἐκ τοῦ παραχρῆμά μοι διῄει, οἷα δέοι λέγειν, τὰ δὲ πρότερον ἐσκεμμένη, ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει τὸν ἐπιτάφιον λόγον, ὃν Περικλῆς εἶπε, περιλείμματ' ἄττ' ἐξ ἐκείνου συγκολλῶσα.

MEN. Ἦ καὶ μνημονεύσαις ἂν ἃ ἔλεγεν Ἀσπασία;

ΣΩ. Εἰ μὴ ἀδικῶ γε· ἐμάνθανόν γέ τοι παρ' αὐτῆς, καὶ ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον, ὅτι ἐπελανθανόμην. C

MEN. Τί οὖν οὐ διῆλθες;

B. συνετίθει τον ἐ. λ.] Bekk. συνετίθη ex Par. EF. et pr. Ven. Ξ. Vid. ann. crit. ad Lys. p. 222. B.

θει quod servavimus, eadem forma saepius apud Platonem in codd. plurimis exstat, ut De Rep. VI. p. 497. D. VII. p. 528. D. Legg. I. 630. E. p. 631. A. al. Euthydem. p. 293. A. ἠφίειν. Lysid. p. 222. B. Cratyl. p. 420. E. Lach. p. 183. E. conf. Hemsterhus. ad Thom. Magistr. p. 428. Matthiae Gr. §. 210. Ceterum Socrates quod se simulat orationem suam Aspasiae acceptam referre, quae tamen e Periclis funebri laudatione, item ab muliere sapientissima profecta illa, nonnulla repetierit, significat εἴρων callidissimus eam, quam recitaturus sit, orationem ad similitudinem Pericleae laudationis esse compositam.

Εἰ μὴ ἀδικῶ γε] h. e. δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ μνημονεύειν. Vide de hac formula Heindorf. ad Charm. p. 64. et nostra ad Remp. X. p. 608. D.

ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον] Latine item dixeris: paene plagas acceperam. Germanice interpreteris: beinahe hätte ich Schläge bekommen. Scilicet Aspasia revera tergo eius pepercit. Lysid. p. 210. E: ὀλίγου ἐξήμαρτον. Theaet. p. 180. D: ὀλίγου δ' ἐπελαθόμην. Menon. p. 80. B: ὀλίγου ἐξηπάτησας. Euthydem. p. 279. D: ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα. Ibid. p. 303. B: ὀλίγου παρετάθησαν. Symp. 198. B. Thucyd. VIII. 35: ὀλίγου εἷλον. Id. II. 77: ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι. Xenoph. Cyrop. I. 4, 8: μικροῦ κἀκεῖνον ἐξετραχήλισεν. Lucian. Hermotim. §. 81: ὀλίγου δίκην ἔφυγεν. Non opus est, ut cum Schleiermachero corrigas ὅτε (quando) ἐπελαθόμην. Ceterum hoc ioco Socrates videtur notare oratores, qui orationes ab aliis compositas tanquam pueri in ludo summo cum labore ediscerent, quae scita est Socheri observatio. Aliter tamen Hermannus Disp. De Socratis magistris p. 21. qui Platonem censet haec ideo posuisse, ut se parum ostenderet ineptiis eorum moveri, qui Socratis cum Aspasia consuetudinem in ridiculam consuetudinis scholasticae imaginem convertisseut.

C. Τί οὖν οὐ διῆλθες;] Quin tu mihi narras; s.

ΣΩ. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον.

MEN. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπέ, καὶ πάνυ μοι χαριεῖ, εἴτε Ἀσπασίας βούλει λέγειν, εἴτε ὁτουοῦν· ἀλλὰ μόνον εἰπέ.

ΣΩ. Ἀλλ' ἴσως μου καταγελάσει, ἄν σοι δόξω πρεσβύτης ὢν ἔτι παίζειν.

MEN. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπὲ παντὶ τρόπῳ.

Cap. V. ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι σοί γε δεῖ χαρίζεσθαι, ὥςτε κἂν ὀλίγου, εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρ-
D χήσασθαι, χαρισαίμην ἄν, ἐπειδή γε μόνω ἐσμέν. ἀλλ' ἄκουε. ἔλεγε γάρ, ὡς ἐγῷμαι, ἀρξαμένη λέγειν ἀπ' αὐτῶν τῶν τεθνεώτων οὑτωσί.

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδε ἔχουσι τὰ προςήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πο-

ἔλεγεν Ἀσπασία] Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 6. Flor. b. d. q. v. x. ἡ Ἀσπασία.

εἴ με κελεύοις] κελεύεις Vat. Ven. Ξ. Vindob. Par. BCEF. Verus est optativus.

quantocius recita. v. ad Phileb. p. 54. B. Protagor. p. 310. A. Sympos. p. 173. B. al. Dein ἐκφέρειν τι est divulgare, ausplaudern, bekannt machen, ut apud Isocrat. Or. de Pace §. 3. conf. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 294. Lach. p. 201. A: οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγου.

Μηδαμῶς, ὦ Σώκρ.] Recte Engelhardt. τοῦτο δείσῃς intelligendnm censet. v. ad Phaedr. p. 234. E.

πρεσβύτης ὢν ἔτι παίζειν] Videlicet recitanda eiusmodi oratione.

D. ἀποδύντα ὀρχήσασθαι] Ὀρχεῖσθαι non tantum saltationem, sed omnino numerosos corporis motus ideoque etiam luctam complectitur. v. Iacobs ad Achill. Tat. 44. 15. Ex quo perspicuum est, quid sit ἀποδύντα ὀρχήσασθαι. Suidas: Ἀποδύντες ἀντὶ τοῦ ἀποδυσάμενοι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, οἳ ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολήν, ἵνα εὐτόνως χορεύσωσιν. Quippe utcunque ὀρχεῖσθαι intelligitur, ἀποδῦναι certe nunc non est nudare corpus, sed capiendum videtur de exuendo vestitu artificiosos atque faciles corporis motus impediente. Idem censuit Loersius, qui bene refutavit Astium De Vita et Scriptis Platonis p. 449. ita scribentem: „Wie kindisch u. albern ist es, wenn Sokr. sagt, dem Menexenus zu Gefallen wolle er selbst nackt tanzen!“ Apte Gottleber. comparat Cicer. Offic. III. 19: In foro, mihi crede, saltaret (Crassus). Ibid. c. 24: ut luce palam in foro saltet. Sententia haec est: tibi gratificaturus vel id facerem, quod

ρείαν, προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων· λόγῳ δὲ δὴ τὸν λειπόμενον κόσμον ὅ τε νόμος προςτάττει ἀποδοῦναι τοῖς ἀνδράσι E
καὶ χρή· ἔργων γὰρ εὖ πραχθέντων λόγῳ καλῶς ῥηθέντι μνήμη καὶ κόσμος τοῖς πράξασι γίγνεται παρὰ τῶν ἀκουσάντων. δεῖ δὴ τοιούτου τινὸς λόγου, ὅςτις τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἱκανῶς ἐπαινέσεται, τοῖς δὲ ζῶσιν εὐμενῶς παραινέσεται, ἐκγόνοις μὲν καὶ ἀδελφοῖς μιμεῖσθαι τὴν τῶνδε ἀρετὴν παρακελευόμενος, πατέρας δὲ καὶ μητέρας καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι προγόνων λείπονται, τούτους δὲ παραμυθούμενος. Τίς
οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη; ἢ πόθεν ἂν 237
ὀρθῶς ἀρξαίμεθα ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες, οἳ ζῶντές τε τοὺς ἑαυτῶν εὔφραινον δι' ἀρετήν, καὶ τὴν τελευτὴν ἀντὶ τῆς τῶν ζώντων σωτηρίας ἠλλάξαντο; Δοκεῖ μοι χρῆναι κατὰ φύσιν, ὥςπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο,

D. οἵδε ἔχουσι] V. οἵδ' ἢ ἔχουσι, quod ex codd. Vindd. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. q. v. x. z. et Bekkerianis correctum.
E. τούτους δὲ παραμυθ.] Flor. z. δή male.
P. 237. Δοκεῖ μοι χρῆναι] Hirschig. ante μοι inseruit οὖν ex cod. aliquo.

hominem id aetatis dedeceat. Pro ὥςτε autem, quod valde displicet, corrigendum censeo ᾧ γε. Denique ἂν post κἂν ita repetitum De Republ. VII. p. 515. E. Protagor. p. 318. B. Sophist. p. 256. B. Gorg. p. 465. C. p. 514. D. ubi v. ann. Xenoph. Sympos. II. 20. al.

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν—] Gravem et acerbam de hoc orationis principio censuram egit Dionys. De Comp. Verb. T. V. p. 116 sq. et imprimis De adm. vi Demosth. T. VI. p. 1028 sqq. ed. Reisk. Qua in re quam imprudenter versatus sit, diu est ex quo subtiliter ostendit Arnaldus in libro: Memoires de l'Academie des Inscript. Vol. XXXVII. p. 138 sqq. Nimirum non sensit Dionysius Platonem rhetorum artificia facete ridentem eorundem dicendi rationem imitando expressisse. — ἔργῳ, sollemnibus funebribus institutis. Thucyd. II. 46. a Gottl. laudatus: εἴρηται — λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόςφορα· καὶ ἔργῳ οἱ θαπτόμενοι τὰ μὲν ἤδη κεκόσμηνται κτλ. — Mox προπέμπειν est prosequi.

ὅ τε νόμος προςτάττει—, καὶ χρή] h. e. et leges hoc fieri iubent, et pietas postulat. Errat Dionysius καὶ χρή, praeterquam quod numerum pessumdet, etiam abundare existimans. Infra p. 239. D: ὧν καὶ δίκαιον καὶ χρὴ πρῶτον μεμνημένους ἐπαινέσαι αὐτῶν τὴν ἀρετήν.

E. τούτους δὲ παραμυθούμενος] Hoc τούτους δὲ cum vi et efficacia illatum est, ut Hipp. min. p. 364. E. Phaedon. p. 81. B. Phaedr. p. 277. E. Protagor. p. 313. D., ubi v. ann.

P. 237. ἀντὶ τ. τῶν ζ. — ἠλλάξαντο;] V. Matthiae Gr. §, 365. I Mox κατὰ

οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς. ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παι-
B δείαν· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο.

Cap. VI. Τῆς δ' εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖςδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τούτους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ, ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας καὶ τῷ ὄντι ἐν πατρίδι οἰκοῦντας καὶ ζῶντας, τρεφομένους οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς, ὡς ἄλλοι, ἀλλ' ὑπὸ μη-

B. καὶ ζῶντας, τρεφομένους οὐχ ὑπὸ μ.] V. ζῶντας καὶ τρεφ., quod e Vindd. 1. 6. Flor. z. Ven. Σ. Par. Ξ. praeeunte Bekkero mutavi.

C. περὶ αὐτὴν θεῶν ἔρις] V. αὐτῆς, quod correctum e

φύσιν explicatur adiectis verbis ὥςπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο.

τὴν εὐγένειαν οὖν πρ.] Ante εὐγένειαν posuit articulum, quia refertur nomen ad praecedentia: ἀγαθοὶ δέ γ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. Ante τροφήν τε καὶ παιδείαν eundem omisit, quia de animi cultu eorum in universum loquitur. Denique τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν addito articulo dixit, propterea quod de mortuorum praeclare factis loquens non potuit simpliciter ἔργα ponere, ideoque etiam definite τὴν πρᾶξιν dicere coactus fuit. Ceterum παιδεία καὶ τροφὴ de eruditione et vitae cultu dictum frequentis est usus. v. Phaedon. p. 107. D. Phileb. p. 55. D. Tim. p. 19. D. Criton. p. 50. D. Legg. XI. p. 927. B. 926. E. Politic. p. 274. A. De Rep. II. p. 376. D. E. Alcibiad. I. p. 122. B. al.

B. ὑπῆρξε — οὐκ ἔπηλυς οὖσα] ὑπάρχειν est quasi fundamenti loco subesse. Sympos. p. 198. D: ἐγὼ μὲν γὰρ — ᾤμην δεῖν τἀληθῆ λέγειν περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου, καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων κτλ. Hypallagen autem istam non erat quod Dionysius l. c. tantopere exagitaret. Quidni enim ἔπηλυς recte potuerit ad γένεσις referri, quanquam proprie ad προγόνων notionem pertinere concedendum est? Voc. ἔπηλυς Timaeus recte explicat ὁ ἄλλοθεν ἐπεληλυθώς, τοῦτ' ἔστι, ὁ ἀλλοεθνής, ubi v. Ruhnk.

ἀποφηναμένη μετοικοῦντας] Dictum ut Sympos. c. 7: ἀποδεῖξαί τινα ἀλλότριον ὄντα. Phaedon. p. 72 C: τελευτῶντα πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειεν. Phaedr. p. 278. C: τὰ γράμματα φαῦλα ἀποδεῖξαι, ubi v. annot. Hoc loco cur medium verbum ponatur, nemini erit obscurum.

ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων] Ita dixit κατὰ σύνεσιν, perinde ac si non ἡ τῶν προγόνων γένεσις, sed οἱ πρόγονοι praecederet. In qua ratione frustra haesit Dionysius. Similia adnotavimus ad Phaedon. p. 58. C. conf. etiam infra ad p. 245. D. et p. 242. A.

ἀλλ' αὐτόχθονας] Laus Atheniensium a multis celebrata.

τρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν, καὶ νῦν κεῖσθαι τελευτήσαντας ἐν οἰκείοις τόποις τῆς τεκούσης καὶ θρεψάσης καὶ ὑποδεξαμένης. δικαιότατον δὴ κοσμῆσαι πρῶτον τὴν μητέρα αὐτήν· οὕτω γὰρ συμβαίνει ἅμα καὶ ἡ τῶνδε εὐγένεια κοσμουμένη. C

Cap. VII. Ἔστι δὲ ἀξία ἡ χώρα καὶ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, οὐ μόνον ὑφ' ἡμῶν, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, πρῶτον δὲ καὶ μέγιστον, ὅτι τυγχάνει οὖσα θεοφιλής. μαρτυρεῖ δὲ ἡμῶν τῷ λόγῳ ἡ τῶν ἀμφιςβητησάντων περὶ αὐτὴν θεῶν ἔρις τε καὶ

Coisl. Vat. Par. BCE. Ambr. Angel. Flor. a. b. c. d. Vind. 1. 4. 6. Vulgatam lectionem cum Ven. ΞΣ tuetur Hermann. Mox vett. editt. ἣν δὴ θεοί, quod e Flor. v. Dionys. T. VI. p. 1037. et Ficino correxi.

v. Herodot. VII. 161. Thucyd. 1. 2. Isocrat. Paneg. c. 4. Panathen. c. 48. Lycurg. adv. Leocr. p. 204. ed. R. Lys. Epitaph. al. Harpocrat. s. v. Aristid. Panath.

οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς—] Isocrat. Paneg. c. 4: μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προςήκει, ubi plura intpp. Scipio Aemilianus apud Plut. Apophthegm. Tom. VI. p. 760 ed. R.: ἐμέ, εἶπεν, οὐδέποτε στρατοπέδων ἀλαλαγμὸς ἐθορύβησεν, οὔτι γε συγκλύδων ἀνθρώπων, ὧν οὐ μητέρα τὴν Ἰταλίαν, ἀλλὰ μητρυιὰν οὖσαν ἐπίσταμαι, quae nollem Wesseling. Obss. I, 1. p. 3. ex hoc Platonis loco repetita iudicasset. Vell. Pat. II. 5. de eadem re: Hostium armatorum clamore toties non territus qui possum vestro moveri, quorum Italia noverca est?

C. καὶ νῦν κεῖσθαι] Anacoluthon. Debebant enim haec quoque ex ἀποφηναμένη pendere ideoque per participium enuntiari. Sed posuit orator infinitivum, quasi antea dixisset ποιήσασα aut simile quiddam.

καὶ ὑποδεξαμένης] Schleiermacherus aliique interpretantur de terra mortuos veluti gremio suo suscipiente. Sed hoc ipsa sententiae ratio minime fert. Non dubitandum, quin ὑποδέχεσθαι de patria tanquam matre aliqua accipiendum sit, quae eos olim tanquam fetus gremio suo susceperit. Xenoph. Mem. II. 2, 5: ὁ μὲν ἀνὴρ τήν τε συντεκνοποιήσουσαν ἑαυτῷ τρέφει — ἡ δὲ γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο κτλ. Nec in eo haerendum putamus, quod dicitur καὶ θρεψάσης καὶ ὑποδεξαμένης, neque ordine inverso. Hoc enim non plus habet offensionis, quam quod Graeci dixerunt τροφὴ καὶ γένεσις, veluti Plato Reip. IV. p. 436. A. Xenoph. Mem. III. 5, 10. Homer. Iliad. I. 251. Odyss. XII. 134. XIV. 201.

περὶ αὐτὴν θεῶν ἔρις —] Oratores in celebranda Atheniensium antiquitate populi opinionibus indulgentes, miscendo humana divinis, et poeticis magis decora fabulis, primordia rerum

D *κρίσις. ἣν δὲ θεοὶ ἐπῄνεσαν, πῶς οὐχ' ὑπ' ἀνθρώπων γε ξυμπάντων δικαία ἐπαινεῖσθαι; Δεύτερος δὲ ἔπαινος δικαίως ἂν αὐτῆς εἴη, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἀνεδίδου καὶ ἔφυε ζῶα παντοδαπά, θηρία τε καὶ βοτά, ἐν τούτῳ ἡ ἡμετέρα θηρίων μὲν ἀγρίων ἄγονος καὶ καθαρὰ ἐφάνη, ἐξελέξατο δὲ τῶν ζώων καὶ ἐγέννησεν ἄνθρωπον, ὃ συνέσει τε ὑπερέχει τῶν ἄλλων καὶ δίκην καὶ θεοὺς μόνον νομίζει.*
E *μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἥδε ἔτεκεν ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους· πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν τροφὴν ἔχει ἐπιτηδείαν ᾧ ἂν τέκῃ. ᾧ καὶ γυνὴ δήλη τεκοῦσά τε ἀληθῶς καὶ μή, ἀλλ' ὑποβαλλομένη, ἐὰν μὴ ἔχῃ πηγὰς τροφῆς τῷ γεννωμένῳ. ὃ δὴ καὶ ἡ ἡμετέρα γῆ τε καὶ μήτηρ*

D. *καὶ ἔφυε ζῶα*] V. *ἔφυ*. Verum praebuerunt Flor. a. c. v. x. z. Ven. Σ Par. BCZ. alii.
ὃ συνέσει τε ὑπ.] *ὃς* Flor. a. v. x. Ven. Σ. Par. Z. *ὅς*, et mox iidem Florr. *μόνος νομίζει*.
E. *τῷ γεννωμένῳ*] ΓΘΞBCE. Ambr. Vind. 1. 4. Flor. b. d. v. x. cum Ald. Bas. 1. 2. Sed Steph. assentiente Hirschig. scripsit *τῷ γενομένῳ*, quia alioquin dicendum fuerit *τῷ γεγεννημένῳ*,

Atticarum augustiora facere conati sunt. Lucian. Philopseud. p. 328. T. II: *Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι καὶ εἴ τινες ἄλλοι σεμνοτέρας ἀποφαίνονται τὰς πατρίδας ἐκ τῶν τοιούτων*. De certamine Minervae et Neptuni propter Athenarum pulcritudinem instituto v. Ovid. Metam. VI. v. 70 sqq. ibique intpp.

D. *ἐν τούτῳ*] Repetitio haec verborum *ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ* propter longiorem orationis intercapedinem facta est, nec vi sua caret. v. Phaedon. p. 72. E.

ἐγέννησεν ἄνθρωπον] Hoc loco activo verbo usus est, quia simpliciter vult significare terram Atticam primam genuisse homines. Alia ratio infra sect. E. videtur esse, quo loco quod dicit *ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη*, rem ita significat, ut ipsius Atticae singularis quaedam ratio habeatur. Dicitur enim ea homines ita procreavisse, ut eos et ipsa aleret atque nutriret. Itaque Reiskius ad Dionys. l. c. p. 1401. frustra coniectavit h. l. *ἐγεννήσατο* scribi oportere.

ὃ συνέσει —] Ad *ὃ* intell. *ζῶον*. Nam quod codd. nonnulli suppeditant *ὅς*, iam olim ex correctione ortum iudicavimus. De locutione *θεοὺς νομίζειν*, *δίκην νομίζειν*, v. Euthyphr. c. 2. Apolog. p. 26. C. Xenoph. Mem. I. 1, 1. Eurip. Hec. v. 802. al. Similiter apud Xenoph. l. c. §. 5. *νομίζειν μαντικὴν* dicitur.

E. *πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν* —] Terram Atticam olim homines progenuisse evidentissime vel hinc patere ait, quod omnis genitrix alimentum, quod genito conveniat, habere soleat. Atticam vero tanquam matrem omnibus

ἱκανὸν τεκμήριον παρέχεται ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη· μόνη γὰρ ἐν τῷ τότε καὶ πρώτη τροφὴν ἀνθρωπείαν ἤνεγκε τὸν τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν καρπόν, 238 ᾧ κάλλιστα καὶ ἄριστα τρέφεται τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὡς τῷ ὄντι τοῦτο τὸ ζῶον αὐτὴ γεννησαμένη. μᾶλλον δὲ ὑπὲρ γῆς ἢ γυναικὸς προσήκει δέχεσθαι τοιαῦτα τεκμήρια· οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα μεμίμηται κυήσει καὶ γεννήσει, ἀλλὰ γυνὴ γῆν. τούτου δὲ τοῦ καρποῦ οὐκ ἐφθόνησεν, ἀλλ' ἔνειμε καὶ τοῖς ἄλλοις. μετὰ δὲ τοῦτο ἐλαίου γένεσιν, πόνων ἀρωγήν, ἀνῆκε τοῖς ἐκγόνοις. Θρεψαμένη δὲ καὶ αὐξήσασα πρὸς ἥβην B ἄρχοντας καὶ διδασκάλους αὐτῶν θεοὺς ἐπηγάγετο· ὧν τὰ μὲν ὀνόματα πρέπει ἐν τῷ τοιῷδε ἐᾶν· ἴσμεν γάρ· οἳ τὸν βίον ἡμῶν κατεσκεύασαν πρός τε τὴν

quod cave credideris. Paullo ante Astius coni. ὑποβαλομένη, quod Hirschig. edidit.

P. 238. B. ἴσμεν γάρ·] Haec ego in parenthesi posui. Ceterae editt. ἴσμεν γάρ, οἳ τὸν βίον, ut intelligatur τούτους. Sed referenda sunt haec ad praecedentia, ut intelligatur αὐτά, quae ellipsis in talibus fere constans est et legitima. Phaedon. p. 60. A. γιγνώσκεις γάρ, sc. αὐτήν. Nostram rationem nuper editt. taciti susceperunt.

rebus ad victum cultumque necessariis abundare. Eadem est Aegypticorum argumentatio apud Iustinum II. 1, ubi v. intpp.

τεκοῦσά τε ἀληθῶς καὶ μή] utrum revera pepererit, necne. Euthyphr. §. 20: ὅτι σαφῶς οἴει εἰδέναι τό τε ὅσιον καὶ μή. De Rep. VI. p. 486. B: ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφον καὶ μή. Euthyphr. §. 11: ἐφάνη ἄρτι ὡριομένα τὸ ὅσιον καὶ μή. Ibid. §. 14. articulo ante μή iterato: παρὰ σοῦ μεμαθηκότας τά τε εὐσεβῆ καὶ ὅσια καὶ τὰ μή. Mammarum lacte plenarum periphrasin reprehendit Dionys. l. c. p. 1041., in suam rem convertit Plutarchus, qui fertur, De pueror. educ. p. 12., ut iam observavit Gottleber.

ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη] V. Matth. Gr. §. 569. 5.

P. 238. ὡς τῷ ὄντι — αὐτὴ γεννησαμένη] h. e. quum ipsa pepererit, nec aliunde acceperit.

πόνων ἀρωγήν] De re v. Apollodor. III. 14, 1. De πόνων ἀρωγή conf. Legg. XI. p. 919. C: τῆς νόσου ταύτης ἀρωγή. Protagor. p. 334. B: ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον —, ταῖς τοῦ ἀνθρώπου (θριξὶ) ἀρωγὸν καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. Reprehendit locum propter affectatam dictionem Dionys. Hal. De admir. vi Demosthen. 25. p. 1043. De Attica olearum parente et procreatrice v. Sophocl. Oed. Colon. v. 693 sqq. ibique intpp.

B. ὧν τὰ μὲν ὀνόματα πρέπει ἐν τῷ τοιῷδε ἐᾶν] Advertas μὲν non sequente δὲ positum, quum sponte intelligatur τὰ δὲ ἔργα λέγειν, aut simile quid. v. Hermann. ad

καθ' ἡμέραν δίαιταν τέχνας πρώτους παιδευσάμενοι καὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ τῆς χώρας φυλακὴν ὅπλων κτῆσίν τε καὶ χρῆσιν διδαξάμενοι.

Cap. VIII. Γεννηθέντες δὲ καὶ παιδευθέντες οὕτως οἱ τῶνδε πρόγονοι ᾤκουν πολιτείαν κατασκευασάμενοι, ἧς ὀρθῶς ἔχει διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι. C πολιτεία γὰρ τροφὴ ἀνθρώπων ἐστί, καλὴ μὲν ἀγαθῶν, ἡ δὲ ἐναντία κακῶν. ὡς οὖν ἐν καλῇ πολιτείᾳ ἐτράφησαν οἱ πρόσθεν ἡμῶν, ἀναγκαῖον δηλῶσαι, δι'

D. καὶ τὸ κράτος] Articulum addidi e Par. z. et Florr. v. x. z.

Viger. p. 841. Significat autem deos, quorum beneficia Athenienses pie colebant in mysteriis; v. Isocrat. Panegyr. c. 6. Horum igitur nomina in hac tali re memorare religioni ducit. De ἐν τῷ τοιῷδε conf. infra p. 244. A: ἐν τοῖς τοιοῖσδε. Thucyd. II, 36: πρέπον δὲ ἅμα ἐν τῷ τοιῷδε. Sophocl. Oed. Tyr. 892: τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνήρ; Dein ἴσμεν γὰρ per parenthesin accipiendum. Male editt. haec ita iungunt: ἴσμεν γὰρ οἳ τὸν βίον κ. τ. λ. Quippe verba οἳ τὸν βίον ἡμῶν κατεσκ. cohaerent cum illis: θεοὺς ἐπηγάγετο. De re ipsa Legg. p. 920. D: Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὸ τῶν δημιουργῶν γένος, οἳ τὸν βίον ἡμῖν ξυγκατεσκευάκασι τέχναις· Ἄρεως τε αὖ καὶ Ἀθηνᾶς, οἳ τὰ τῶν δημιουργῶν σώζοντες τέχναισιν ἑτέραις ἀμυντηρίοις ἔργα, κ. τ. λ., quem locum Loers. comparavit.

ᾤκουν πολιτ. κατασκ.] civilem agebant vitam. v. ad Remp. VIII. p. 543. A. coll. infr. p. 238. E. p. 244. C. p. 245. C.

C. καλὴ μὲν ἀγαθῶν, ἡ δὲ ἐναντία κακῶν] Dionysius l. c. καὶ ἡ μὲν ἀγαθὴ ἀγαθῶν, μὴ καλὴ δὲ κακῶν. Unde Schleiermach. olim legendum coniecit: καλὴ μὲν ἀγαθῶν, μὴ καλὴ δὲ κακῶν, aut καὶ ἡ μὲν ἀγαθὴ ἀγαθῶν, ἡ δὲ ἐναντία κακῶν. Non opus. Nam ante καλὴ commode omitti poterat articulus; ante ἐναντία propter certam oppositionis rationem non item, ut acute perspexit Engelhardt.

καὶ οἱ νῦν εἰσιν, ὧν οἵδε — τετελευτηκότες] per quam et illi boni evaserunt, et ii qui nunc sunt, quorum in numero etiam hi sunt, qui mortem pro patria subierunt.

ἀριστοκρατία, ἐν ᾗ —] Non intelligit paucorum eorumque nobilium imperium, sed τῶν ἀρίστων ἀρχήν, h. e. eam reipublicae formam, qua boni tenent civitatis habenas, deteriores obediunt. v. Reipubl. IV. p. 445. E. VIII. p. 545. D. Legg. III. p. 681. D. coll. Göttling. Orat. de Aristocratia veterum inserta Actis Acad. Ienens. Vol. I. p. 466 sqq. Ceterum conf. Thucyd. II. c. 37., unde haec traxerunt colorem.

ὡς τὰ πολλά] Nam forma reipublicae Atheniensis aliquoties mutata est, veluti temporibus triginta tyrannorum.

ὁ δὲ ἄλλο, ᾧ ἂν χαίρῃ] Corrigendum censemus: ὃ ἂν χαίρῃ, scil. καλῶν. v. ad Phileb. p. 111. coll. Sympos. p. 212. C. Protagor. p. 358. A. Ad ἄλλο ut ὄνομα intelligas, non est ne-

ἣν δὴ κἀκεῖνοι ἀγαθοὶ καὶ οἱ νῦν εἰσιν, ὧν οἵδε τυγχάνουσιν ὄντες οἱ τετελευτηκότες. Ἡ γὰρ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν, ἀριστοκρατία, ἐν ᾗ νῦν τε πολιτευόμεθα καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἐξ ἐκείνου ὡς τὰ πολλά. καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ δὲ ἄλλο, ᾧ ἂν χαίρῃ· ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατία. βασιλεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἡμῖν εἰσιν· οὗτοι δὲ τοτὲ μὲν ἐκ γένους, τοτὲ δὲ αἱρετοί· ἐγκρατὲς δὲ τῆς πόλεως τὰ πολλὰ τὸ πλῆθος τάς τε ἀρχὰς δίδωσι καὶ τὸ κράτος τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις εἶναι, καὶ οὔτε ἀσθενείᾳ οὔτε πενίᾳ οὔτ' ἀγνω- D

cessarium. Non est autem verisimile, quod putat Dahlmannus. Historische Forschungen Vol. I. p. 29. his verbis respici Thucydidem, qui Libr. II, 37. Athenienses δημοκρατίᾳ uti iudicaverit. Neque enim dubitari potest, quin alii quoque idem censuerint. Huc accedit, quod Thucydides nomine tantum a Platone discrepat, re ipsa cum eo consentit. Nam appellat quidem Atheniensium rempublicam δημοκρατίας nomine, quia non a paucis, sed a multis administretur; sed item addit eam non ab iis, qui genere, sed ab illis potius, qui dignitate aliis praestent, gubernari, adeoque pauperibus, qui prodesse valeant civitati, aditum patere ad summos honores. Itaque Thucydides pariter atque Plato hoc in Atheniensium rebus maxime laudat, quod optimo cuique aditus ad summos honores facillime pateat. Nec Lysiam hoc loco tangi tam fidenter affirmaverim, quam fecit Schönbornius p. 21.

D. μετ' εὐδοξίας πλήθους] Haec qualis intelligenda sit, docent quae mox sequuntur: ἐγκρατὲς δὲ τῆς πόλεως τὰ πολλὰ τὸ πλῆθος, τὰς δὲ ἀρχὰς δίδωσι καὶ τὸ κράτος τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις εἶναι κ. τ. λ.

Itaque non simpliciter εὐδοξία est populi auctoritas, sed urgetur a philosopho illud, quod populo optimi quique maxime probentur.

ἀεὶ ἡμῖν εἰσιν] h. e. semper et sunt et fuerunt. Nam temporibus reipublicae βασιλεῖς appellati sunt qui inter archontes secundum locum obtinuerunt. v. praeter alios Bernard de Archontibus in Annalibus Academ. Lovan. a. 1823 — 24. p. 244. Tittmann. Darstellung der griech. Staatsverf. p. 257 sqq. Quum autem βασιλεῖς isti non nisi rebus sacris praefuerint, haudquaquam est veri dissimile, quod suspicatur Gottleberus, oratorem regum nomine simul reliquos archontes significavisse. Ceterum quod τοτὲ μὲν ἐκ γένους fuisse dicuntur, τοτὲ δὲ αἱρετοί, illud apparet pertinere ad reges proprie ita dictos, hoc autem referri oportere ad archontes eo nomine appellatos.

τοῖς ἀεὶ δόξασιν] h. e. ἑκάστοτε. v. ad Apol. Socr. p. 25. C. De Rep. II. p. 360. A.

ἀγνωσίᾳ πατέρων] Egregie falluntur qui ἀγνωσίαν putarunt hoc loco passive positam esse. Hoc dicitur: propterea quod homines parentes eorum ignorant.

σίᾳ πατέρων ἀπελήλαται οὐδείς, οὐδὲ τοῖς ἐναντίοις τετίμηται, ὥςπερ ἐν ἄλλαις πόλεσιν, ἀλλὰ εἷς ὅρος, ὁ δόξας σοφὸς ἢ ἀγαθὸς εἶναι κρατεῖ καὶ ἄρχει. Αἰ-
E τία δὲ ἡμῖν τῆς πολιτείας ταύτης ἡ ἐξ ἴσου γένεσις. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις ἐκ παντοδαπῶν κατεσκευασμέναι ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ ἀνωμάλων, ὥςτε αὐτῶν ἀνώμαλοι καὶ αἱ πολιτεῖαι, τυραννίδες τε καὶ ὀλιγαρχίαι· οἰκοῦσιν οὖν ἔνιοι μὲν δούλους, οἱ δὲ δεσπότας ἀλλήλους νομίζοντες· ἡμεῖς δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, μιᾶς
239 μητρὸς πάντες ἀδελφοὶ φύντες, οὐκ ἀξιοῦμεν δοῦλοι οὐδὲ δεσπόται ἀλλήλων εἶναι, ἀλλ' ἡ ἰσογονία ἡμᾶς

P. 239. *οἱ τῶνδέ τε πατέρες καὶ ἡμέτεροι*] V. *οἱ τῶνδε πατέρες καὶ οἱ ἡμέτεροι*, quod correximus e Vindd. 1. 4. 6. Florr.

ὁ δόξας σοφὸς — ἄρχει] Appositio universi enuntiati, ut p. 240. B., ubi frustra fuit qui *ἐπὶ γὰρ τὰ ὅρια* scriptum voluit.

E. *ἀνώμαλοι αἱ πολιτεῖαι*] Lusit in ambiguitate voc. *ἀνώμαλοι*, quod et dispares et inaequales significat. Nam ex eo, quod aliae gentes sint e variae ac disparis stirpis hominibus commixtae, consequi arbitratur illud, quod in civitatum formis, quibus utantur, magna cernatur inaequalitas. De *οἰκοῦσιν* v. ad pag. 238. B.

P. 239. *ἰσονομίαν ἀναγκάζει ζητεῖν*] Illam *ἰσογονίαν* arbitratur etiam efficere *ἰσονομίαν*, h, e. iuris aequabilitatem. De *ἰσονομίᾳ* v. Gorg. p. 508. A. coll. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 541. et Beier. ad Cicer. offic. II, 4, 15. Proxima sic intelligas: nec ulla alia re nobismet invicem concedere nisi virtutis ac sapientiae laude s. existimatione. Locum simillimum habes apud Ciceron. Offic. I, 4, 13. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti.

οἱ τῶνδέ τε πατέρες καὶ ἡμέτεροι] Quod vulgo *τε* erat omissum et ante *ἡμέτεροι* articulus *οἱ* interpositus, recte Beckerus utrumque ex codd. mutavit. Quem nescio cur Loersius et Engelhardtus non sint sequuti. Paullo ante: *ὅτι ἥδε ἔτεκε ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους.*

ἀπεφήναντο εἰς πάντας ἀνθρώπους] Ita Tim. p. 25. B: *εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανὴς τῇ ἀρετῇ.* Gorg. p. 526. B: *ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστείδης.* Sympos. p. 179. B: *Ἄλκηστις ἱκανὴν παρέχεται μαρτυρίαν — εἰς τοὺς Ἕλληνας*, ubi v. annot. In talibus falluntur si qui *εἰς* pro *ἐν* dictum putant.

B. *Εὐμόλπου μὲν οὖν καὶ Ἀμαζόνων —*]. Quae Plato de Eumolpo breviter attigit, ea copiosius illustrat Thucyd. II, 15. Narrat enim Eumolpum, ducem Eleusiniorum, contra Erechtheum bellum suscepisse, quod vocatur Eleusinium. Isocrates Paneg. c. 19. et Pa-

ἡ κατὰ φύσιν ἰσονομίαν ἀναγκάζει ζητεῖν κατὰ νόμον, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ὑπείκειν ἀλλήλοις ἢ ἀρετῆς δόξῃ καὶ φρονήσεως.

Cap. IX. Ὅθεν δὴ ἐν πάσῃ ἐλευθερίᾳ τεθραμμένοι οἵ τῶνδέ τε πατέρες καὶ ἡμέτεροι καὶ αὐτοὶ οὗτοι καὶ καλῶς φύντες πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήναντο εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, οἰόμενοι δεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ Ἕλλησιν ὑπὲρ Ἑλλήνων μάχεσθαι καὶ βαρβάροις ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. Εὐμόλπου μὲν οὖν καὶ Ἀμαζόνων ἐπιστρατευσάντων ἐπὶ τὴν χώραν καὶ τῶν ἔτι προτέρων ὡς B

a. b. c, q. v. x. z. τε cum Ven. Ξ. addunt etiam Ven. Σ. Par. Z. articulum ante ἡμέτεροι om. Vat. Par. CZ. alii.

nath. p. 533. Thraces refert cum Eumolpo, Neptuni filio, Atticam invasisse, illis temporibus opibus minus valentem. Idem argumentum tractavit Lycurg. adv. Leocr. p. 201. T. IV. ed. Reisk., narrans Erechtheum regem, a deo Delphico admonitum, ut hostes terra expellerentur, Praxitheam coniugem, Cephissi filiam, immolavisse, idque facinus ab Euripide versibus pulcherrimis, quos ipsos attulit, esse celebratum. Ceterum Eumolpum sacra Eleusinia Athenas pertulisse Isocrates memorat Panegyr. c. 42, ubi v. intpp. — Amazones, ut Plutarch. Vit. Thes. p. 56. ed. Reisk. auctor est, ex Ponto in Atticam usque proruperunt et in ipsa Athenarum urbe castra posuerunt, quas tandem vicit Thesei fortitudo. Huius belli cum Amazonibus gesti mentionem etiam Lysias fecit in Epitaph. p. 55. ed. Reisk., quo loco eas appellat Martis filias, viragines, ingentes gerentes animos, quae tamen ita ab Atheniensibus caesae sint, ut ne nuntia quidem tantae cladis in patriam reverterit. Neque hunc locum praetermiserunt Isocrates Panegyr. p. 49. et Demosthen. in Epitaph. T. II. p. 1391. ed. R. Quid, quod iam apud Herodotum IX. 27. Atheniensis in oratione ante pugnam Plataeensem adversus Tegeatas habita eodem facinore gloriatur? Ceterum Amazones dicuntur contra Athenienses arma cepisse, quod Hippolyte, vel ut Plutarchus Vit. Thes. p. 54. dicit, Antiope a Theseo rapta fuerit: v. Isocrat. Panath. p. 534. Iustin. II, 4.: quas quidem criminationes ab ipsis Amazonibus profectas esse Isocrates l. c. arbitratur. Lectu dignum de hac re est Cap. IV. Taylori Lectionum Lysiacarum T. IV. Oratt. Graecc. a Reiskio edit. p. 242.

τῶν ἔτι προτέρων] Vir doctus Miscellan. Obss. T. II. p. 366. πρότερον legendum censuit. Non opus. Infra: οἱ τοῖς τῶν προτέρων ἔργοις τέλος — ἐπέθεσαν. Nec inepte Gottl. comparat Homer. Iliad. φ, 405: τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης. — Dein ἀμύνεσθαι est se defendere, a se arcere et repellere; sed ἀμύνειν τινί significat alicui opem ferre, opitulari.

ἠμύναντο, καὶ ὡς ἤμυναν Ἀργείοις πρὸς Καδμείους καὶ Ἡρακλείδαις πρὸς Ἀργείους, ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι, ποιηταί τε αὐτῶν ἤδη ἱκανῶς τὴν ἀρετὴν ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες εἰς πάντας μεμη-
C νύκασιν· ἐὰν οὖν ἡμεῖς ἐπιχειρῶμεν τὰ αὐτὰ λόγῳ ψιλῷ κοσμεῖν, τάχ' ἂν δεύτεροι φαινοίμεθα. ταῦτα μὲν οὖν διὰ ταῦτα δοκεῖ μοι ἐᾶν, ἐπειδὴ καὶ ἔχει

B. *βραχὺς ἀξίως διηγ.*] Ven. Σ. Par. Z. Flor. v. x. z. βραχὺς ὥστε ἀξ. δ. ex glossemate.

ἤδη ἱκανῶς] Sic Ven. Σ. Par. Z. Flor. z. et Monac. ap. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 488. Vulgo ἤδη καλῶς.

ἔτι τ' ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ] Recte Bekkerus ἐν μνηστείᾳ

Ἀργείοις πρὸς Καδμείους] Argivos contra Cadmeos sive Thebanos ab Atheniensibus adiutos esse praedicat etiam Atheniensis in oratione apud Herodot. IX, 27. Fusius rem persequutus est Lysias Laudat. funebr. p. 59. ed. Reisk. Brevius idem argumentum tractavit Isocrat. Panegyr. c. 15. et paullo aliter Panath. p. 524. Conferatur etiam Demosth. Epitaph. T. II. p. 1391. ed. R. et Isocrat. Helen. laudat. p. 410. 412. *καὶ Ἡρακλείδαις πρὸς Ἀργ.*] adversus Eurystheum, qui quum postulavisset, ut Herculis filii, ab Atheniensibus in tutelam recepti, sibi traderentur, neque impetravisset quod vellet, ingenti exercitu Atticam invasit, sed a Theseo in fugam coniectus est. Rem memorant etiam orator apud Herodotum l. c. et Lysias p. 65 sq., ut alios taceam.

ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξ. διηγήσασθαι] E glossemate fluxit, quod teste Iacobsio ad Achill. Tat. p. 488. etiam in cod. Monac. legitur ὥστε ἀξίως διηγήσασθαι. De structurae genere v. Wyttenbach. Bibl. Crit. III, 2. p. 65. Hermann. ad Viger. p. 885. Matth. Gr. §. 448. conf. ad Phaedr. p. 274. E. Dein ποιηταὶ ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες non tantum lyrici intelliguntur, sed etiam alii. Nam opponitur λόγῳ ψιλῷ, h. e. pedestri sermoni. Legg. p. 669. D: λόγους ψιλοὺς εἰς μέτρα τιθέντες. Eodem modo μουσικὴ opponitur τῇ πεζῇ λέξει apud Dionys. Hal. De comp. verbor. c. 11., ubi conf. Schaeferi annot. Epicos poëtas has res carminibus celebrasse patet e Demosth. Orat. fun. p. 1391. T. II. ed. R., ad quem locum v. Reisk. Apparat. crit. Vol. III. p. 1719. De lyricis idem colligas e Lysia l. c. §. 3., ut iam Gottleb. observavit. — *δεύτεροι φ.*, h. e. iis inferiores.

C. *ἔχει τὴν ἀξίαν*] „i. e. pro dignitate laudata sunt. Quae sequuntur ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις, carpit Dionys. p. 1036. tanquam σχῆμα ineptum." GOTTL. — Sententia loci haec est: Ex quibus autem nec poëta adhuc dignam ob res laudatione dignas nactus est famam atque laudem, et ex quibus adhuc peti possit laudis atque gloriae decus et ornamentum. De orationis forma conf. Euthydem. p. 304. E: ἀξίων ἀναξίαν σπουδήν. Tim. p. 37. A: ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη. Legg. V. p. 704. E. IX. 950.

τὴν ἀξίαν· ὧν δὲ οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβὼν ἔχει, ἔτι τ' ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ, τούτων πέρι μοι δοκεῖ χρῆναι ἐπιμνησθῆναι ἐπαινοῦντά τε καὶ προμνώμενον ἄλλοις ἐς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν αὐτὰ θεῖναι πρεπόντως τῶν πραξάντων. ἔστι δὲ τούτων ὧν λέγω πρῶτα· Πέρσας ἡγουμένους τῆς D Ἀσίας καὶ δουλουμένους τὴν Εὐρώπην ἔσχον οἱ τῆςδε

scribendum censet, quod est in Vind. 4. 6. Flor. a. b. c. d. q. Coisl. Vat. Par. BCEF. Ambr. Angel. V. ἀμνηστίᾳ, quod non debebat Herm. revocare, licet Ven. Ξ. ἀμνηστεία habeat. Veritatem receptae lectionis abunde testatur quod mox infertur καὶ προμνώμενον, ubi ante ἄλλοις vulgo τοῖς praemittitur invitis codd. v. explicatt.

A. Polit. p. 303. C. Sed otium fecit Heusd. Specim. Crit. p. 129 sq. Verba: ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ significant: adhuc versantur in sponsali ambitione, ut poetae inde procorum instar, virginum nuptias petentium, carminum argumenta nova necdum tractata sibi repetere queant. Nimirum μνηστείᾳ est ipsa actio nuptias ambientium, ut Pollux On. III. 3. interpretatur, ubi περὶ μνηστείας γάμων de industria exposuit. Usum autem esse oratorem hac metaphora, sequentia arguunt: προμνώμενον ἄλλοις κ. τ. λ. nuptias conciliantem h. e. commendantem, suadentem, ut miremur C. Fr. Hermannum invitis codd. fere omnibus revocasse veterem lectionem ἐν ἀμνηστείᾳ. Ceterum minime insolens haec comparatio videri debet, quum προμνᾶσθαι etiam vulgari usu dici consueverit de iis, qui alteri aliquid conciliarent, stipularentur, procurarent, suaderent, commendarent. De qua re v. Suidas et Photius s. v. Plat. Theaet. p. 150. A. 151. B. Xenoph. Arab. VII. 3, 18: τοιαῦτα προὐμνᾶτο ἑκάστῳ προςιών. Plut. Vit. Lucull. c. 6: προμνώμενον αὐτῷ Κιλικίαν. Moral. p. 38. B. Aristid. I. 33. 231. 349. Pro ἔτι τ' ἐστιν ἐν μν. dici poterat etiam hoc modo: καὶ ἃ ἔτι ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ. Sed pronomen relativum saepe alio casu repetendum relinquitur. v. Matth. Gr. §. 428. 2. coll. 474. b. Elmsley. ad Eurip. Med. v. 875. Hermann. ad Viger. p. 707. Platonica collegi ad Criton. p. 47. E. De τε autem post οὔτε subiecto conf. ad Protagor. p. 309. B.

καὶ προμνώμενον ἄλλοις] „Hunc locum ante oculos habuit Aristid. T. II. p. 85: ἐν ᾧ (Epitaphio) καὶ τοῖς ἄλλοις προξενεῖν φησι καὶ προμνᾶσθαι εἰς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν θεῖναι, κοσμήσαντας ἀξίως τῶν πραξάντων, λέγων δὴ τὰ τούτων ἔργα.“ GOTTL. Bene Aristides πρεπόντως per ἀξίως explicavit, unde genitivi ratio explicanda. Sophocl. Aiac. v. 534: πρέπον γέ τ' ἦν ἂν δαίμονος τοῦ 'μοῦ τόδε. cfr. Matthiae §. 386. 1. XII., qui huius loci non meminit. — αὐτά, illa, quae nondum satis celebrata sunt. — ἐς ᾠδάς τε καὶ τὴν ποίησιν, ut Phaedr. p. 245. A: κατά τε ᾠδὰς καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν, in quibus ᾠδὰς de carminibus lyricis intelligendum.

D. Πέρσας ἡγουμένους —] Etiam apud Lysiam lau-

τῆς χώρας ἔκγονοι, γονεῖς δὲ ἡμέτεροι, ὧν καὶ δίκαιον καὶ χρὴ πρῶτον μεμνημένους ἐπαινέσαι αὐτῶν τὴν ἀρετήν. δεῖ δὴ αὐτὴν ἰδεῖν, εἰ μέλλει τις καλῶς ἐπαινεῖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενόμενον λόγῳ, ὅτε πᾶσα μὲν ἡ Ἀσία ἐδούλευε τρίτῳ ἤδη βασιλεῖ, ὧν ὁ μὲν πρῶτος Κῦρος ἐλευθερώσας Πέρσας τοὺς αὑτοῦ
E *πολίτας τῷ αὑτοῦ φρονήματι ἅμα καὶ τοὺς δεσπότας Μήδους ἐδουλώσατο καὶ τῆς ἄλλης Ἀσίας μέχρι Αἰγύπτου ἦρξεν, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Αἰγύπτου τε καὶ Λιβύης ὅσον οἷόν τ' ἦν ἐπιβαίνειν, τρίτος δὲ Δαρεῖος πεζῇ μὲν μέχρι Σκυθῶν τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο, ναυσὶ δὲ τῆς τε θαλάττης ἐκράτει καὶ τῶν νήσων, ὥςτε*

D. *αὐτὴν ἰδεῖν*] Flor. z. *εἰδεῖν*.
E. *μέχρι Αἰγύπτου*] V. *μέχρις*. Illud exhibent ΘΞΣBC FZ. Ambros, Angel, Vind. 1. 6. Flor. a. b. v. x. alii; omninoque in Platone dubitari non potest quin ubique, etiam litera vocali sequente, *ἄχρι* et *μέχρι* scribendum sit. cfr. p. 245. A. Lobeck.

datis antiquissimorum Atheniensium praeclare factis §, 21 sqq. statim ad bella cum Persis gesta transitus factus est. In singulis tamen rebus quibusdam hi oratores discrepant, quod longum est h. l. exponere. Nec quisquam ceterorum oratorum, qui Atheniensium laudes praedicaverunt, hunc locum silentio transmisit. — *δουλουμένους*, iamiam in servitutem redigentes. — *ἴσχον* i. q. *κατέσχον*. — Deinde *ὧν* neutro genere accipiendum ut sit: quarum rerum memores etc. Ita apparet *αὐτῶν* minime abundanter post *ὧν* illatum esse.

δεῖ δὴ αὐτὴν ἰδεῖν—]Unus cod. ms. *εἰδεῖν*: unde olim *εἰπεῖν* coni. Sed *ἰδεῖν* est spectare, intueri. Itaque nihil mutandum videtur. Neque dictio *ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενόμενον λόγῳ* offendit, ut iam ad Reip. III. p. 396. D. significavi, ubi legitur *γίγνεσθαι τῇ διηγήσει κατά τι*, formula huic longe simillima. Legg. III. p. 683. C. Verbum *ἰδεῖν* interdum etiam ad animum et mentem refertur. Legg. IX. p. 859. E: *ἴδωμεν, ὡς τὰ παθήματα — τοῖς ποιήμασιν ἴσα*, ubi codd. nonnulli *εἰδῶμεν*. Ibid. p. 860. B: *ἰδόντες ὡς ταῦτα ἐστὶ μὲν ἄπειρα*. Phaedon. 202. C. 265. A. 267. A. Wunder. ad Sophocl. Aiac. v. 999. et Siebelis. ad Pausan. T. IV. p. 137. C. Sententia igitur haec est: Oportet autem illam (virtutem), siquidem quis eam recte laudaturus sit, intueri mente et cogitatione in illo tempore versantem, quo universa Asia tertio iam regi Persarum serviebat. Respicitur huc p. 240. D.

E. *τῆς θαλάττης* —] Eximie *ἡ θάλαττα* dicitur de mari interno. Usum loquendi notarunt Markland. ad Max. Tyr. p. 709. Schweighäus. ad Appian. Prooem. Vol. III. p. 110. Larcher. ad Herodot. I, 185. Imperfectum *ἐκράτει* regni Persici statum, qualis tum erat, significat. Aliud esset *ἐκράτησε*.

μηδὲ ἀξιοῦν ἀντίπαλον αὐτῷ μηδένα εἶναι· αἱ δὲ γνῶ- 240
μαι δεδουλωμέναι ἁπάντων ἀνθρώπων ἦσαν· οὕτω
πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ μάχιμα γένη καταδεδουλωμένη
ἦν ἡ Περσῶν ἀρχή. Cap. X. αἰτιασάμενος δὲ Δα-
ρεῖος ἡμᾶς τε καὶ Ἐρετριέας, Σάρδεσιν ἐπιβουλεῦσαι
προφασιζόμενος, πέμψας μυριάδας μὲν πεντήκοντα ἔν
τε πλοίοις καὶ ναυσί, ναῦς δὲ τριακοσίας, Δᾶτιν δὲ
ἄρχοντα, εἶπεν ἥκειν ἄγοντα Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους, B
εἰ βούλοιτο τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἔχειν. ὁ δὲ πλεύσας
εἰς Ἐρέτριαν ἐπ' ἄνδρας, οἳ τῶν τότε Ἑλλήνων ἐν
τοῖς εὐδοκιμωτάτοις ἦσαν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον καὶ
οὐκ ὀλίγοι, τούτους ἐχειρώσατο μὲν ἐν τρισὶν ἡμέραις,

ad Phrynich. p. 14. Dein αὐτοῦ post ὁ δὲ υἱὸς in permultis libris mss. deest.

τῆς τε θαλάττης ἐκράτει] Sic Vindd. Florr. Coisl. Ven. ΞΣ. Parr. BCFZ. et reliqui. Vulgo ἐκράτησε, quod ab imperitis propter praegressum ὡρίσατο in locum imperfecti substitutum.

P. 240. B. ἐν τοῖς εὐδ.] εὐδοκιμώτατοι coni. Hirsch.

ἀξιοῦν —] h. e. τολμῆσαι. Ita Thucyd. VII, 63. Aeschyl. Pers. v. 335. cfr. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 713. GOTTLEB.

V. 240. Σάρδεσιν ἐπιβουλεῦσαι —] Res in vulgus nota. v. Herodot. V. 101 sqq. Nepos Miltiad. c. 4. ibique intpp. Inter alia Nepos: „Hisque (Dati et Artapherni) ducenta peditum, decem millia equitum dedit." Quae vides mirum quantum ab iis, quae hoc loco legimus, discrepare. Nimirum oratores consulto auxerunt hostium numerum. Cum Platone facit Lysias p. 82. Reisk.

εἶπεν ἥκειν ἄγοντα —] iussit eum redire ita, ut captivos duceret Eretrienses et Athenienses. Nam ἔρχεσθαι, ἰέναι, ἥκειν saepius habent vim et significationem redeundi, quae, si rem diligenter rimeris, a veniendi notione parum aut nihil diversa est. v. ad Protagor. p. 310. C. — ἄγειν autem est vel in vincula vel ad supplicium vel etiam captivum ducere. Ita mox C. conf. Xenoph. Hellen. II, 4, 1. III, 3, 8. V, 4, 8. VII, 4, 33. al. Ceterum paullo ante ne haereas in isto ἔν τε πλοίοις καὶ ναυσί, quoniam praepositiones cum nomine suo unam notionem efficiunt, saepenumero τὲ ita collocatum reperitur. Infra p. 263. C: ἔκ τε γὰρ τοῦ Πειραιέως καὶ ἄστεος. Theaet. p. 153. C: κατά τε ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα. Thucyd. I, 105: ἔν τε Αἰγίνῃ — καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Sed plurima rei exempla suppeditabit Wellauer. Addit. ad Vechneri Hellenolex. Vratisl. 1828. p. 3 sqq., qui veram rationem perspexit.

B. ἐν τρισὶν ἡμέραις] Septem dierum spatium habet Herodot. VI, 102, ut hic quoque hyperbole oratoria agnoscenda videatur.

ἐν τοῖς εὐδοκιμωτάτοις —] Sic Euthydem. p. 305. A:

διηρευνήσατο δὲ αὐτῶν πᾶσαν τὴν χώραν, ἵνα μηδεὶς ἀποφύγοι, τοιούτῳ τρόπῳ· ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες τῆς Ἐρετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν διαστάντες, συνάψαντες τὰς χεῖρας διῆλθον
C ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. τῇ δ' αὐτῇ διανοίᾳ κατηγάγοντο ἐξ Ἐρετρίας εἰς Μαραθῶνα, ὡς ἕτοιμόν σφισιν ὂν καὶ Ἀθηναίους ἐν τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀνάγκῃ ζεύξαντας Ἐρετριεῦσιν ἄγειν. τούτων δὲ τῶν μὲν πραχθέντων, τῶν δ' ἐπιχειρουμένων οὔτ' Ἐρετριεῦσιν ἐβοήθησεν Ἑλλήνων οὐδεὶς οὔτε Ἀθηναίοις πλὴν Λακεδαιμονίων· οὗτοι δὲ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς μάχης ἀφίκοντο· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἐκπεπληγμένοι, ἀγαπῶν-
D τες τὴν ἐν τῷ παρόντι σωτηρίαν, ἡσυχίαν ἦγον. ἐν

D. ὅλης τῆς Ἀσίας] Desunt haec in multis codd., ut Coisl. Vind. 6. Par. BCEF. v. w. y. r., sed male.

ἐν τοῖς κρατίστοις εἰσὶ τῶν νῦν. Lach. p. 181. B: ἐν τοῖς εὐνουστάτοις σοι εἶναι. Alius generis est ἐν τοῖς superlativis ita praemissum, ut sit fere omnium, omnium maxime, de quo v. ad Criton. p. 52. A., de quo importune cogitavit Hirschigius, qui suo Marte εὐδοκιμώτατοι refinxit. Atqui hoc dicit orator: qui tunc inter Graecos erant in laudatissimis.

συνάψαντες τὰς χεῖρας — ἀποπεφευγὼς εἴη] Iisdem paene verbis haec narrantur Legg. III. p. 698. D. c. 14., ubi verbum σαγηνεύειν de hac re ponitur, quo usus est etiam Herodot. III, 149.

C. εἰς Μαραθῶνα] in campum Marathonium. De structura verborum ὡς ἕτοιμόν σφισιν ὄν, quasi ipsis facile esset, v. Matth. §. 564. Rost. §. 131, 5. De verbis ἐν τῇ αὐτῇ τε ἀνάγκῃ ζεύξαντες conf. De Rep. VIII. p. 567. D: ἐν μακαρίᾳ ἄρα ἀνάγκῃ δέδεται. Cratyl. p. 404 B: ἐν τοῖς δεσμοῖς δήσας. Criton. p. 45. C: ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἁλίσκονται. Phaed. p. 108. B: δεδεμένος ἐν ἀνάγκαις. Sophocl. Aiac. v. 270: ἥδε Θ' οἵοιν εἴχετ' ἐν κακοῖς. al. Dativus Ἐρετριεῦσιν pendet ex τῇ αὐτῇ. v. Rost. §. 105. ann. 8. Matthiae §. 385.

Ἑλλήνων οὐδείς] praeter Athenienses. v. Herodot. VI, 484. GOTTLEB.

πλὴν Λακεδαιμονίων] V. Plat. Legg. l. c. intpp. ad Herod. VI, 106. VII, 206. et Nepot. 4 et 5, qui etiam de proximis exposuerunt. — ἀγαπῶντες τὴν ἐν τῷ π. σωτηρίαν, praesenti acquiescentes salute.

D. Ἐν τούτῳ δὴ ἄν τις γενόμενος] Ita δὴ saepe ponitur, ubi oratio revertitur ad superiora. Nam redit iam ad illud, quod p. 239. D. dixerat, δεῖ δὴ αὐτὴν ἰδεῖν — ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενόμενον λόγῳ. De hoc usu loquendi diximus ad Apolog. Socr. p. 21. A. Sympos. p. 184. E. Conferas Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mar. XIV.

τούτῳ δὴ ἄν τις γενόμενος γνοίη, οἷοι ἄρα ἐτύγχανον
ὄντες τὴν ἀρετὴν οἱ Μαραθῶνι δεξάμενοι τὴν τῶν
βαρβάρων δύναμιν καὶ κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν
ὅλης τῆς Ἀσίας καὶ πρῶτοι στήσαντες τρόπαια τῶν
βαρβάρων, ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γε-
νόμενοι, ὅτι οὐκ ἄμαχος εἴη ἡ Περσῶν δύναμις, ἀλ-
λὰ πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς πλοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει. ἐγὼ
μὲν οὖν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας φημὶ οὐ μόνον τῶν E
σωμάτων τῶν ἡμετέρων πατέρας εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῆς
ἐλευθερίας τῆς τε ἡμετέρας καὶ ξυμπάντων τῶν ἐν
τῇδε τῇ ἠπείρῳ· εἰς ἐκεῖνο γὰρ τὸ ἔργον ἀποβλέψαν-
τες καὶ τὰς ὑστέρας μάχας ἐτόλμησαν διακινδυνεύειν
οἱ Ἕλληνες ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, μαθηταὶ τῶν Μαρα-
θῶνι γενόμενοι. Cap. XI. Τὰ μὲν οὖν ἀριστεῖα
τῷ λόγῳ ἐκείνοις ἀναθετέον, τὰ δὲ δευτερεῖα τοῖς 241
περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσασι καὶ

Valcken. ad Herod. V. 119. Schaefer. ad Dionys. De Comp. Verb. p. 190 sq.

οἱ Μαραθῶνι—] Ita praepositione ἐν omissa legitur etiam mox E. p. 241. A. B. Legg. III. p. 699. A. al. — Plura suppeditabunt Wernsdorf. ad Himer. p. 58. et Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 698. Conf. Rost. §. 106. 4. p. 524. ed. ampl. 7. Scilicet dicuntur Μαραθῶνι, Ἐλευσῖνι, Ῥαμνοῦντι, ut Πυθοῖ, Ἰσθμοῖ, Σφηττοῖ, Ἀθήνησιν, Θήβησιν, Ὀλυμπιάσιν, οἴκοι, in quibus non casus localis agnoscendus, sed adverbium.

καὶ κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν] Observes κολασάμενοι pro κολάσαντες positum. Ita κολάζεσθαι active dictum legimus Protagor. p. 324. C: τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται — οὓς ἂν οἴωνται ἀδικεῖν, κ. τ. λ., ubi Heindorfius comparavit Aristoph. Vesp. p. 405. Etiam Xenoph. Cyrop. I, 2, 7. codd. nonnulli exhibent κολάζονται pro κολάζουσι.

ἄμαχος εἴη — ὑπείκει] Modorum enallage haudquaquam insolens. Etenim alterum enuntiatur tanquam in sola positum cogitatione; alterum tanquam omni ex parte certum et exploratum refertur. Eadem post ὅτι modorum variatio est Tim. p. 18. C. D. Gorg. p. 512. A. Protagor. p. 335. A. De Rep. V. p. 466. A. VI. p. 490. D. Herodot. VI, 3. bis. V, 97. Xenoph. Anab. II, 1, 3. Histor. Gr. I, 4, 13. Plura collegerunt Boeckh. in Min. p. 62. Bähr. in Creuzeri Melett. III. p. 49. Baitinger in Actis Monacc. III, 2. p. 165.

E. εἰς ἐκεῖνο γὰρ τὸ ἔργον] Ἔργον de opere bellico sive pugna, ut infra p. 241. A. C., usurpatum illustravit Hermann. ad Lucian. De Conscrib. Hist. p. 159.

P. 241. τοῖς περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμ.] Nam in his pugnis Athenienses praeter ceteros ita excelluerunt, ut iis ab universa Graecia certaminis praemium sit tributum. v.

νικήσασι. καὶ γὰρ τούτων τῶν ἀνδρῶν πολλὰ μὲν ἄν
τις ἔχοι διελθεῖν, καὶ οἷα ἐπιόντα ὑπέμειναν κατά
τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ὡς ἠμύναντο ταῦ-
τα· ὃ δέ μοι δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι, τού-
του μνησθήσομαι, ὅτι τὸ ἑξῆς ἔργον τοῖς Μαρα-
θῶνι διεπράξαντο. οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον
μόνον ἐπέδειξαν τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι κατὰ γῆν οἷόν τε
B ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοις πολλούς, ναυσὶ δὲ
ἔτι ἦν ἄδηλον, καὶ δόξαν εἶχον Πέρσαι ἄμαχοι εἶναι
κατὰ θάλατταν καὶ πλήθει καὶ πλούτῳ καὶ τέχνῃ
καὶ ῥώμῃ. τοῦτο δὴ ἄξιον ἐπαινεῖν τῶν ἀνδρῶν τῶν
τότε ναυμαχησάντων, ὅτι τὸν ἐχόμενον φόβον διέλυ-
σαν τῶν Ἑλλήνων καὶ ἔπαυσαν φοβουμένους πλῆθος

P. 241. *καὶ γὰρ τούτων τ. ἀνδρ.*] Flor. Z. Ven. Σ Par. Z. *καὶ γὰρ δὴ καὶ τ. τ.*, quod recepit Bekker. Non opus. nam *καὶ γὰρ* h. l. non est etenim, sed nam etiam, ut saepe.

ὃ δέ μοι δοκεῖ] Bekkerus: *ὃ δ' ἐμοί*, invitis libris mss.

ἐπέδειξαν τοῖς Ἕλλησιν] V. *ἐπεδείξαντο*, quod e Vind. 1. 4. Florr. a. b. v. x. q. Ambros. et aliis mutavi. Quippe di-'Herodot. VIII, 17. Mox observes formam *θάλατταν*, quam legimus etiam p. 240. B. 241. B. C. 245. B. al. Fallitur ergo Aelius Dionysius apud Eustath. ad Iliad. *κ*. p. 813., qui praeter tragicos etiam Platonem negat *θάλαττα* et *θάλατταν* scripsisse, quae forma certe apud Aristophanem dominatur.

Convenit igitur inter nos, inquit Socrates, eum, qui alicui rei amicus sit, eandem etiam appetere et amare, et quidem propter aliud quid. Falso autem antea putabamus malum esse amoris causam. Nunc enim apparuit cupiditatem esse, in qua omnis amoris fons quaerendus videatur. Iam vero qui quid cupit, is appetit id, quod sibi ipsi deest. Ex quo efficitur, ut cui aliquid defuerit, ei id ipsum, quod ipsi deest, amicum putari debeat. Deest autem cuique id, quod proprie ad ipsum pertinet eique est tamquam propinquum. Ergo omnis amor atque amicitia ad id, quod cuique proprium est, refertur, ita ut amicus amico natura tanquam proprius esse videatur. Atque hoc si vere iudicavimus, amans ab amato ut redametur, prorsus est necessarium *).

En habes iam etiam non quidem supremum illum, sed ipsi vitae veritati consentaneum amicitiae finem, quem in eo positum censuit philosophus, ut quis amicum sui instar amplectatur atque colat, naturali quodam impulsus desiderio. Nec vero dubitamus, quin haec vera ipsius Platonis mens sit. Certe quae in Phaedro p. 241. E. — 257. A. ab eo exposita sunt, ea, quanquam aliorsum spectant, tamen ab eadem sententia proficisci adeo est perspicuum, ut nulla prorsus egere videatur demonstratione.

Nihilominus autem philosophus Socratem fecit hanc ipsam sententiam denuo impugnantem. Perturbaturus enim is adolescentulos, iam verum indagatum esse ne suspicantes quidem, id quod modo posuerat hac argumentatione labefactare instituit. Proprium sive *τὸ οἰκεῖον*, inquit, necesse est utrinque sibi simile sit. Itaque inutilis futura amicitia est, quoniam alter alteri nihil poterit afferre utilitatis atque commodi. Sin proprium a simili diversum esse statuatur, futurum est, ut bonus bono, malus malo, et ei, qui nec malus nec bonus est, is, qui item a neutra parte stat, tanquam proprius esse iudicandus sit. Ita autem consequitur, quod antea tanquam falsum a nobis repudiatum est, ut iniustus iniusto et

*) P. 221. D. - 222. A.

malus malo non minus amicus putari debeat quam bonus bono. Denique si quis bonum et proprium unum idemque esse arbitretur, nemo nisi bonus bono erit amicus, quod item antea refutavimus *).

Et hae quidem dubitationes quum ex iis, quae supra exposuimus, facile intelligatur quomodo diluendae et removendae sint, non est cur nunc singulatim a nobis expendantur. Nec vero Plato ipse ullam earum removendarum viam et rationem significavit, nimirum quia eas videbat ab iis, qui superiora diligentius examinavissent, facili negotio remotum iri.

Fecit enim iam repente advenientes Lysidis et Menexeni paedagogos, qui saevo imperio adolescentes iubent una cum ipsis domum reverti. Ita sermoni praeter omnem exspectationem finis imponitur. Socrates autem non sine urbana irrisione turpissimum esse admonet, quod Lysis, Menexenus atque ipse senex, quum amici esse velint, tamen in quo vis et natura amicitiae cernatur plane ignorare videantur **).

Enarravimus sermonis argumentum paullo copiosius, quo facilius perspiciatur, quid tandem illud sit, quod Plato hoc libro scribendo efficere voluerit. Fuit autem, si quid iudicare possumus, philosopho hoc propositum, ut locum de amicitia antilogicorum more exploraret, eaque ratione quum argutam istam artem, viva imagine depictam, rideret et exploderet, tum etiam mentes et ingenia ad verum inveniendum exerceret et institueret, eo quidem modo, ut et verae rationis vestigia quaedam monstrarentur et cognatae veris atque similes notiones lusu dialectico in medium afferrentur. Qua ratione sollertissime cum irrisione antilogicorum, quorum auctor atque parens Protagoras fuisse perhibetur (v. Diog. Laert. IX. 51. Cresoll. Theatr. Rhetor. II. 3. sqq.), gravissimi loci, qui est de amicitia, tamquam designationem exhibuit. De qua utraque re pauca quaedam admonuisse non

*) P. 222. A. — E.

**) P. 222. E. usque ad finem.

erit inutile, praesertim quum nuper extiterint, qui irridendi consilio plane neglecto in hoc libro nescio quam profundam sapientiam quaesiverunt.

Itaque primum quidem censemus eristicam disserendi rationem, quae omnia captiosis cavillationibus vexabat et in utramque partem disputando etiam ea, quae certa et explorata essent, dubia et controversa reddebat, artificiosa imitatione rideri et legentium tamquam exponi ludibrio *). Quod etsi nuper fuerunt qui ita esse negarent, tamen vel levis universi libri consideratio Platoni id ipsum fuisse propositum luculentissime docebit. Etenim primum quidem scriptor ipse hoc consilium suum satis clare indicavit, veluti p. 211. B. ubi Menexenus, ut a Ctesippo eristico institutus, is esse dicitur, qui instantem disputationem eristicorum more dextre peracturus sit, et p. 216. A. 218. D. quibus locis antilogicorum non sine cavillatione facta est mentio. Deinde apertum est per universum fere sermonem non Socraticum, sed potius eristicum regnare disputandi genus, quandoquidem captiosis conclusiunculis vel ex verborum ambiguitate vel ex arguta notorum dictorum interpretatione vel ex aliis similibus calumniis repetitis quidquid pro certo positum est, id rursus labefactatur, convellitur, et inanibus argutiis atque tricis obscuratur atque in dubitationem vocatur, ita ut perpetuam sophismatum seriem contextam videamus aranearum telis haud sane absimilem. Quid vero? quamnam tandem caussam dicemus esse, cur philosophus hanc disserendi rationem adhibuerit? Enimvero tantum abest ut eam propaedeuticam et elementarem putare liceat, quae ipsius philosophi, utpote adhuc iuvenis, animi fluctuationem atque inscientiam arguat, sicuti nuper doctus quidam criticus voluit, ut longe aliter

*) Videtur philosophus antilogicam sive eristicam Protagoreorum, non Eleaticorum, quorum alia fuit ratio, ob oculos habuisse. Platonis iudicia de eristica vel antilogica v. De Rep. p. 453. E. ibique ann. Sophist. p. 225. C. Phaedr. p. 261. D. Phaedon. p. 90. C. 101. E. Isocrat. De Permut. §. 45. ἄλλοι δέ τινες περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις γεγόνασιν, οὓς ἀντιλογικοὺς καλοῦσι. Plato vocat etiam ἀμφισβητητικούς, τοὺς περὶ τὰς ἔριδας σπουδάζοντας, ἀδολέσχας.

ea de re existimandum sit. Nam unam ingenii exercitationem dialecticam si spectasset philosophus, sine dubio usurus erat potius ratione disserendi Socratica, cui uni certe hoc quoque in genere plurimum tribuisse reperitur. Nunc autem quum artes antilogicorum expresserit et tantum non aemulatus sit, certe simile quid sequutus esse existimandus est, atque posteriore tempore in Euthydemo et quodammodo etiam in Cratylo fecit. Quippe risit sine dubio disputatores eristicos, dum eorum artes vivida imagine ita depinxit et tantum non ob oculos posuit, ut veritatis scientiam et cognitionem arte longe celebratissima non adiuvari, sed potius impediri adeoque de medio tolli intelligeretur. Quod quidem cur ita fecerit, caussae satis apertae sunt. Nam quum eristica ista omnino a plurimis propter acuminis speciem mirum quantum stuperetur, tum eadem imprimis etiam expetita est ab adolescentibus istiusmodi tricarum amantississimis, quippe quum et acuminis ingenii laudem inde captarent et vero etiam argute disputandi facultate mire superbirent. De quibus adolescentium studiis v. Protagor. p. 313. A. 316. C. Hipp. mai. p. 296. A. Men. p. 73. C. De Rep. VIII. p. 539. B. C. Phileb. p. 15. D. E. Sophist. p. 251. B. C. al. Itaque Plato hac in re exemplum et auctoritatem Socratis sequutus est, quem legimus iuvenes ab ista sophistarum disciplina sedulo avocavisse, quippe quum teste Plutarcho Quaest. Platonn. p. 999. E. existimaret, *ὅτι (οἱ νεανίαι) οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας καὶ λόγων ἐζήλουν σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις.* Traduxit igitur atque exagitavit gloriosissimos istos disserendi artifices, et quam parum utilis et fructuosa ad explicandam rerum veritatem eorum disciplina esset, ita ostendit, ut Socratem more eristico cum adolescentulis iam ad eristicam artem institutis atque exercitatis sic disserentem induxerit, ut, licet ipse subinde veri vestigia monstret, tamen per contentiosam istam disputandi artem ad veri rectique perspicientiam nihil quidquam proficiatur, quandoquidem de omnibus ab initio fere usque ad finem sermonis in utramque partem disputatur.

Neque tamen existimandum est, Platonem, dum sophistas propter vanas disserendi argutias risit atque

perstrinxit, nihil plane in medium attulisse, quod ad eum doctrinae locum, in quo disputationem dialecticam versari iussit, illustrandum faceret. Enimvero prudenti consilio philosophus amicitiam delegit, de qua Socrates sermonem institueret. Quod quidem argumentum sicuti captui adolescentulorum, quibuscum ille colloquitur, fuit accommodatissimum, ita etiam ad prodendas graviores quasdam de amicitiae et amoris natura, fonte, dignitate, fine denique, sententias videri debuit opportunissimum. Quippe callidissimo artificio scriptor ita instituit, ut dum explosit eristicorum artes, eadem opera etiam significaverit, quid de re in disceptationem vocata revera sentiret. Quod quidem duplici modo fecit. Primum enim passim ultro posuit atque enuntiavit, quae, etiamsi argute vellicentur atque labefactentur, tamen veram ipsius sententiam prodere facile sentias, praesertim quum maximam partem doctrinae Socraticae convenientia sint, cuius generis nonnulla antea in argumenti enarratione commemoravimus. Deinde etiam in iis, quae altercandi ac dubitandi caussa afferuntur, bene multa insunt, quae valent ad varias rerum cognatarum quidem, sed tamen item diversarum notiones subtilius distinguendas atque discriminandas, ita ut adeo ea, quae prima specie mere ad nectendas fraudes dialecticas comparata videantur, rebus omnibus rite perpensis ad veri cognitionem conferant. At nimirum ista quidem non eristicae, sed Socraticae debentur dialecticae, quae illi ex occulto quasi subministrat, quod res disceptatas bene perpendentibus commodum sit. Quae res sicuti ad artem plane est admirabilis, ita ad doctrinae scientiam sanequam est uberrima. Quamquam enim minime assentimur iis, qui sibi visi sunt celsioris cuiusdam sapientiae thesaurum plane inaestimabilem in Lyside deprehendisse, quandoquidem Fr. Schleiermacherus Praef. ad. Lysid. T. I. P. I. p. 174. sqq. hunc librum Phaedro tamquam appendicis loco subiunctum esse putavit, ut quae in hoc opere fabulose essent exposita, illustrarentur dialectice, contra quam sententiam verissime disputarunt Fr. Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 433. Ios. Socher De Scriptis Plat. p. 141. C. Fr. Hermann. Hist. Philos. Plat. I. p. 383. 448. 612. alii; Carolus porro Stein-

hartus Opp. Plat. Germ. ed. Hier. Müller et Steinhart. Vol. I. p. 223. eum censuit amicitiae caussam physicam ethicamque naturam, quarum illa in amore, haec autem in communi summi boni adipiscendi studio sita sit, ostendere ac patefacere; denique Franc. Susemihl. Genet. Expl. Phil. Plat. I. p. 23. eum ad illustrandum philosophiae finem pertinere arbitratus est, quandoquidem haec ibi scripsit; „Die Absicht des Ganzen ist Trieb u. Gegenstand oder Zweck der Philosophie, d. i. Liebe u. höchstes Gut, sodann das Mittel, wodurch jene dieses erreicht, d. h. die Freundschaft, u. endlich die praktische Anwendung dieses Mittels, d. h. die Methode in vorbereitender Weise (intellexit igitur propaedeuticam illam et elementarem disserendi methodum, cuius supra mentionem fecimus!) und zwar mit Andeutung der Folien, darzustellen;" quae aperte fatemur magnam certe partem ipsius Platonis disputatione nobis videri multo etiam intricatiora esse atque perplexiora; quamquam igitur neutiquam celsam illam atque sublimem sapientiam, quam Plato maturiore aetate scriptis suis prodidit, in hoc dialogo reperiri existimamus, tamen quae de amicitia, multum sane illa ab amore in Phaedro et Symposio illustrato diversa, exponuntur vel potius significantur, eiusmodi esse putamus, quae iuvenem philosophum ex disciplina Socratica nondum egressum et ad maiora atque ampliora eluctantem haudquaquam dedeceant. Quae quidem qualia sint, post ea, quae antea de argumento libri exposuimus, paucis iam complecti licebit.

Redit autem summa disputationis eo, ut primum quidem caussa externa sive efficiens, propter quam amicitia iungatur, designetur; deinde naturam ipsius in mutua caritate quaerendam esse ostendatur; tum fons ac principium, unde ipsa oriatur, significetur; denique etiam finis, ad quem tendat, isque duplex, vel remotior vel propior, indicetur. Quae tamen omnia, ut diximus, tricis dialecticis adeo fere sunt involuta atque obtecta, ut primo saltem obtutu plane dubia maneant atque controversa. Quamobrem iuvabit, praestigiis istis aliquando sepositis, quid philosophus significaverit, simpliciter indicavisse, legen-

tibus hoc uno relicto negotio, ut qua ratione ista omnia ex subtilissima disputatione consequantur, ipsi exquirant accuratius. Et in exordio quidem libri elegantissima descriptione morum et ingeniorum, quibus adolescentuli praediti sunt, luculente ostenditur, variam esse germanam indolem et naturam amicorum, quandoquidem Hippothalis et Menexemi potissimum exemplo declaratur, alios amare mollius ac tenerius, ut plane intimo pectore sentiant amici desiderium, ut Hippothales *), qui Lysidem ita ardere arguitur, ut vel ad effeminatam quandam mollitiem proclivis videatur; alios in diligendo esse temperatiores, prudentiores atque constantiores, qualis est Menexenus, germanus ille Lysidis amicus et familiaris **). Quo quidem ingeniorum discrimine constituto ad ipsam proceditur amicitiam. Et primum quidem ostenditur populariter, caussam, propter quam alios caritate et benevolentia prosequamur, positam esse maxime in virtutis et sapientiae laude, cuius studium etiam inanem fastum ac superbiam reprimat ***). Quo facto ad subtiliorem acceditur de natura ac vi deque fonte ac principio amicitiae quaestionem, ut hinc potissimum exordiatur disceptatio dialectica subtilior et intricatior alternis fere vicibus deinceps cum Menexeno atque Lyside vel etiam cum utroque simul a Socrate instituta. Quaeritur igitur ante omnia, num ad amicitiam mutua caritas et benevolentiae reciprocae coniunctio requiratur, an satis sit, ut alteruter alterutrum amet. Ex quibus non obscure significatur prius vere recteque statui, siquidem rerum tantum inanimatarum rationes aliter comparatas esse ita ostenditur, ut hinc potissimum argutae atque captiosae repetantur conclusiunculae †). Nimirum isto quidem modo legentes sollertissime ad varium nominis φίλον usum attendere coguntur. His vero de vi et natura amicitiae in mutua caritate et benevolentia, propter virtutis et sapientiae laudes animo

*) P. 203. — 206. coll. p. 222. A.

**) l. c.

***) P. 206. C. — 210. E.

†) P. 212. A. — 213. D.

concepta positae disceptatis transitur ad fontem ac principium illius considerandum. Qui locus licet plane refertus videatur argutis ac spinosis cavillationibus, quibus vix aliquid veri subsit, tamen egregias complectitur de fontibus atque caussis amicitiae sententias. Nam ostenditur, ubi rem accuratius perpenderis, sine dubio hoc, fontem ac principium amicitiae, quae quidem inter bonos locum habeat, primum quidem in animorum similitudine quaerendum esse, a qua tamen probe distinguenda sit perfecta aequalitas, unde amicitia nulla nascatur *); deinde cerni item in ingeniorum diversitate, quae tamen non temere confundenda sit cum absoluta illa diversitate ac naturarum disiunctione, qua alterum altero penitus tollatur atque auferatur **); denique positum esse in mediocritate et imperfectione naturae nostrae, qua ita fiat, ut mali arcendi ac depellendi caussa bonum appetamus ***). Iam vero his omnibus discussis denique etiam ad finem amicitiae abumbrandum acceditur. Quo quidem loco significatur, distinguendum esse inter finem summum vel absolutum, atque propiorem vel relativum. Et summus quidem ultimusque finis is informatur, quo celsior nullus reperiatur, et cuius caussa denique reliqua omnia adamentur, (τὸ πρῶτον p. 219. D.), ut omnes amicitiae denique ad eum referantur (p. 220. B.). Quod omnino est bonum per se absolutum neque aliunde suspensum †). Ab hoc autem distinguitur bonum, quod antea dicebatur mali depellendi atque arcendi caussa appeti (p. 220. D. E.). Ex quo finis amicitiae proximus repetitur in humana natura positus. Significatur enim vel nullo malo aut bono proposito tamen manere semper interius quoddam pectoris desiderium, quod quia ad aliquid referatur necesse sit, siquidem desiderium et cupiditas sibi aliquid semper obiectum et propositum habeat, non possit aliorsum referri, nisi ad id quod

*) P. 214. E. — 215. C.
**) P. 215. C. — 216. C.
***) P. 216. C. — 218. B.
†) P. 218. C. — 220. D.

cuique ipsi proprium sit atque suum (τὸ οἰκεῖον) quodque ipsi desit. Itaque finis amicitiae proximus (p. 222. A.) praeclare sic indicatur, ut quis amato tamquam proprius sit vel animo vel ingenio vel moribus vel omnino specie *). Quae tamen propinquitas neque cum eo, quod perfecte aequale atque par sit, neque cum absoluto bono aut malo confundi oportere ita iudicatur, ut res rursus per verborum ambiguitates tamquam aenigmate quodam significetur **). Haec igitur sunt quae in hoc libro de amicitia non tam traduntur atque exponuntur, quam potius per opportunitatem eristicarum disceptationum significantur, ita ut mentes legentium quum conclusiunculis acutis et fallacibus usque perturbantur, ad quaerendam sententiarum veritatem pervestigandasque varias rerum notiones mirifice excitentur.

Atque haec quidem omnia si probabiliter a nobis exposita sunt, certe nemo iam amplius dubitabit, quin verum sit quod antea de operis fine atque consilio iudicavimus. Disputavit enim Plato de amicitia more antilogico et eristico sic, ut simul eristicorum artes facete et urbane deluserit et quam eae nihil ad veritatis scientiam iuvandam atque promovendam valerent demonstraverit, eadem autem opera sollertissime quid de amicitiae caussa, natura, fonte ac principio, fine denique, sentiendum esset, prodiderit ac significaverit.

Atque haec si probabiliter a nobis explicata sunt, facile erit ad diiudicandum, ecquid veri viderint Astius et Socherus, viri laudatissimi, qui hunc librum Platonis ingenio prorsus indignum esse censuerunt, ut in quo nihil reperiatur nisi mera sophismata, quae verborum ambiguitate legentes ludificent, ad verum exquirendum nihil conferant. Enimvero optimi viri animum ad ea tantum advertentes, quae ludibrii caussa disseruntur, non viderunt veram Platonis sententiam pro totius scriptionis consilio artificiose esse occultatam, nec tamen ita absconditam et

---

*) P. 220. D. — 222. B.

**) P. 222. B. — 223. B.

retrusam, ut ab legentibus non possit cognosci et intelligi.

Quod vero argumentum tractatur populariter, est hoc eiusmodi, ut inde verisimiliter coniicere liceat sermonem hunc a Platone literis esse consignatum, quo tempore adhuc deditus erat disciplinae Socraticae, necdum suam ipsius rationem ad eam sublimitatis et perfectionis praestantiam excoluerat, quam in Symposio, Phaedro, Republica, aliis eius scriptis, admiramur. Nam ipsa disserendi ratio atque forma multo propius accedit ad Socraticam illam simplicitatem, qualis in Xenophontis scriptis expressa est, quam ad Platonis vim et ubertatem in posterioribus viri sermonibus conspicuam. Inducitur enim Socrates ita loquens, ut se ad eorum, cum quibus agit, ingenia plane accommodet, et quamvis alias ex aliis nectens conclusiunculas, tamen singulari cum ironia sese nihil simulet scire, sed cum illis communiter verum indagare: nusquam ad altiora ac sublimiora assurgit, aut dicendi varietatem et vigorem cum sententiarum audacia et granditate copulat, sed amicitiae vim ita exquirit, ut vitae communis potius sententias quam subtilioris philosophiae rationes sequi videatur, id agens unice, ut, dum aliorum errores exaggerat atque urget, passim quasi quaedam veri semina spargat. Quum vero ratio disserendi, licet sit eristica, tamen Socraticum quid habeat, tum ipsa placita, quae illustrantur, magnam certe partem tantum habent cum Socratis de amicitia sententia, quae apud Xenophontem exponitur, similitudinem et necessitudinem, ut paene inviti in eam suspicionem deducamur, iuvenem Platonem a magistri disciplina profectum in hoc sermone locum de amicitia subtilius adumbrare constituisse. Qua de re quae supra notavimus, ea non est cur hoc loco denuo commemoremus: hoc unum placet adiicere, ne in caussa quidem amicitiae definienda nullam esse habitam rationem sententiae Socraticae. Negari enim non potest Socratem amicitiam utilitatis gratia colendam censuisse. Nam in iis quidem, quae apud Xenoph. Mem. II. 4. 5. disputat, omnem illius laudem eo vult redire, quod amicorum ope et consilio plurimum adiuvemur, pericula atque damna facilius propulsemus, denique commoda et utilitates adipiscamur. Ab hac vero sen-

tentia etiam Platonem vidimus *) disputandi exordium duxisse, quanquam is neutiquam in ea substitit, sed hinc profectus naturam atque vim amicitiae multo accuratius indagavit. Atque haec quum ita sint, etiamsi diffitendum non est reperiri in hoc sermone veluti initia quaedam atque stamina eorum placitorum, quae in Symposio et Phaedro illustrantur, tamen in istis libris locus de amore multo et subtilius et copiosius pertractatur. In his enim ostenditur suprema caussa illius ipsius desiderii, quo, philosophi iudicio, ad amicitiam colendam adducimur, quandoquidem amor refertur ad rerum divinarum contemplationem, qua animi nostri in vita superiore gavisi sint, ideoque cum aeternae veritatis cognitione arctissime copulatur. Tantum igitur abest, ut illorum librorum argumentum in Lyside accuratius illustretur, sicuti Schleiermachero visum est, ut placita in eo exposita ibidem perficiantur et ad summa principia evehantur. Quippe Lysis quo tempore scriptus est, iuvenis philosophus doctrinam suam de ideis nondum ita excultam perfectamque habuit, ut posset sententiae suae rationes eo referre: unde illud facillimam habet explicationem, quod in sermonibus illis, quos iuvenili eius aetati tribuendos iudicavimus, vix tenuia quaedam eius vestigia deprehenduntur. Et ne in Lyside quidem idearum mentio usquam iniicitur, id quod maxime etiam perspicitur ex eo loco, ubi supremus amicitiae finis in ipso bono ponitur. Ibi enim quum ideae boni mentionem faciendi maxima esset opportunitas, tamen ne verbo quidem eius fit significatio, quandoquidem bonum tantummodo tamquam supremum quiddam informatur, ad quod denique unusquisque finis amicitiae referatur et ad quod postremo pertineat.

Iam vero quod antea ex ipso libri argumento atque forma collegimus, scriptum eum esse a Platone, quo tempore adhuc deditus maxime fuerit Socratis disciplinae, necdum suae ipsius rationis altiora iecerit fundamenta, id egregie confirmatur narratione illa, quam memoriae prodidit Diogen. Laërt. III. 35. *φασὶ δὲ καὶ Σωκράτην ἀκούσαντα τὸν Λύσιν ἀνα-*

---

*) P. 211. A. sqq.

γιγνώσκοντος Πλάτωνος, Ἡράκλεις, εἰπεῖν, ὡς πολλά μου καταψεύδεται ὁ νεανίσκος. Cuius fidem qui nuper suspectam reddere conati sunt, ii non aliam huius iudicii habuerunt causam, quam suorum decretorum amorem, quibus eam repugnare intelligebant. At nobis quidem narratio illa non modo non ficta et ementita videtur, sed etiam talis, quae quum Lysidi multum lucis affundat, tum ipso eius argumento egregie confirmetur. Quod enim Socrates narratur exclamavisse ὡς πολλά μου καταψεύδεται ὁ νεανίσκος, id ipsum docet nonnulla certe placita sua ei visa esse in hoc sermone expressa exstare; plurima autem ita disputata esse, ut ab ipsius sententia abhorrerent. Atque hoc ita se habere ex iis, quae antea in argumenti enarratione exposuimus, perspicuum fore speramus. Ceterum in tractatione et modo disputationis multum similitudinis cum Charmide cerni neminem vel mediocriter attentum praeteribit.

Dialogum hunc Aristoteli ob oculos versatum esse Schleiermacherus collegit ex Ethic. Nicom. VIII. c. 1. 2. 10. = p. 59. A. D. p. 63. B. Magn. Moral. II. c. 11. = p. 111. E. p. 112. C. Eudem. VII. 2. 5. = p. 162. B. C. p. 165. B. ed. Casaub. 1590. Astius tamen eorum locorum auctoritatem atque vim ad hunc sermonem Platoni vindicandum l. c. p. 434. ita elevare studet, ut Stagiritam dicat ad doctrinam Platonis ore divulgatam respexisse. Quód equidem non video qui fieri potuerit, siquidem quae in Lyside de amicitia disputantur, ab Aristotele ita sunt respectata, ut eum hunc ipsum Platonis libellum ob oculos habuisse manifestum sit.

Haec fere fuerunt, quae de huius libri argumento et instituto dissererem. Nam quae praeterea ab Astio et Sochero sunt allata ad labefactandam eius fidem et auctoritatem, ea vel silentio praeterire lubet *), vel alio loco commemorabimus. Verendum

---

*) Ut exemplo aliquo constet, qualia sint quae silentio transmiserimus, attulisse iuvabit Astii verba haec: „Endlich setzt die Nachahmung des Phaedrus, wie p. 203. B. s. Phaedr. Anf.; p. 207. C. Phaedr. Schluss; p. 211. D. Phaed. p. 227. B.; 214. C. Phaedr. 255. B. und vorzüglich des Symposium's, wie p. 210. B. C. s.

enim mihi est, ne vel sic iustos praefationis fines transgressus esse videar, ut omnino vela sint contrahenda, etiamsi existimemur disputationem susceptam non usque ad finem perduxisse atque penitus profligasse.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. Γ. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Paris. BCE. Angel. u. Barberin. η. Palat. e. Urbin. (f.) Vat. r. Vindob. I. Florent. a. b. c. d. o. Codice Par. E. Stephanus videtur usus esse.

Commentariis hunc dialogum illustravit Heindorfius Dialogg. Select. Vol. I. Alii num quid in eum sint commentati, nos ignorare fatemur. Nam quae annotata sunt in libro: Platons Lysis. griech. u. deutsch, mit krit. u. erklär. Anmerk. Lips. 1849. 8. ea nec nova nec magni momenti sunt.

Germanice nuper libellum interpretati sunt Fr. Schleiermacher. Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. 174. sqq. et Hieron. Müller. Opp. Plat. Vol. I. p. 217. sqq. cuius interpretationi C. Steinhart doctam et elegantem disputationem de libri argumento et consilio praemisit; de qua re nuper etiam egit Fr. Susemihl. Genet. Entwickel. der Platon. Philosoph. I. p. 17 — 23., ut iam supra indicavimus. De scripti auctoritate optime disseruit Car. Fr. Hermann Hist. Phil. Plat. p. 431. sqq.

Sympos. 205. E.; 214. A. B. Sympos. 195. B.; 215. E. Sympos. 186. D. ff. 188. A.; 216. C. D. Sympos. 195. D. 196. A.; 218. A. Sympos. p. 204. A. die Unächtheit des Lysis ausser allen Zweifel.“ Quae posuisse est explosisse.

ΛΥΣΙΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΟΘΑΛΗΣ, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ, ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ, ΛΥΣΙΣ.

Cap. I. Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ 203
Λυκείου τὴν ἔξω τείχους ὑπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος· ἐπειδὴ δ' ἐγενόμην κατὰ τὴν πυλίδα, ᾗ ἡ Πάνοπος κρήνη,

P. 203. ἐξ Ἀκαδημίας] Bodl. a pr. m. hic et mox Ἀκαδημείας. Nec vero dubitari potest quin penultima nominis syllaba ubique producatur, sicuti demonstrarunt intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 1005. Vulgaris scriptura inde nata videtur quod ει diphthongus a scribis per iota μακρόν scribi consuevit. Itaque vulgarem orthographiam, utpote longo usu sancitam, noluimus unius libri auctoritate confisi deserere; illud unum tenendum putamus, quod Dindorf. ad Arist. l. c. luculentissimis exemplis demonstravit, penultimam vocabuli syllabam longam esse.

ἐπειδὴ δ' ἐγενόμην] V. ἐπεὶ δ' ἐγ., quod e Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Flor. d. mutatum.

P. 203. A. ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου —] Quum Socrates dicat se ex Academia recta ad Lyceum contendisse atque extra urbem iuxta ipsum murum perrexisse, ambulavit meridionalem versus urbis partem via ad portam Acharnensem atque Diomeiam et deinceps ad portulam istam ducente, quae erat ad fontem Panopis in vicinia Lycei, hoc est in orientali Athenarum parte. De Academia v. Pausan. Attic. 29 sq.; unde quod Plato Socratem fecit vehientem, frustra quis exinde suspicetur, sermonem hunc eo tempore literis consignatum esse, quo ipse in Academia scholas suas iam aperuerat. Lyceum describit Pausan. I, 19. Fuit autem quum ambulationibus, tum corporis exercitationibus destinatum, ut facile intelligatur, cur Socrates eo se contulerit. v. Aristoph. Pac. v. 353. ibique Schol. Hesych. Suidas et Harpocrat. s. v. Λύκειον. In eius vicinia fuit ἡ Πάνοπος κρήνη, qua horti Lycei irrigabantur. v. Strabo IX, 397 ed. Almel. Theophrast. Hist. Plant. I, 11. Hesychius s. v. Πάνοψ. Atque ibidem portula illa erat, cuius hoc loco mentio fit; quam cavendum est ne cum porta Diocharis confundamus, quod praeter Meursium Athen. Att. II, 3. etiam aliis accidisse novimus. De situ locorum omnino v. Leake Topograph. Athenar. p. 14.

ἐνταῦθα συνέτυχον Ἱπποθάλει τε τῷ Ἱερωνύμου καὶ Κτησίππῳ τῷ Παιανιεῖ καὶ ἄλλοις μετὰ τούτων νεανίσκοις ἀθρόοις συνεστῶσι. καί με προσιόντα ὁ Ἱπποθάλης ἰδὼν Ὦ Σώκρατες, ἔφη, ποῖ δὴ πορεύει
B καὶ πόθεν; Ἐξ Ἀκαδημίας, ἦν δ' ἐγώ, πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου. Δεῦρο δή, ἦ δ' ὅς, εὐθὺ ἡμῶν. οὐ παραβάλλεις; ἄξιον μέντοι. Ποῖ, ἔφην ἐγώ, λέγεις, καὶ παρὰ τίνας τοὺς ὑμᾶς; Δεῦρο, ἔφη, δείξας μοι ἐν τῷ καταντικρὺ τοῦ τείχους περίβολόν τέ τινα καὶ θύραν ἀνεῳγμένην. διατρίβομεν δέ, ἦ δ' ὅς, αὐτόθι,

B. εὐθὺ ἡμῶν] V. εὐθύς, quod e Vat. Θ. r. et corr. Bodl. Vind. mutatum. v. Ruhnk. ad Tim. p. 126. Lobeck. ad Phryn. p. 144.

P. 204. Καλῶς γε, ἦν δ' ἐγώ, π.] V. γε deest, praeter loquendi consuetudinem. Verum praebuerunt Vind. Flor. d. e. Coisl. Vat. r. In reliquis codd. etiam Bodl. praeter Par. E. scri-

97. et 202. ed. Germ. Bait. et Saupp. — De Hippothale, Hieronymi filio, nihil constat aliunde. Ex ipso autem hoc dialogo perspicuum est fingi eum amicum amantem mollius ac tenerius, ut eius amicitia opponatur ei, quam Lysis et Menexenus saniore sensu inter se mutuo colunt. Hinc infra p. 222. A. ubi Socrates ostendit amicum amico tanquam propinquum esse, prae gaudio exsultat et pudore suffunditur, quum Lysis et Menexenus vix annuant. Ctesippus, frater patruelis Menexeni, in Euthydemo p. 273. A. disserens inducitur, ita quidem, ut, etsi adolescens boni ingenii esse videatur, tamen magna cum protervitate dicteria quaedam in alios coniiciat. Affuit etiam Socrati morienti una cum Menexeno. v. Phaedon. p. 59. A. Hunc Menexenum praeter ceteros e condiscipulis praecipue diligebat Lysis, adolescens patris Democratis, avi Lysidis, omniumque maiorum suorum opibus et auctoritate florentissimus, et ut visu pulcherrimus, ita etiam animo et virtute praestantissimus. conf. 205. C. 207. A. 213. D. coll. Groen van Prinster. Prosopograph. Platon. p. 218 sq.

B. ποῖ δὴ πορεύει —] V. ad Phaedrum p. 227. A. Hirschig invitis codd. πορεύει delevit. At nimirum ποῖ δὴ καὶ πόθεν; omisso verbo interrogat alacrius.

δεῦρο δή, ἦ δ' ὅς, εὐθὺ ἡμῶν] Ades dum recta ad nos. Bekker. Anecdot. I. p. 88. Δεῦρο· ἀντὶ τοῦ ἔρχου. Charmid. p. 153. C: δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος ἡμῖν διήγησαι. De Rep. IV. p. 445. C: δεῦρο νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα καὶ ἴδῃς ὅσα καὶ εἴδη ἔχει ἡ κακία. Ibid. v. p. 477. D: δεῦρο δὴ πάλιν, ὦ ἄριστε. Apolog. Socrat. p. 24. C: καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε. Aristoph. Eccles. v. 989: δεῦρο δή, δεῦρο δή, φίλον ἐμόν, πρόσελθε. — Dein οὐ παραβάλλεις habet vim iubendi, ut alibi οὐ cum futuro in interrogationibus iunctum, de quo v. ad Sympos. p. 172. A. coll. Rost. Gr. §. 124. not. 2. Nam prouti lenius aut severius iubetur, vel

ἡμεῖς τε αὐτοὶ καὶ ἄλλοι πάνυ πολλοὶ καὶ καλοί.
Ἔστι δὲ δὴ τί τοῦτο, καὶ τίς ἡ διατριβή; Παλαίστρα, 204
ἔφη, νεωστὶ ᾠκοδομημένη· ἡ δὲ διατριβὴ τὰ πολλὰ
ἐν λόγοις, ὧν ἡδέως ἄν σοι μεταδιδοῖμεν. Καλῶς γε,
ἦν δ' ἐγώ, ποιοῦντες. διδάσκει δὲ τίς αὐτόθι; Σὸς
ἑταῖρός τε, ἦ δ' ὅς, καὶ ἐπαινέτης, Μίκκος. Μὰ
Δί', ἦν δ' ἐγώ, οὐ φαῦλός γε ἀνήρ, ἀλλ' ἱκανὸς
σοφιστής. Βούλει οὖν ἕπεσθαι, ἔφη, ἵνα καὶ ἴδῃς
τοὺς ὄντας αὐτόθι; Αὐτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' B
ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι καὶ τίς ὁ καλός. Ἄλλος, ἔφη,

bitur καλῶς δὲ ἦν δ' ἐγώ, quod suscepit Hermann., probavit Winckelm. ad Euthyd. p. 38. sed conf. ad Symp. p. 174. E. Charmid. p. 156. A. ad Remp. V. p. 474. A. Wyttenb. Ep. Crit. p. 26 sqq.

ἑταῖρός τε] V. γε, quod e Coisl. Vat. Θ. r. Vind. Flor. d. mutatum, ab Hermanno servatum.

futurum vel praesens tempus adhibetur, quanquam illud multo est frequentius atque usitatius. Nec tamen huius desunt exempla. Aristoph. Vesp. v. 458: οὐχὶ σοῦσθ', οὐκ ἐς κόρακας; quibus deinde fortius etiam additur: οὐκ ἄπιτε; Avv. v. 1212: οὐ λέγεις; σφραγῖδ' ἔχεις παρὰ τῶν πελαργῶν; Itaque non probamus Hirschigii consilium, qui praeter fidem codicum παραβαλεῖς edidit. Παραβάλλειν accedendi vi et significatione positum, ut Reip. VIII. p. 556. C., ubi v. ann. Usum vocabuli εὐθὺ abunde illustrarunt Valcken. ad Ammon. p. 90. Wesseling. ad Diod. Sic. II, 12. Toup. Emend. I. p. 201. Ruhnken. ad Tim. p. 126., qui nec huius loci immemor fuit. Lobeck. ad Phryn. p. 144 sq.

παρὰ τίνας τοὺς ὑμᾶς] h. e. καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι, οὓς λέγεις ὑμᾶς. Nam ita articuli vis declaranda est, quae clarius etiam cernitur in talibus: Gorg. p. 520. E: ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν. Phileb. p. 11. A: πρὸς τίνα τὸν παρ' ἡμῖν (λόγον) ἀμφισβητεῖν (μέλλεις); Euthyphr. p. 14. E: τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς τυγχάνει οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων. conf. Matthiae Gr. §. 265. 4. ann.

ἡμεῖς τε αὐτοὶ καὶ ἄλλοι —] Hoc genus appositionis illustravit Reisig. ad Sophocl. Oed. Colon. p. 313., qui recte statuit post αὐτόθι commate esse distinguendum. Platonica habes Apolog. Socr. p. 42. A. Criton. p. 50. E. Sympos. p. 173. A. Ibid p. 221. D. E. Reipubl. III. p. 414. D. VIII. p. 550. D. p. 568. B., ubi est: καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι. Negantem formulam legimus De Rep. VI. p. 508. A: οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις, οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ δὴ καλοῦμεν ὄμμα.

P. 204. νεωστὶ ᾠκοδ.] Fuit igitur haec palaestra recens exstructa e regione muri, ita ut extra Lyceum sita esset. Mox γε post καλῶς ut abesset, vix permisit, opinor, loquendi consuetudo, de qua v. quae supra adscripsimus, ἱκανὸς σοφιστής, doctor sapientiae, sc. palaestricae.

B. Αὐτοῦ πρῶτον — τίς ὁ καλός] Non assentior Heus-

ἄλλῳ ἡμῶν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. Σοὶ δὲ δὴ τίς, ὦ
Ἱππόθαλες; τοῦτό μοι εἰπέ. Καὶ ὃς ἐρωτηθεὶς ἠρυ-
θρίασε. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὦ παῖ Ἱερωνύμου Ἱππό-
θαλες, τοῦτο μὲν μηκέτ' εἴπῃς, εἴτε ἐρᾷς του, εἴτε
μή. οἶδα γάρ, ὅτι οὐ μόνον ἐρᾷς, ἀλλὰ καὶ πόῤῥω
ἤδη εἶ πορευόμενος τοῦ ἔρωτος. εἰμὶ δ' ἐγὼ τὰ μὲν
ἄλλα φαῦλος καὶ ἄχρηστος, τοῦτο δέ μοί πως ἐκ
C *θεοῦ δέδοται, ταχὺ οἵῳ τ' εἶναι γνῶναι ἐρῶντά τε*
καὶ ἐρώμενον. Καὶ ὃς ἀκούσας πολὺ ἔτι μᾶλλον ἠρυ-
θρίασεν. Ὁ οὖν Κτήσιππος, Ἀστεῖόν γε, ἦ δ' ὅς,

C. *ἡμῶν γοῦν, ὦ Σ.*] *ἡμῖν* coni. Hirschig.

D. *οὐ πάνυ τι δεινά*] V. *τοι*, quod correxit Schaef. ad dio Specim. Crit. p. 96. *αὐτοῦ* pro *σοῦ* positum putanti, quanquam ea in re etiam Heindorfium ad Sophist. p. 437. assentientem habuit. Nam id, quod Socrates ante omnia scire avet et quod sua plurimum interesse simulat, hoc est, quod audire vult, quisnam adolescentium sit simpliciter *ὁ καλός*. Itaque *αὐτὸ* est id quod caput rei atque summum est. Charmid. p. 166. B: *ἐπ' αὐτὸ ἥκεις ἐρευνῶν, ὅτῳ διαφέρει πασῶν τῶν ἐπιστημῶν ἡ σωφροσύνη*. De Rep. II. p. 362. D: *αὐτὸ — οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι*. Quidnam autem illud sit, in quo summa rei cernatur, declaratur verbis proximis: *ἐπὶ τῷ καὶ εἴςειμι καὶ τίς ὁ καλός;* sub quanam ingrediar conditione et quisnam est pulcher ille? Sed haeret tamen labes aliqua in isto *αὐτοῦ*. Quippe requiritur utique *αὐτό*, quod etiam Astius restituendum censuit. Alii *αὐτοῦ* cum Schleiermachero interpretantur: illico. Quod fieri nullo pacto potest, quum ita verbum *ἀκούσαιμι ἄν* casu obiecti cariturum esset, qui tanto minus abesse potest, quod deinde *ἐπὶ τῷ* et *τίς* nec vero *ἐφ' ὅτῳ* et *ὅςτις* scriptum est. Nec vero placet quod Hirschig. edidit *πρότερον*. Meminisse debebat vir doctus, *πρῶτον* significare ante omnia.

μηκέτ' εἴπῃς] non iam dicas. Reip. IV. p. 430. D: *μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης*. Loquutio *πόῤῥω ἥκειν, ἐλαύνειν, πορεύεσθαί τινος*, satis trita. v. Euthyphr. p. 4. B. Cratyl. p. 410. E. a'. Nec haerendum in isto *εἶ πορευόμενος*. Aristoph. Ran. v. 35 sq. *καὶ γὰρ ἐγγὺς τῆς θύρας ἤδη βαδίζων εἰμί*, ubi quod vulgo circumferunt *εἶμι* ideo ferri non potest, quia id futuri vim et potestatem habet.

γνῶναι ἐρῶντά τε καὶ ἐρ.] Hanc Socratis sententiam tractavit Themistius Orat. XIII. p. 198 sqq. Dind. Sympos. p. 177. D: *ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά*. Ibid. p. 212. B. Phaedr. p. 227. C. Xenoph. Symp. III, 3. Mem. II, 6, 28. Praegressum illud *πως* interpreteris nescio quo modo.

C. *ἀστεῖόν γε, —*] lepidum sane est.

παραταθήσεται — λέγοντος] Timaeus Gloss. p. 206. *Παράτενεῖς· ἀπολεῖς, ἐπιπλέον παρελκύσεις*. Verbum distendendi, fatigandi, enecan-

ὅτι ἐρυθριᾷς, ὦ Ἱππόθαλες, καὶ ὀκνεῖς εἰπεῖν Σωκράτει τοὔνομα· ἐὰν δ' οὗτος καὶ σμικρὸν χρόνον συνδιατρίψῃ σοι, παραταθήσεται ὑπὸ σοῦ ἀκούων θαμὰ λέγοντος. ἡμῶν γοῦν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος· ἂν μὲν δὴ καὶ ὑποπίῃ, εὐμάρεια ἡμῖν ἐστι καὶ ἐξ ὕπνου ἐγρομένοις Λύσιδος οἴεσθαι τοὔνομα ἀκούειν. καὶ ἃ μὲν καταλογάδην διηγεῖται, δεινὰ ὄντα οὐ πάνυ τι δεινά ἐστιν· ἀλλ' ἐπειδὰν τὰ ποιήματα ἡμῶν ἐπιχειρήσῃ καταντλεῖν καὶ συγγράμματα. καὶ ὅ ἐστι τούτων δεινότερον, ὅτι D

Greg. Cor. p. 938. suffragantibus Bodl. Vind. Flor. a. b. c. o. et ceteris omnibus praeter Par. E. Vat. r.

di notione usitatum, sed in activo nusquam reperitur apud Platonem, raro apud alios, veluti apud Xenophont. Cyrop. I, 3, 11. Passivi exempla notarunt Ruhnk. ad Tim. l. c. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1691.

ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα] Grammaticus apud Schaeferum in Add. ad Gregor. Corinth. p. 909. *Λέγεται δὲ καὶ ἐκκεκώφωμαι, καὶ ἐκκεκώφωκεν, ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ κωφεύειν ἐποίησεν. ἡμῶν οὖν, ὦ Σωκρ., ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος. καὶ ἔτι κεκώφωνται χωρὶς τοῦ ἐκ, ἀφ' οὗ καὶ ἀόριστος ἐκωφώθην, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου πάλιν αὐτὰ θέματος ἀχρήστου, τοῦ κωφόω κωφῶ. τὸ δὲ πρᾶγμα κωφότης λέγεται, ὡς χωλότης καὶ τυφλότης. λέγεται καὶ κώφωσις.*

ἂν μὲν δὴ καὶ ὑποπίῃ] iam si adeo se paullulum inebriaverit. conf. p. 223. B. Nam *μὲν δὴ* facit ad augendam sententiam poniturque sic, ut *μέν* sit *ἀνανταπόδοτον*. v. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 661. Proxima sic intelligas: nobis facile contingit, ut adeo e somno excitati videamur Lysidis nomen audire. Hesychius: *εὐμάρεια· εὐχέρεια.* Suidas: *εὐμάρεια· ἡ εὐκολία.* Eustath. ad Iliad. ξ, 228: *Μάρπτειν δὲ εὖ καὶ νῦν ἐπὶ ἀφῆς τῆς διὰ ποδῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ ἐπὶ χερῶν. ὅθεν καὶ εὐμάρεια κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ εὐχέρεια, ἡ ῥᾳστώνη.*

οὐ πάνυ τι δεινά ἐστιν] si comparentur ad ea, de quibus iamiam dicturus sum. De *οὐ πάνυ τι* conf. Phaedon. in. *οὐδεὶς πάνυ τι.* Theaet. p. 150. C. 176. B. et quae monuit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 937 sq. Dictionem *ποιήματα ἡμῶν καταντλεῖν*, carminibus nos perfundere et obruere, illustravit Heusdius Specim. Crit. p. 126 sqq. Conf. De Rep. I. p. 344. D. III. p. 411. A. Post *καὶ συγγράμματα* per mimesin quandam sermonis quotidiani intelligendum relinquitur *ταῦτα δὴ δεινά ἐστιν.* Nec insolens illud est, quod post *ὅ ἐστι τούτων δεινότερον* ante *ὅτι* intelligi licet *τοῦτό ἐστιν*, de quo loquendi genere explicavit Wolf. ad Demosth. Leptin. §. 131. Matthiae Gr. §. 432. 5. Euthydem. p. 304. C: *ὃ δὲ καὶ σοὶ μάλιστα προσήκει ἀκοῦσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ χρηματίζεσθαι φατὸν διακωλύειν οὐδέν.* De Rep. VI. p. 491. B. Phaedr. p. 24[illegible].

καὶ ᾄδει εἰς τὰ παιδικὰ φωνῇ θαυμασίᾳ, ἣν ἡμᾶς δεῖ ἀκούοντας ἀνέχεσθαι. νῦν δὲ ἐρωτώμενος ὑπὸ σοῦ ἐρυθριᾷ. Ἔστι δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὁ Λύσις νέος τις, ὡς
E ἔοικε. τεκμαίρομαι δέ, ὅτι ἀκούσας τοὔνομα οὐκ ἔγνων. Οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὶ αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν, ἀλλ' ἔτι πατρόθεν ἐπονομάζεται διὰ τὸ σφόδρα τὸν πατέρα γιγνώσκεσθαι αὐτοῦ. ἐπεὶ εὖ οἶδ', ὅτι πολλοῦ δεῖς τὸ εἶδος ἀγνοεῖν τοῦ παιδός· ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀπὸ μόνου τούτου γιγνώσκεσθαι. Λεγέσθω, ἦν δ' ἐγώ, οὗτινος ἔστι. Δημοκράτους, ἔφη, τοῦ Αἰξωνέως ὁ πρεσβύτατος υἱός. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἱππόθαλες, ὡς γενναῖον καὶ νεανικὸν τοῦτον τὸν ἔρωτα πανταχῇ ἀνεῦρες! καί μοι ἴθι ἐπίδειξαι ἃ καὶ τοῖςδε ἐπι-

E. ὅτι πολλοῦ δεῖς το εἶδος] Sic unus Vind. In Bodl. est πολλοῦ δεῖς σε τὸ εἶδος. Pronomen σε om. Vat. Θr. Ceterae editt. δεῖ σε τὸ εἶδος.

B. Aristoph. Rann. v. 108. Infinitivum post eandem formulam posuit Lysias pro bonis Aristoph. p. 217. ed. Brem.: ὃ δὲ πάντων δεινότατον, τὴν ἀδελφὴν ὑποδέξασθαι παιδία ἔχουσαν πολλὰ καὶ ταῦτα τρέφειν κ. τ. λ., cuius generis exempla Grammatici nostri fere neglexerunt.

E. Οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὶ αὐτοῦ τ.] De πάνυ τι ita interiecta aliqua voce distracto v. ad Protagor. p. 327. B. Mox ἀπὸ μόνου τούτου γιγνώσκεσθαι dictum, ut Gorg. p. 477. D. Phaedr. p. 230. B: ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι. Praeterea observes ἱκανός ἐστι — γιγνώσκεσθαι dictum esse pro ἱκανόν ἐστιν — γιγνώσκεσθαι: nam sufficit eum vel ex hoc uno cognosci. Nam latius sane genus hoc loquendi patet, de quo v. Matthiae Gr. §. 297.

τοῦ Αἰξωνέως] Αἰξωνὴ pagus fuit tribus Cecropidis, de quo praeter Harpocrationem, Suidam, Stephan. Byz., Zonaram, Timaeum et Lexic. Seguer. T. I. p. 358. v. Corpus Inscriptionum n. 172. 185. et 275.

γενναῖον καὶ νεανικόν] generosum et excellentem. De hac τοῦ νεανικοῦ significatione v. ad Remp. VI. p. 491. E. IV. p. 425. C: φαῖμεν ἂν εἰς ἕν τι τέλεον καὶ νεανικὸν ἀποβαίνειν αὐτό.

P. 205. Πρὸς αὐτόν] sc. τὰ παιδικά. v. Phaedon. p. 73. D. Phaedr. p. 239. A. et 240. A. ibique annot.

τούτων δέ τι στ. —] Horumne vero aliquid, inquit, pensi habes, o Socrate?

καὶ τὸ ἐρᾶν ἔξαρνος εἶ] De structura verbi ἔξαρνον εἶναι dixit etiam Erfurdt. ad Sophocl. Antig. v. 783. Themist. Orat. XIII. p. 198. ed. Dind.: Σωκράτης τὴν μὲν ἄλλην σοφίαν ἔξαρνος ἦν. Post ἀλλὰ denuo repetendum ἔξαρνός εἰμι, ex quo deinceps aptum nexumque est μὴ ποιεῖν. Quippe negans par-

δείκνυσαι, ἵν' εἰδῶ, εἰ ἐπίστασαι ἃ χρὴ ἐραστὴν περὶ παιδικῶν πρὸς αὐτὸν ἢ πρὸς ἄλλους λέγειν. Τούτων δέ τι, ἔφη, σταθμᾷ, ὦ Σώκρατες, ὧν ὅδε λέγει; Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἐρᾶν ἔξαρνος εἶ οὗ λέγει ὅδε; Οὐκ ἔγωγε, ἔφη, ἀλλὰ μὴ ποιεῖν εἰς τὰ παιδικὰ μηδὲ συγγράφειν. Οὐχ ὑγιαίνει, ἔφη ὁ Κτήσιππος, ἀλλὰ ληρεῖ τε καὶ μαίνεται. Cap. II. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὦ Ἱππόθαλες, οὔ τι τῶν μέτρων δέομαι ἀκοῦσαι, οὐδὲ μέλος, εἴ τι πεποίηκας εἰς τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ τῆς διανοίας, ἵν' εἰδῶ, τίνα τρόπον προςφέρει πρὸς τὰ παιδικά. Ὅδε δήπου σοι, ἔφη, ἐρεῖ· ἀκριβῶς γὰρ ἐπίσταται καὶ μέμνηται, εἴπερ, ὡς λέγει, ὑπ' ἐμοῦ ἀεὶ ἀκούων διατεθρύληται. Νὴ τοὺς θεούς,

205 … B (margin markers)

P. 205. ὧν ὅδε λέγει] ὅδε om. Bodl. Vat. Θ.
B. διατεθρύληται] Sic Vat. Θ. Ven. Ξ. Angel. Vulgo διατεθρύλληται, de qua discrepantia alibi dictum est.

ticula hic interposita est usu illo, de quo vid. annot. ad Phaedr. p. 251. B. Hermann. ad Viger. p. 810 sq. Hipp. Mai. p. 288. C: πῶς γὰρ ἂν τολμῷμεν ἔξαρνοι εἶναι τὸ καλὸν μὴ καλὸν εἶναι; Ceterum ποιεῖν simpliciter positum saepenumero est carmina facere, ut Phaedon. p. 60. D. ubi v. annot., cui opponitur συγγράφειν, sermone pedestri scribere, quemadmodum paullo ante συγγράμματα carminibus erant opposita. v. ad Phaedr. p. 235. B.

Οὐχ ὑγιαίνει —] Ctesippum, utpote dicacem et protervum adolescentem, haec minime dedecent: fuit enim ὑβριστὴς διὰ τὸ νέος εἶναι, ut est Euthydem. p. 273. A. Monuit ea de re iam Heindorfius, qui recte confutavit Cornarium haec deleto ἔφη Hippothali tribuentem.

B. ἀλλὰ τῆς διανοίας —] sed sententiam (tuorum sermonum atque carminum) audire cupio, ut cognoscam, quo pacto cum puero agas. De usu voc. διάνοιαν ad Phaedr. p. 228. D. et Heindorf. ad h. l. Eandem locutionem habes Phaedr. p. 252. D: τούτῳ τῷ τρόπῳ πρός τε τοὺς ἐρωμένους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλεῖ τε καὶ προςφέρεται. Theaet. p. 151. B: προςφέρου οὖν πρὸς ἐμὲ ὡς πρὸς μαίας υἱόν. Charmid. p. 165. B. De Republ. V. p. 471. B: ὁμολογῶ οὕτω δεῖν πρὸς τοὺς ἐναντίους τοὺς ἡμετέρους πολίτας προςφέρεσθαι. al.

Ὅδε δήπου σοι, ἔφη, ἐρεῖ·] In his δήπου irrisionem loquentis significat, ut Lat. nimirum. Quippe δὴ istud βεβαιωτικὸν iam per se saepe inservit irrisioni, de quo usu v. Valcken. ad Herodot. V, 20.; ea vero nunc etiam clarius emergit accedente που στοχαστικῷ.

εἴπερ — διατεθρύληται] si quidem, ut ait, aures ipsi a me semper obtusae sunt. Apte contulit Heindorf. De Rep. II. p. 358. C: ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλημένος τὰ ὦτα ἀκούων, ubi eadem est

ἔφη ὁ Κτήσιππος, πάνυ γε. καὶ γάρ ἐστι καταγέλα-
στα, ὦ Σώκρατες. τὸ γὰρ ἐραστὴν ὄντα καὶ διαφε-
ρόντως τῶν ἄλλων τὸν νοῦν προσέχοντα τῷ παιδὶ
ἴδιον μὲν μηδὲν ἔχειν λέγειν, ὃ οὐχὶ κἂν παῖς εἴποι,
C πῶς οὐχὶ καταγέλαστον; ἃ δὲ ἡ πόλις ὅλη ᾄδει περὶ
Δημοκράτους καὶ Λύσιδος τοῦ πάππου τοῦ παιδὸς
καὶ πάντων περὶ τῶν προγόνων, πλούτους τε καὶ ἱπ-
ποτροφίας καὶ νίκας Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ
τεθρίπποις τε καὶ κέλησι, ταῦτα ποιεῖ τε καὶ λέγει,
πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τούτων κρονικώτερα. τὸν γὰρ
τοῦ Ἡρακλέους ξενισμὸν πρώην ἡμῖν ἐν ποιήματί τινι
διῄει, ὡς διὰ τὴν τοῦ Ἡρακλέους ξυγγένειαν ὁ πρό-
D γονος αὐτῶν ὑποδέξαιτο τὸν Ἡρακλέα, γεγονὼς αὐ-
τὸς ἐκ Διός τε καὶ τῆς τοῦ δήμου ἀρχηγέτου θυγα-
τρός, ἅπερ αἱ γραῖαι ᾄδουσι, καὶ ἄλλα πολλὰ τοι-
αῦτα, ὦ Σώκρατες. ταῦτ' ἐστίν, ἃ οὗτος λέγων τε
καὶ ᾄδων ἀναγκάζει καὶ ἡμᾶς ἀκροᾶσθαι. Καὶ ἐγὼ
ἀκούσας εἶπον· Ὦ καταγέλαστε Ἱππόθαλες, πρὶν νε-
νικηκέναι ποιεῖς τε καὶ ᾄδεις εἰς σαυτὸν ἐγκώμιον;

D. ᾄδεις εἰς σαυτὸν] V. αὑτόν, quod praeter Vat. Vind. et Par. E. nullus codex tuetur.

P. 206. A. φρ. ἐμπίπλανται] Hirschig. ex uno cod. Bodl. ἐμπίμπλανται. Sed v. Lobeck. ad Phryn. p. 96. unde disces criticum restituisse quod ab usu loquendi est alienius.

δοκοῖ θηρευτὴς εἶναι] V. δοκῇ, quod e Bodl. Coisl.

verbi structura et significatio. — διαφερόντως τῶν ἄλλων, praeter ceteros.

C. ἃ δὲ ἡ πόλις — ποιεῖ τε καὶ λέγει] Quum praecedat: πῶς οὐχὶ καταγέλαστον ἴδιον μὲν μηδὲν ἔχειν λέγειν, legitima ratio postulabat, ut nunc ποιεῖν τε καὶ λέγειν diceretur. Sed inflexa est verborum structura propterea, quod πῶς οὐχὶ καταγέλαστον in clausula prioris incisi positum nec post ποιεῖν τε καὶ λέγειν demum additum est. Usum numeri pluralis πλούτους τε καὶ ἱπποτροφίας abunde illustrant Schaefer. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 365. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 132. intpp. ad Isocrat. Panegyr. c. 17. extr. Conf. Rost. §. 96. 3. b. β. — ποιεῖ τε καὶ λέγει, ut paullo post λέγων τε καὶ ᾄδων. ita dicitur, ut alterum ad carmina, alterum ad scriptiones et sermones referendum sit. — κρονικώτερα, h. e. absurdiora. conf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 581. ad Callim. in Pall. 100.

D. καὶ τῆς τοῦ δήμου ἀρχηγέτου θυγατρός] h. e. καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχηγέτου τοῦ δήμου, ut adeo scribendum fuisse videatur καὶ τῆς τοῦ τοῦ δήμου ἀρχ. θ. Sed Graeci non

Ἀλλ' οὐκ εἰς ἐμαυτόν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὔτε ποιῶ
οὔτε ᾄδω. Οὐκ οἴει γε, ἦν δ' ἐγώ. Τὸ δὲ πῶς ἔχει;
ἔφη. Πάντων μάλιστ', εἶπον, εἰς σὲ τείνουσιν αὗται E
αἱ ᾠδαί. ἐὰν μὲν γὰρ ἕλῃς τὰ παιδικὰ τοιαῦτα ὄντα,
κόσμος σοι ἔσται τὰ λεχθέντα καὶ ᾀσθέντα καὶ τῷ
ὄντι ἐγκώμια ὥςπερ νενικηκότι, ὅτι τοιούτων παιδι-
κῶν ἔτυχες· ἐὰν δέ σε διαφύγῃ, ὅσῳ ἂν μείζω σοι
εἰρημένα ᾖ ἐγκώμια περὶ τῶν παιδικῶν, τοσούτῳ μει-
ζόνων δόξεις καλῶν τε κἀγαθῶν ἐστερημένος καταγέ-
λαστος εἶναι. ὅςτις οὖν τὰ ἐρωτικά, ὦ φίλε, σοφός, 206
οὐκ ἐπαινεῖ τὸν ἐρώμενον, πρὶν ἂν ἕλῃ, δεδιὼς τὸ
μέλλον ὅπῃ ἀποβήσεται. καὶ ἅμα οἱ καλοί, ἐπειδάν
τις αὐτοὺς ἐπαινῇ καὶ αὔξῃ, φρονήματος ἐμπίπλανται
καὶ μεγαλαυχίας. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε, ἔφη. Οὐκοῦν
ὅσῳ ἂν μεγαλαυχότεροι ὦσι, δυςαλωτότεροι γίγνονται;
Εἰκός γε. Ποῖός τις οὖν ἂν σοι δοκοῖ θηρευτὴς εἶ-
ναι, εἰ ἀνασοβοῖ θηρεύων καὶ δυςαλωτοτέραν τὴν
ἄγραν ποιοῖ; Δῆλον, ὅτι φαῦλος. Καὶ μὲν δὴ λό-
γοις τε καὶ ᾠδαῖς μὴ κηλεῖν, ἀλλ' ἐξαγριαίνειν, πολ-

Vat. Ven. Ξ. Barberin. Vind. correctum. Heindorfius δοκεῖ coni., quod est in aliquot libris, et Hirschig. edidit. Sed praestat optativus.

B. Δῆλον, ὅτι φαῦλος] Vulgo haec Socrati continuantur, quum sint Hippothalis; quae ratio etiam in Vind. Coisl. Vat. aliis observata.

solent ita eandem articuli formam geminare, unde Plato eum maluit ante δήμου omittere. v. ad Rempubl. I. p. 332. C. X. p. 598. B. al. Ἀρχηγέτης intelligendum est de pagi Αἰξωνῆς auctore et conditore, quemadmodum apud Sophocl. Oedip. Col. v. 58. ἀρχηγὸς dicitur. Verbis ἅπερ αἱ γραῖαι ᾄδουσι respicitur sine dubio ad proverbium γραῶν ὕθλος s. μῦθος, de quo v. Gorg. p. 527. A. Theaet. p. 176. B. et Paroemiograph. s. v.

E. ἕλῃς τὰ παιδικὰ —] Imago a venatione petita, ut perspicue intelligitur e sequente διαφύγῃ et verbis p. 206. A. Solent enim venatoria vocabula ad amorem transferri, de quo loquendi usu exposuit Wyttenbach. Epistol. Crit. p. 51. conf. Phaedr. 253. C. Metaphoram Platonicis usus flosculis copiosius exornavit Themistius Orat. XXII. p. 330 sq. ed. Dind.

P. 206. ὅπῃ ἀποβήσεται] Euthyphr. p. 3. E: τοῦτ' ἤδη ὅπῃ ἀποβήσεται ἄδηλον, ubi unus Zittav. ὅποι. Herodot. VIII, 67: ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται. VII, 163: παραδοκήσαντα τὴν μάχην ᾗ πεσέεται. — αὐτοὺς — αὔξῃ,

λὴ ἀμουσία. ἢ γάρ; Δοκεῖ μοι. Σκόπει δή, ὦ Ἱππόθαλες, ὅπως μὴ πᾶσι τούτοις ἔνοχον σαυτὸν ποιήσῃς διὰ τὴν ποίησιν. καίτοι οἶμαι ἐγὼ ἄνδρα, ποιήσει βλάπτοντα ἑαυτόν, οὐκ ἄν σε ἐθέλειν ὁμολογῆσαι ὡς ἀγαθός ποτ' ἐστὶ ποιητής, βλαβερὸς ὢν ἑαυτῷ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη· πολλὴ γὰρ ἂν ἀλογία εἴη. ἀλλὰ διὰ ταῦτα δή σοι, ὦ Σώκρατες, ἀνακοι-
C νοῦμαι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἔχεις, συμβούλευε, τίνα ἄν τις λόγον διαλεγόμενος ἢ τί πράττων προςφιλὴς παιδικοῖς γένοιτο. Cap. III. Οὐ ῥᾴδιον, ἦν δ' ἐγώ, εἰπεῖν. ἀλλ' εἴ μοι ἐθελήσαις αὐτὸν ποιῆσαι εἰς λόγους ἐλθεῖν, ἴσως ἂν δυναίμην σοι ἐπιδεῖξαι ἃ χρὴ αὐτῷ διαλέγεσθαι ἀντὶ τούτων, ὧν οὗτοι λέγειν τε

Δοκεῖ μοι] Bodl. Vat. Θ. Δοκ. γάρ μοι, probante Herm. ὅπως μὴ — ποιήσῃς] Bekkerus Hirschigio probante ex uno Ven. Ξ. ποιήσεις dedit, cum Heindorfio obsecutus decreto Dawesiano. Dein Hirschig. edidit: ἔγωγ' ἄνδρα ex uno cod.?

C. οὗτοι λέγειν τε] V. λέγειν οὗτοι, quod solus Par. E.

h. e. honoribus auget. — Ante δυςαλωτότεροι γίγνονται intell. τοσούτῳ, quae ratio non infrequens. v. Apolog. Socr. p. 30. A. Gorg. p. 458. A. De Rep. VIII. p. 563. C. al. Nec Latini hoc loquendi genere non sunt usi. Ovid. Epist. IV, 19. Venit amor gravius, quo serius. v. Ruddimann. Institutt. T. II. p. 174.

B Πῶς γὰρ οὔ; Ὁ δὲ μή του δεόμενος οὐδέ τι ἀγαπῴη ἄν. Οὐ γὰρ οὖν. Ὃ δὲ μὴ ἀγαπῴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ. Οὐ δῆτα. Ὁ δὲ μὴ φιλῶν γε οὐ φίλος. Οὐ φαίνεται. Πῶς οὖν οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῖν φίλοι ἔσονται τὴν ἀρχήν, οἳ μήτε ἀπόντες ποθεινοὶ ἀλλήλοις — ἱκανοὶ γὰρ ἑαυτοῖς καὶ χωρὶς ὄντες — μήτε παρόντες χρείαν αὑτῶν ἔχουσι; τοὺς δὴ τοιούτους τίς μηχανὴ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι ἀλλήλους;
C Οὐδεμία, ἔφη. Φίλοι δέ γε οὐκ ἂν εἶεν μὴ περὶ πολλοῦ ποιούμενοι ἑαυτούς. Ἀληθῆ. Cap. XII. Ἄθρει δή, ὦ Λύσι, πῇ παρακρουόμεθα. ἆρά γε ὅλῳ τινὶ ἐξαπατώμεθα; Πῶς δή; ἔφη. Ἤδη ποτέ του ἤκουσα λέγοντος, καὶ ἄρτι ἀναμιμνήσκομαι, ὅτι τὸ μὲν ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ καὶ οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς

P. 215. B. *χρείαν αὑτῶν ἔχουσι;*] Sic Coisl. Vat. Θ., ut coniecerat Heind. Vulgo *αὐτῶν*.

D. *οὕτως ἔφη ἀναγκαῖον*] Sic Bodl. Vat. Θ. r. Vind. Inepte vulgo *ἐφάνη*. Dein *πρὸς* ante *ἄλληλα* e Flor. d. et Coisl.

P. 215. B. *Ὁ δὲ μὴ ἀγαπῴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ*] „Concinnius sane legeris *ἀγαπῶν* ex Schleiermacheri coniectura." Heind. — *τὴν ἀρχήν*, omnino.

χρείαν αὑτῶν ἔχουσι;] Suidas: *Ἑαυτοὺς ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν.* Hesych. T. I. p. 1059. *Ἑαυτούς· ἀλλήλους.* Eustath. ad Odyss. p. 1547: *Μένανδρος οὖν, φασίν, ἁμαρτάνει λέγων· Οὐκ ἠρκέσαμεν ἑαυτοῖς. ἐχρῆν γὰρ ἀλλήλους εἰπεῖν.* quam grammaticorum sententiam satis refutavit Meinekius ad Fragm. Menandr. p. 276. Demosthen. Philipp. I. p. 43. ed. R.: *ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιιόντες αὑτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν· λέγεταί τι καινόν;* De Coron. §. 19: *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς αὑτοὺς ἐτάραττεν.* Xenoph. Mem. III, 5, 16: *καὶ φθονοῦσιν ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.* Videlicet ponitur ita reflexivum, ubi qui sibi invicem aliquid fa-

πολεμιώτατοι εἶεν. καὶ δὴ καὶ τὸν Ἡσίοδον ἐπήγετο μάρτυρα, λέγων, ὡς ἄρα

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ
καὶ πτωχὸς πτωχῷ. D

καὶ τἄλλα δὴ πάντα οὕτως ἔφη ἀναγκαῖον εἶναι μάλιστα τὰ ὁμοιότατα πρὸς ἄλληλα φθόνου τε καὶ φιλονεικίας καὶ ἔχθρας ἐμπίπλασθαι, τὰ δ' ἀνομοιότατα φιλίας. τὸν γὰρ πένητα τῷ πλουσίῳ ἀναγκάζεσθαι φίλον εἶναι καὶ τὸν ἀσθενῆ τῷ ἰσχυρῷ τῆς ἐπικουρίας ἕνεκα, καὶ τὸν κάμνοντα τῷ ἰατρῷ· καὶ
πάντα δὴ τὸν μὴ εἰδότα ἀγαπᾶν τὸν εἰδότα καὶ φι- E
λεῖν. καὶ δὴ καὶ ἔτι ἐπεξῄει τῷ λόγῳ μεγαλοπρεπέστερον, λέγων, ὡς ἄρα παντὸς δέοι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐναντίον εἴη τούτου· τὸ γὰρ ἐναντιώτατον τῷ ἐναντιωτάτῳ εἶναι μάλιστα φίλον. ἐπιθυμεῖν γὰρ τοῦ τοιούτου ἕκαστον, ἀλλ' οὐ τοῦ ὁμοίου· τὸ μὲν γὰρ ξηρὸν ὑγροῦ, τὸ δὲ ψυχρὸν θερμοῦ, τὸ δὲ πικρὸν γλυκέος, τὸ δὲ ὀξὺ ἀμβλέος, τὸ δὲ κενὸν πληρώσεως, καὶ τὸ πλῆρες δὲ κενώσεως· καὶ τἄλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. τροφὴν γὰρ εἶναι τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου οὐδὲν ἂν ἀπολαῦσαι. καὶ μέντοι, ὦ ἑταῖρε,

rec. m. additum. Praeterea Flor. d. ἀναπίμπλασθαι. Stephanus coni. ἀλλήλοις. Heind. malebat ἐμπιπλάναι.

E. ἐπιθυμεῖν γαρ —] Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. pr. ἐπιθυμεῖ. male.

ciunt, simul ipsi per se et ab aliis seiuncti esse cogitantur.

C. πῇ παρακρουόμεθα] qua ratione decipiamur. Activum habes Criton. p. 47. A: καὶ οὐκ ἄν σε παρακρούοι ἡ παροῦσα ξυμφορά. —, ὅλῳ τινί, quia p. 214. B. dicebat τὸ ἥμισυ αὐτοῦ, ἴσως δὲ καὶ πᾶν (εὖ λέγουσιν).

ἤκουσα λέγοντος —] Significat Heracliteos. Heracliti παλίντονον ἁρμονίαν tetigimus ad Sympos. p. 187. A. Similiter etiam Diogenes Apolloniates, de quo v. Panzerbieter p. 101 — 106. Versus Hesiodi sunt Opp. et DD. 25 sqq.

E. ἐπεξῄει τῷ λόγῳ μεγαλοπρεπέστερον] praeterea rem etiam magnificentius et iactantius persequebatur. Nam recte Heind. μεγαλοπρ., vulgo cum λέγων iunctum, retulit ad ἐπεξῄει.

ἐπιθυμεῖν γὰρ τοῦ τοιούτου] sc. ἐναντίου.

216 καὶ κομψὸς ἐδόκει εἶναι ταῦτα λέγων· εὖ γὰρ ἔλεγεν.
ὑμῖν δέ, ἦν δ' ἐγώ, πῶς δοκεῖ λέγειν; Εὖ γε, ἔφη ὁ
Μενέξενος, ὥς γε οὑτωσὶ ἀκοῦσαι. Φῶμεν ἄρα τὸ
ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ μάλιστα φίλον εἶναι; Πάνυ γε.
Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· οὐκ ἀλλοκότως, ὦ Μενέξενε, καὶ
ἡμῖν εὐθὺς ἄσμενοι ἐπιπηδήσονται οὗτοι οἱ πάνσο-
φοι ἄνδρες, οἱ ἀντιλογικοί, καὶ ἐρήσονται, εἰ οὐκ
B ἐναντιώτατον ἔχθρᾳ φιλία; οἷς τί ἀποκρινούμεθα; ἢ
οὐκ ἀνάγκη ὁμολογεῖν, ὅτι ἀληθῆ λέγουσιν; Ἀνάγκη.
Ἆρ' οὖν, φήσουσι, τὸ ἐχθρὸν τῷ φίλῳ φίλον ἢ τὸ
φίλον τῷ ἐχθρῷ; Οὐδέτερα, ἔφη. Ἀλλὰ τὸ δίκαιον
τῷ ἀδίκῳ, ἢ τὸ σῶφρον τῷ ἀκολάστῳ, ἢ τὸ ἀγαθὸν
τῷ κακῷ; Οὐκ ἄν μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν. Ἀλλὰ μέν-
τοι, ἦν δ' ἐγώ, εἴπερ γε κατὰ τὴν ἐναντιότητά τί
τῳ [φίλῳ] φίλον ἐστίν, ἀνάγκη καὶ ταῦτα φίλα εἶναι.
Ἀνάγκη. Οὔτε ἄρα τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ οὔτε τὸ
ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ φίλον. Οὐκ ἔοικεν. Cap. XIII.
C Ἔτι δὲ καὶ τόδε σκεψώμεθα, μὴ ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς λαν-

P. 216. οὐκ ἀλλοκότως] ἀλλοκότων Bodl. Vat. Θ. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. C. Pal. Urbin. al. Winckelmannus legendum censet: ἔοικεν ἀλλοκότῳ. Baiterus coni. οὐκ ἀλλόκοτον. Ficinus: nonne alienum hoc et extraneum. Sed v. explicatt.

ἔχθρᾳ φιλία] ἔχθρα φιλίᾳ Bodl.

B. Οὐκ ἄν μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. E. Palat. Coisl. Flor. d. Vulgo soloece δοκῇ.

P. 216. κομψὸς ἐδόκει] Non sine aliqua irrisione hominem vocat κομψόν. v. Ruhnk. ad Tim. p. 162. — ὥς γε οὑτωσὶ ἀκοῦσαι, wenn man es nur so hört. v. Hermann. ad Viger. p. 744.

οὐκ ἀλλοκότως, ὦ M. —] nonne insolenter hoc dicemus (nam id ex antegresso Φῶμεν nullo negotio intelligitur), o Menexene, statimque in nos cupide insilient isti homines etc. Ἀντιλογικοί, qui argute in utramque partem disputabant argumentationibus maxime ex varia ac diversa vocabulorum significatione ductis, crebro a Platone ridentur vel reprehenduntur, velut Phaedr. p. 261. D. De Rep. V. p. 454. A. Theaet. p. 197. A. Sophist. p. 232. B. Phaed. p. 90. C. 101. E. conf. Aristot. Elench. Sophist. c. XXXIV. p. 539 ed. Bekk. Isocrat. De Permut. §. 45. Auctor huius antilogices extitit maxime Protagoras; v. Diog. Laert. IX. 51. fuitque ea diversa ab eristica Eleaticorum, quam postea Megarici potissimum excoluerunt. Haec enim ad τὸ ὄν pertinebat eratque generis metaphysici.

C. μὴ ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς λανθάνει] numquid magis etiam nos fugiat, amicum

θάνει τὸ φίλον ὡς ἀληθῶς οὐδὲν τούτων ὄν, ἀλλὰ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν φίλον οὕτω ποτὲ γιγνόμενον τοῦ ἀγαθοῦ. Πῶς, ἢ δ' ὅς, λέγεις; Ἀλλὰ μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ οἶδα, ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτὸς ἰλιγγιῶ ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ἀπορίας. καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν τὸ καλὸν φίλον εἶναι. ἔοικε γοῦν μαλακῷ τινι καὶ λείῳ καὶ λιπαρῷ· διὸ καὶ ἴσως ῥᾳδίως διολισθαίνει καὶ διαδύεται ἡμᾶς, ἅτε τοιοῦτον ὄν. D
λέγω γὰρ τἀγαθὸν καλὸν εἶναι. σὺ δ' οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Λέγω τοίνυν ἀπομαντευόμενος τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ φίλον εἶναι τὸ μήτ' ἀγαθὸν μήτε κακόν. πρὸς ἃ δὲ λέγων μαντεύομαι, ἄκουσον. δοκεῖ μοι ὥςπερεὶ τρία ἄττα εἶναι γένη, τὸ μὲν ἀγαθόν, τὸ δὲ κακόν, τὸ δ' οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν. τί δὲ σοί; Καὶ ἐμοί, ἔφη. Καὶ οὔτε τἀγαθὸν τἀγαθῷ οὔτε τὸ κακὸν τῷ κακῷ οὔτε τἀγαθὸν τῷ κακῷ φίλον εἶναι, ὥςπερ οὐδ' ὁ ἔμπροσθεν λόγος ἐᾷ. λείπεται δή, εἴπερ τῴ τί ἐστι φίλον, τὸ μήτ' ἀγαθὸν μήτε E

τί τῳ [φίλῳ] φίλον ἐστίν] Vere Cornarius et Heindorfius istud φίλῳ errore ortum esse censuerunt. Nec agnoscit Ficinus.

C. ἔτι μᾶλλον — λανθάνει] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. BC. Flor. a. o. alii pro vulg. λανθάνῃ. Sed ἔτι μᾶλλον om. Bodl. Vat. Θ.

E. λείπεται δή] Mss. et editt. δ', Correxit Heindorf.

revera horum omnium nihil esse, sed illud, quod neque bonum neque malum sit, ita quandoque existere bono amicum. Istud ἔτι μᾶλλον, quod cod. Clark. et Vat. omittit, fortasse delendum: quanquam habet quo defendatur. — οὕτω ποτέ, est nostrum: so manchmal, so zuweilen, quam in rem Heindorf. comparat Aristoph. Vesp. v. 1177. ibique Schol.

τὸ καλὸν φίλον εἶναι] Rursus argumentationem petit ex amphibolia voc. φίλον, de quo v. Prolegg. De proverbio: pulcrum placere, dixerunt Muret. Varr. Lectt. IV, 4. Barth. Advers. XV, 4. Valcken. ad Phoen. v. 828. Theognis v. 17: ὅ ττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστίν. De pulcro eodem atque bono v. ad Hipp. maior. p. 297. B.

D. πρὸς ἃ δὲ λέγων μαντεύομαι] Dictionem λέγειν πρός τι illustravit Heind. ad h. l. De verbo μαντεύεσθαι suspicandi et coniiciendi vi a Platone usurpato monuimus ad Remp. I. p. 349. A.

οὐδ' ὁ ἔμπροσθεν λόγος] P. 214. C. D.

κακὸν φίλον εἶναι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ τοιούτου,
οἷον αὐτό ἐστιν. οὐ γὰρ ἄν που τῷ κακῷ φίλον ἄν
τι γένοιτο. Ἀληθῆ. Οὐδὲ μὴν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ
ἔφαμεν ἄρτι. ἦ γάρ; Ναί. Οὐκ ἄρ' ἔσται τῷ μήτ'
ἀγαθῷ μήτε κακῷ τὸ τοιοῦτον φίλον οἷον αὐτό. Οὐ
φαίνεται. Τῷ ἀγαθῷ ἄρα τὸ μήτ' ἀγαθὸν μήτε
217 κακὸν μόνῳ μόνον συμβαίνει γίγνεσθαι φίλον. Ἀνάγ-
κη, ὡς ἔοικεν. Cap. XIV. Ἆρ' οὖν καὶ καλῶς,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ παῖδες, ὑφηγεῖται ἡμῖν τὸ νῦν λεγό-
μενον; εἰ γοῦν θέλοιμεν ἐννοῆσαι, τὸ ὑγιαῖνον σῶμα
οὐδὲν ἰατρικῆς δεῖται οὐδ' ὠφελείας· ἱκανῶς γὰρ ἔχει,
ὥστε ὑγιαίνων οὐδεὶς ἰατρῷ φίλος διὰ τὴν ὑγίειαν.
ἦ γάρ; Οὐδείς. Ἀλλ' ὁ κάμνων, οἶμαι, διὰ τὴν νό-
σον. Πῶς γὰρ οὔ; Νόσος μὲν δὴ κακόν, ἰατρικὴ
B δὲ ὠφέλιμον καὶ ἀγαθόν. Ναί. Σῶμα δέ γε που
κατὰ τὸ σῶμα εἶναι οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν. Οὔ-

φίλον εἶναι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ] V. ἢ οὐ τοῦ τοιούτου, quod iam Cornarius, Steph. aliique emendarunt. Nec dissentiunt a nostra ratione meliores codices.

P. 217. γίγνεσθαι φίλον] φίλον om. Bodl. Vat. Θ.

εἰ γοῦν θέλοιμεν ἐννοῆσαι] Ven. Σ. θέλομεν.

B. ἔτι ἂν τοῦ ἀγαθοῦ ἐπ.] Vulgo: ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ, οὗ ἐπιθυμεῖ, καὶ φίλον εἴη. In quibus Steph. ἐπιθυμοῖ reponendum vidit, quod repertum est in Bodl., Vindob. Flor. a. b. c. d. e. Paris. E. al., reliqua menda non animadvertit. Ea vero

P. 217. συμβαίνει γίγνεσθαι] consequitur, ut id tantum, quod nec bonum nec malum est, bono amicum sit. Nam ita συμβαίνει dialectico sensu accipiendum; v. ad Phaedon. p. 80. A.

Ἆρ' οὖν καὶ καλῶς —] num vero etiam istud, quod nunc affirmamus et contendimus, recte nos ducit, sc. ut perveniamus ad veram certamque rei intelligentiam. In his non video, cur καὶ post ἆρ' οὖν illatum Heindorfio ad Cratyl. p. 19. adeo displicuerit, ut illud vocaverit in fraudis suspicionem. Nec magis probandum videtur, quod idem vir doctus verba εἰ γοῦν θέλοιμεν ad Phaedon. p. 56. ita mutanda censuit, ut εἰ γοῦν ἐθέλομεν scribatur. Infra p. 217. E: ὥσπερ εἰ ἐθέλοι τις χρώματί τῳ ὁτιοῦν ἀλεῖψαι, πάρεστί που τῷ ἀλειφθέντι τὸ ἐπαλειφθέν.

B. ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν] Ita haec iunxit Plato etiam De Rep. V. p. 479. E. X. p. 607. A. Legg. III. p. 689. B. Apolog. Socr. p. 29. C.

οὐ γὰρ δή γε κακὸν γεγονὸς ἔτι —] Vulgo γεγονός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ οὗ ἐπιθυμεῖ. Pro ἐστιν Salvinius Obss. Misc. V. II. T. II. p. 276. legendum vidit ἔτι, quod quum sensu flagitetur, non dubitavimus cum Bekkero aliisque vel

τως. Ἀναγκάζεται δέ γε σῶμα διὰ νόσον ἰατρικὴν ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν. Δοκεῖ μοι. Τὸ μήτε κακὸν ἄρα μήτ' ἀγαθὸν φίλον γίγνεται τοῦ ἀγαθοῦ διὰ κακοῦ παρουσίαν. Ἔοικε. Δῆλον δέ γε, ὅτι πρὶν γενέσθαι αὐτὸ κακὸν ὑπὸ τοῦ κακοῦ οὗ ἔχει. οὐ γὰρ δή γε κακὸν γεγονὸς ἔτι ἂν τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμοῖ καὶ φίλον εἴη· ἀδύνατον γὰρ ἔφαμεν κακὸν ἀγαθῷ φίλον C εἶναι. Ἀδύνατον γάρ. Σκέψασθε δὴ ὃ λέγω. λέγω γάρ, ὅτι ἔνια μέν, οἷον ἂν ᾖ τὸ παρόν, τοιαῦτά ἐστι καὶ αὐτά, ἔνια δὲ οὔ. ὥςπερ εἰ ἐθέλοι τις χρώματί τῳ ὁτιοῦν ἀλεῖψαι, πάρεστί που τῷ ἀλειφθέντι τὸ ἐπαλειφθέν. Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν καὶ ἔστι τότε τοιοῦτον τὴν χρόαν τὸ ἀλειφθέν, οἷον τὸ ἐπόν; Οὐ μανθάνω, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ὧδε, ἦν δ' ἐγώ. εἴ τίς D σου ξανθὰς οὔσας τὰς τρίχας ψιμυθίῳ ἀλείψειε, πότερον τότε λευκαὶ εἶεν ἢ φαίνοιντ' ἄν; Φαίνοιντ'

sustulerunt Salvinius Obss. Misc. Vol. II. T. II. p. 276. et Heindorf.

C. Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν] Πάνυ γε om. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCE. Ang. Pal. Urb. Barb.

τὴν χρόαν τὸ ἀλειφθέν] Sic Heindorf. correxit. Libri mss. et editt. ἐπαλειφθέν. Idem vir doctus deinde restituit οἷον τὸ ἐπόν, pro quo Stephan. Bas. 2. et plerique codd. οἷον τὸ ἔτι ὄν, et Ald. Bas. 1. cum nonnullis mss. οἷον τὸ αἴτιον habent.

invitis codicibus in locum suum restituere. Istud ἀντὶ de sententia Heindorfi in ἂν mutavimus. Idem vir doctus οὗ vulgo post ἀγαθοῦ intrusum delendum vidit, idque Salvinius quoque voluit. Et deest οὗ in tribus codd. a Bekkero excussis. Optativum denique, quem iam Stephanus vidit esse reponendum, codices longe plurimi optimique suppeditarunt.

C. τὴν χρόαν τὸ ἀλειφθέν, οἷον τὸ ἐπόν;] Quum in praegressis opponantur τὸ ἀλειφθὲν et τὸ ἐπαλειφθέν, dubitari non potest, quin codd. omnium scriptura, τὴν χρόαν τὸ ἐπαλειφθέν, errore orta sit. Verum restituit Heindorfius. Eidem debetur τὸ ἐπόν, pro quo libri vel τὸ ἔτι ὄν, vel τὸ αἴτιον scriptum exhibent.

D. ψιμυθίῳ ἀλείψειε] Hanc scripturam quum libri mss. melioris notae commendent, nunc revocare non dubitavimus. v. quae ea de re disputarunt Pierson. ad Moer. p. 414. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 344. Schneider. ad Nicandr. Alexiph. p. 103. et ad Xenoph. Oecon. X, 2. Spanhem. ad Callim. p. 511. ed. Ern. et De Usu ac Praest. Num T. I. p. 322. Utebantur veteres ψιμυθίῳ sive cerussa (Bleiweiss), ut cuti candorem conciliarent. v. Plin. H. N. XXXIV, 54. Hoc autem loco de fuco capilli

ἄν, ἦ δ' ὅς. Καὶ μὴν παρείη γ' ἂν αὐταῖς λευκό-
της. Ναί. Ἀλλ' ὅμως οὐδέν τι μᾶλλον ἂν εἶεν λευ-
καί πω, ἀλλὰ παρούσης λευκότητος οὔτε τι λευκαὶ
οὔτε μέλαιναί εἰσιν. Ἀληθῆ. Ἀλλ' ὅταν δή, ὦ φίλε,
E τὸ γῆρας αὐταῖς ταὐτὸν τοῦτο χρῶμα ἐπαγάγῃ, τότε
ἐγένοντο οἷόνπερ τὸ παρόν, λευκοῦ παρουσίᾳ λευκαί.
Πῶς γὰρ οὔ; Τοῦτο τοίνυν ἐρωτῶ δή, εἰ ᾧ ἄν τι παρῇ,
τοιοῦτον ἔσται τὸ ἔχον, οἷον τὸ παρόν· ἢ ἐὰν μὲν κατά
τινα τρόπον παρῇ, ἔσται, ἐὰν δὲ μή, οὔ. Οὕτω μᾶλλον,
ἔφη. Καὶ τὸ μήτε κακὸν ἄρα μήτ' ἀγαθὸν ἐνίοτε
κακοῦ παρόντος οὔπω κακόν ἐστιν, ἔστι δ' ὅτε ἤδη
τὸ τοιοῦτον γέγονε. Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὅταν μήπω
κακὸν ᾖ κακοῦ παρόντος, αὕτη μὲν ἡ παρουσία ἀγα-
θοῦ αὐτὸ ποιεῖ ἐπιθυμεῖν, ἡ δὲ κακὸν ποιοῦσα ἀπο-
στερεῖ αὐτὸ τῆς τ' ἐπιθυμίας ἅμα καὶ τῆς φιλίας
218 τἀγαθοῦ. οὐ γὰρ ἔτι ἐστὶν οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν,
ἀλλὰ κακόν· φίλον δὲ ἀγαθὸν κακῷ οὐκ ἦν. Οὐ

D. ψιμυθίῳ ἀλείψειε] V. ψιμμυθίῳ, quod e Bodl. Vat. Θ. Par. B E. Angel. mutatum. Nonnulli codd. ψιμμιθίῳ. Dein libri ποτε, cuius in locum Heindorf. de coniectura substituit τότε, quod unice verum putamus.

ταὐτὸν τοῦτο χρῶμα] Sic Bodl. Vat. Θ. Vulgo τ. τοῦτο τὸ χρῶμα. Deinde Heind. malebat τότε γένοιντο, quo non opus.

sermo est, non quo capilli eo fuerint infucati, sed ut omnino adsciticius aliquis eorum color significetur. Ceterum de more veterum Graecorum capillos coloribus oblinendi v. Becker. Charicl. II. p. 386 sqq.

E. ἢ ἐὰν μὲν — παρῇ, ἔσται· ἐὰν δὲ μή] V. ad p. 210. D. Non dixit εἰ δὲ μή, propterea, quod utrumque pendet ex ipso rerum statu et conditione, neque alterum tanquam aliquid, quod sola mentis cogitatione contineatur, alteri opponitur.

P. 218. φίλον δὲ ἀγαθὸν κακῷ οὐκ ἦν] Imperfecto utitur, quia respicit ad p. 216. E: λείπεται δή, εἴπερ τῳ τί ἐστι φίλον, τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν φίλον εἶναι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ τοιούτου, οἷον αὐτό ἐστιν. οὐ γὰρ ἄν που τῷ κακῷ φίλον ἄν τι γένοιτο. Ex quo loco defendimus librorum scripturam, quam Heindorf. in ἀγαθῷ κακὸν οὐκ ἦν mutandum censuit, quod eius consilium Bekk. secutus est. Nempe etiamsi argumentationis tenor hoc postulare videatur, tamen, si rem diligenter perpenderis, ne vulgata quidem lectio absurda videbitur. Eodem enim res redit, sive bonum dicas non posse cum malo consociari, sive malum non cum bono.

τοὺς ἤδη σοφοὺς μηκέτι φιλοσοφεῖν] Sympos. p. 204. A: θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ, οὐδ'

γὰρ οὖν. Διὰ ταῦτα δὴ φαῖμεν ἂν καὶ τοὺς ἤδη σοφοὺς μηκέτι φιλοσοφεῖν, εἴτε θεοὶ εἴτε ἄνθρωποί εἰσιν οὗτοι· οὐδ' αὖ ἐκείνους φιλοσοφεῖν τοὺς οὕτως ἄγνοιάν ἔχοντας, ὥςτε κακοὺς εἶναι· κακὸν γὰρ καὶ ἀμαθῆ οὐδένα φιλοσοφεῖν. λείπονται δὴ οἱ ἔχοντες μὲν τὸ κακὸν τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν, μήπω δὲ ὑπ' αὐτοῦ ὄντες ἀγνώμονες μηδ' ἀμαθεῖς, ἀλλ' ἔτι ἡγούμενοι μὴ εἰδέναι ἃ μὴ ἴσασι. διὸ δὴ καὶ φιλοσοφοῦσιν B
οἱ οὔτε ἀγαθοὶ οὔτε κακοί πω ὄντες. ὅσοι δὲ κακοί, οὐ φιλοσοφοῦσιν, οὐδὲ οἱ ἀγαθοί· οὔτε γὰρ τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου οὔτε τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου φίλον ἡμῖν ἐφάνη ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις. ἢ οὐ μέμνησθε; Πάνυ γε, ἐφάτην. Νῦν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, παντὸς μᾶλλον ἐξευρήκαμεν ὃ ἔστι τὸ φίλον καὶ οὔ. φαμὲν γὰρ αὐτό, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ πανταχοῦ, τὸ μήτε κακὸν μήτ' ἀγαθὸν διὰ κακοῦ παρουσίαν τοῦ ἀγα- C

P. 218. *ἀγαθὸν κακῷ*] Heindorf. coni. *ἀγαθῷ κακόν*, quod recepit Bekker. Libri tuentur vulgatum.

B. *διὸ δὴ καὶ φιλοσοφοῦσιν*] *καὶ* om. Vat. Θ. et delevit Bekker.

Νῦν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Λύσι] Sic Bodl. Vat. Θ. Vulgo erat: *Ἆρα, ἦν δ' ἐγώ.*

ἐπιθυμεῖ σοφὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ· οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφός, οὐ φιλοσοφεῖ. οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν, οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὑτῷ εἶναι ἱκανοί, ubi v. ann. Hinc expendas Astii de hoc loco iudicium, qui de Vit. et Script. Plat. p. 432. absurdum vocat et ineptum, quod boni dicantur non philosophari. Ceterum male Valckenar. ad Phoeniss. v. 364. et Heindorf. atque Bekker. invitis libris scripserunt *τοὺς οὕτως ἀγνοίας ἔχοντας*, quos nuper imitatus est etiam Hirchigius. Nam *ἄγνοιαν ἔχειν* dictum est ut Legg. V. p. 731. D: *ὁ τὰ κακὰ ἔχων*. Ibid. X. 888. B: *ταύτην τὴν νόσον ἔχοντες.* De Rep. IX. p. 591. D: *ἀπέραντα κακὰ ἔχων*. Ibid. IX. p. 575. A: *τὸν ἔχοντα — αὐτὸν (τὸν ἔρωτα) ὥςπερ πόλιν ἄξει ἐπὶ πᾶσαν τόλμαν*. Vulgatam lectionem egregie tutatus est Schleiermach. p. 402. qui recte vertit: welche den Unverstand so an sich haben. Etenim *οὕτως* nunc non est adeo, sed potius *κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον*, ut patet e pag. 217. E: *ἐὰν μὲν κατά τινα τρόπον παρῇ, ἔσται· ἐὰν δὲ μή, οὔ.* Quocirca non potuit genitivum in suam recipere societatem.

B. *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις*] P. 216. B.

θοῦ φίλον εἶναι. Παντάπασιν ἐφάτην τε καὶ συνεχωρείτην οὕτω τοῦτ' ἔχειν.

Cap. XV. Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πάνυ ἔχαιρον, ὥςπερ θηρευτής τις, ἔχων ἀγαπητῶς ὃ ἐθηρευόμην. κἄπειτ' οὐκ οἶδ' ὁπόθεν μοι ἀτοπωτάτη τις ὑποψία εἰςῆλθεν, ὡς οὐκ ἀληθῆ εἴη τὰ ὡμολογημένα ἡμῖν. καὶ εὐθὺς ἀχθεσθεὶς εἶπον· Βαβαί, ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, κινδυνεύομεν ὄναρ πεπλουτηκέναι. Τί μά-
D λίστ'; ἔφη ὁ Μενέξενος. Φοβοῦμαι, ἦν δ' ἐγώ, μὴ ὥςπερ ἀνθρώποις ἀλαζόσι λόγοις τισὶ τοιούτοις ψευδέσιν ἐντετυχήκαμεν περὶ τοῦ φίλου. Πῶς δή; ἔφη. Ὧδε, ἦν δ' ἐγώ, σκοπῶμεν· φίλος ὃς ἂν εἴη, πότερόν ἐστί τῳ φίλος, ἢ οὔ; Ἀνάγκη, ἔφη. Πότερον

E. ὁ κάμνων, νῦν δὴ ἔφαμεν] Libri φαμέν, quod praeeunte Heindorfio et Bekkero correxi.

φαμὲν γὰρ αὐτό —] In his quia αὐτὸ moleste redundare videtur, Heindorf. olim locum ita refingendum putabat: φαμὲν γὰρ αὐτὸ τὸ κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ πανταχοῦ μήτε κακὸν μήτε ἀγ. Sed postea abiecta hac sententia verba hoc modo nectenda censuit: φαμὲν γὰρ αὐτὸ τὸ μήτε κακὸν μήτε ἀγαθὸν καὶ κατὰ τὴν ψ. καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ πανταχοῦ διὰ κακοῦ παρουσίαν τοῦ ἀγαθοῦ φίλον εἶναι. Et in hac ratione acquiescendum.

C. ἔχων ἀγαπητῶς ὃ ἐθηρευόμην] vix s. aegre tenens. v. intpp. ad Alciphr. Ep. I, 13. p. 80. T. I. ed. Wagn. Reitz. ad Lucian. Amor. T. V. p. 582. ed. Bip. Iacobs Add. Animadvers. in Athen. p. 259. Videlicet proprie est ita ut acquiescere liceat. Nam ἀγαπητὸν dicitur quo contenti esse possumus. Hipp. Mai. p. 302. B: ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα. De Rep. IV. p. 435. D: οὐκ ἀγαπητόν; De proverbiali locutione Heindorfius conferri iussit Theaet. p. 208. B. et intpp. ad Lucian. Somn. §. 32.

D. Φοβοῦμαι — ἐντετυχήκαμεν] Ita loquitur, qui suspicatur factum esse revera quod metuit. Vide Rost. §. 122. 11. c. et ad Menon. p. 89. C. Quod sequitur ψευδέσι post τοιούτοις, commode tuetur Heindorf. ad Gorg. p. 493. B: καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. Ceterum Timaeus Gloss. p. 22: ἀλαζών· ψευδής. ubi v. Ruhnk. et Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. 38. p. 447.

D. φίλος ὃς ἂν εἴη, πότερον] In his verbis miramur neminem adhuc offendisse. Ego enim si quid video, labes aliqua inest in his: φίλος ὃς ἂν εἴη, quae quum conditionem significent, aut ἂν omitti debuit, ut idem fere sint, quod εἴ τις φίλος εἴη; aut scriptum oportuit φίλος ὃς ἂν ᾖ, quod valet ἐάν τις φίλος ᾖ. Et hoc quidem non dubitamus quin de coniectura restituendum sit. Ceterum hic quoque et in sequenti disputatione tenendum est φίλον lusu quodam arguto ita dici, ut

οὖν οὐδενὸς ἕνεκα καὶ δι' οὐδέν, ἢ ἕνεκά του καὶ
διά τι; Ἕνεκά του καὶ διά τι. Πότερον φίλου ὄν-
τος ἐκείνου τοῦ πράγματος, οὗ ἕνεκα φίλος ὁ φίλος
τῷ φίλῳ, ἢ οὔτε φίλου οὔτε ἐχθροῦ; Οὐ πάνυ, ἔφη, E
ἕπομαι. Εἰκότως γε, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε ἴσως ἀκο-
λουθήσεις, οἶμαι δὲ καὶ ἐγὼ μᾶλλον εἴσομαι ὅ τι λέ-
γω· ὁ κάμνων, νῦν δὴ ἔφαμεν, τοῦ ἰατροῦ φίλος.
οὐχ οὕτως; Ναί. Οὐκοῦν διὰ νόσον ἕνεκα ὑγιείας
τοῦ ἰατροῦ φίλος; Ναί. Ἡ δέ γε νόσος κακόν.
Πῶς δ' οὔ; Τί δὲ ὑγίεια; ἦν δ' ἐγώ· ἀγαθόν, ἢ
κακόν, ἢ οὐδέτερα; Ἀγαθόν, ἔφη. Ἐλέγομεν δ' ἄρα, 219
ὡς ἔοικεν, ὅτι τὸ σῶμα, οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν,
διὰ τὴν νόσον, τοῦτο δὲ διὰ τὸ κακόν, τῆς ἰατρικῆς
φίλον ἐστίν· ἀγαθὸν δὲ ἰατρική. ἕνεκα δὲ τῆς ὑγιείας

modo activa, modo passiva significatione accipiendum sit. Ita mox in his: πότερον φίλου ὄντος ἐκείνου, φίλον est carum, quod a nobis amatur et magni aestimatur: sed statim post est amicum. Eadem ambiguitas est τοῦ ἐχθροῦ.

E. οἶμαι δὲ καὶ ἐγὼ μᾶλλον εἴσομαι] V. ad p. 206. C. Mox νῦν δὴ ἔφαμεν referas ad p. 217. B.

ἢ οὐδέτερα] V. Phaedr. p. 228. A. Reip. I. p. 349. D. VIII. p. 555. D. Apolog. p. 22. E. Protag. p. 334. A. al. Nam centenis locis ἀμφότερα et οὐδέτερα ita positum.

P. 219. τοῦτο δὲ διὰ τὸ κακόν] id est propter malum. Nec tamen opus, ut Heindorfio auctore scribatur τοῦτο δέ ἐστι διὰ τὸ κακόν. Multo minus probamus quod Astius legendum proposuit, τοῦτο δὲ κακόν. Post οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν autem magnopere vereor ne vere Heindorf. animadverterit participium ὂν intercidisse, quod de suo nuper addidit Hirschig.

ἀγαθὸν δὲ ἰατρική] Ante artium nomina in ικη terminata articulum saepe omitti solere, exemplis demonstrarunt Schaefer. Melett. p. 5. et Heindorf. ad Sophist. p. 265. A. Fit autem hoc ea lege et conditione, ut ne ea ars, quae commemoratur, alii cuipiam definite opponatur, ut omnis eius ambitus distincte mente comprehendendus sit. Ita recte dixeris μουσικὴν ἐδιδάχθη de eo, qui artis musicae peritiam habet; minus recte, μουσικὴν διδαχθείς, οὐ γυμναστικήν: nam oppositionis ratio flagitat, ut hoc definite enuntietur. Nec de eo, qui se totum uni artis musicae studio dedit, Graecos putamus ita loquutos esse, ut articulum negligerent. Nam si quem indicamus uni alicui studio praecipue esse deditum, facimus id ipsum sic, ut eam, quam ille tractet, artem aliis studiorum generibus opponamus ideoque certo definiamus. Eandem normam etiam nostrates sequuntur, qui probe distinguere solent inter formulas: er treibt Musik, et er treibt die Musik.

τὴν φιλίαν ἡ ἰατρικὴ ἐκεκτήσατο· ἡ δὲ ὑγίεια ἀγαθόν. ἢ γάρ; Ναί. Φίλον δὲ ἢ οὐ φίλον ἡ ὑγίεια; Φίλον. Ἡ δὲ νόσος ἐχθρόν. Πάνυ γε. Τὸ οὔτε κα-
B κὸν οὔτε ἀγαθὸν ἄρα διὰ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἐχθρὸν τοῦ ἀγαθοῦ φίλον ἐστὶν ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φίλου. Φαίνεται. Ἕνεκ' ἄρα τοῦ φίλου τὸ φίλον φίλον διὰ τὸ ἐχθρόν. Ἔοικεν. Cap. XVI. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἥκομεν, ὦ παῖδες, πρόςσχωμεν τὸν νοῦν, μὴ ἐξαπατηθῶμεν. ὅτι μὲν γὰρ φίλον τοῦ φίλου τὸ φίλον γέγονεν, ἐῶ χαίρειν, καὶ τοῦ ὁμοίου γε τὸ ὅμοιον φίλον γίγνεται, ὅ ἔφαμεν ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως τόδε σκεψώμεθα, μὴ ἡμᾶς
C ἐξαπατήσῃ τὸ νῦν λεγόμενον· ἡ ἰατρική, φαμέν, ἕνεκα τῆς ὑγιείας φίλον. Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἡ ὑγίεια φίλον; Πάνυ γε. Εἰ ἄρα φίλον, ἕνεκά του. Ναί. Φίλου γέ τινος δή, εἴπερ ἀκολουθήσει τῇ πρόσθεν

P. 219. B. τὸ φίλον φίλον διὰ τ.] Herm. de suo dedit τὸ φίλον, τοῦ φίλου φίλον διὰ τὸ ἐχθρόν.

πρόςσχωμεν τὸν νοῦν] Sic Angel. Vulgo πρόσχωμεν.

C. καὶ ἡ ὑγίεια φίλον;] Steph. om. ἡ cum Vat. r. Vind. et pr. Ven. Ξ.

Φίλου γέ τινος δή] Codd. δεῖ, male. Verum tamen tuentur Ven. Ξ. et Vat. r.

B. διὰ τὸ κακὸν — ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ —] En discrimen inter διά, quod causam, et ἕνεκα, quod finem significat.

Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἥκομεν —] Heindorfium mireris ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα ἥκομεν coniicientem. Germanice item dicere licebit: Wohl denn, sprach ich: weil wir darauf gekommen sind, so lasst uns aufmerken, dass wir nicht getäuscht werden. Idem Heindorf. olim legendum putabat προςσχῶμεν. Sed audias Grammaticum apud Bast. Epistol. Crit. p. 39 sq. ed. Lips. κατάσχωμεν, οὐ. κατασχῶμεν λέγομεν, ἐπειδὴ πᾶς ὑποτακτικὸς χρόνος μονοσύλλαβος εἰς ω λήγων, ἔχων τὴν μετοχὴν εἰς ς ὀξύτονον, τὸν αὐτὸν τόνον καὶ ἐν τῇ συνθέσει φυλάττει· βῶ ἀναβῶ, θῶ ἀναθῶ, δῶ ἀναδῶ. εἰ δὲ μὴ εἰς ς ὀξύτονον ἔχει τὴν μετοχήν, ἀλλ' εἰς ν, οὐκ ἔχει τὸν αὐτὸν τόνον, οἷον σχῶ κατάσχω καὶ κατάσχωμεν, ἡ μετοχὴ γὰρ σχών. De σ geminato v. Schaefer. ad Iulian. Praef. p. XXII.

ὅτι μὲν γὰρ φίλον — ἀδύνατον εἶναι] Sententia haec est: etenim hoc, quod amicum amico amicum evadit et vero etiam simile simili fit amicum, quod diximus fieri non posse, equidem missum facio. In quibus perspicuitatis gratia vellem scriptum esset: καὶ τοῦ

ὁμολογίᾳ. Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ ἐκεῖνο φίλον αὖ ἔσται ἕνεκα φίλου; Ναί. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη ἀπειπεῖν ἡμᾶς οὕτως ἰόντας, καὶ ἀφικέσθαι ἐπί τινα ἀρχήν, ἣ οὐκέτ' ἐπανοίσει ἐπ' ἄλλο φίλον, ἀλλ' ἥξει ἐπ' ἐκεῖνο, ὅ ἐστι πρῶτον φίλον, οὗ ἕνεκα καὶ τἆλλά φαμεν πάντα φίλα εἶναι; Ἀνάγκη. Τοῦτο δή D ἐστιν ὃ λέγω, μὴ ἡμᾶς τἆλλα πάντα, ἃ εἴπομεν ἐκείνου ἕνεκα φίλα εἶναι, ὥςπερ εἴδωλα ἄττα ὄντα αὐτοῦ, ἐξαπατᾷ, ᾖ δ' ἐκεῖνο τὸ πρῶτον, ὃ ὡς ἀληθῶς ἐστὶ φίλον. ἐννοήσωμεν γὰρ οὑτωσί. ἐάν τίς τι περὶ πολλοῦ ποιῆται, οἷόνπερ ἐνίοτε πατὴρ υἱὸν ἀντὶ πάντων τῶν ἄλλων χρημάτων προτιμᾷ, — ὁ δὴ τοιοῦτος ἕνεκα τοῦ τὸν υἱὸν περὶ παντὸς ἡγεῖσθαι ἆρα καὶ ἄλλο τι ἂν περὶ πολλοῦ ποιοῖτο; οἷον εἰ αἰσθάνοιτο αὐτὸν κώνειον πεπωκότα, ἆρα περὶ πολλοῦ ποιοῖτ' ἂν οἶνον, εἴπερ τοῦτο ἡγοῖτο τὸν υἱὸν σώσειν; E

ἐπ' ἄλλο φίλον] Libri mss. fere omnes ἄλλον. male. Verum tenet Urbin. cum Steph. Dein Heind. malebat: ὅ ἐστι τὸ πρῶτον φίλον. Angel. φίλον ponit ante ἐπ' ἄλλο.

D. μὴ ἡμᾶς τἆλλα π.] μάλιστα ἄλλα Bodl. Vat. Θ. r.

ἐάν τίς τι περὶ πολλοῦ π.] Vett. editt. ὃ ἄν τίς τι. Emendavit Bekkerus, secutus vestigia codicis Vat. r., quocum consentit Vindob. noster, in quo extat: εἰ ὃ ἄν τίς τι π. π. π. Baiterus coni. ὅταν τίς τι π. π.

ὅμοιον γε τὸ ὅμοιον ὅτι φίλον γίγνεται. Ita enim hic verborum ordo minus habebit offensionis.

C. εἴπερ ἀκολουθήσει —] int. τοῦτο.

Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη ἀπειπεῖν —] Erat, quum scribendum suspicaremur: ἰόντας, πρὶν καὶ ἀφικέσθαι. Sed nihil mutandum. Nonne, inquit, necesse est nos defatigari ita progredientes pervenireque ad principium aliquod, quod iam non referatur ad aliud amicum, sed ad illud pertineat, quod primum sit amicum, cuius causa reliqua dicamus omnia amica esse? Phaedr. p. 228. B: καὶ τοῦτο δρῶν — ἀπειπὼν (defatigatus) εἰς περίπατον ᾔει. Sed pervulgatus est hic usus loquendi. Minus vulgare illud est, quod ἀναφέρειν et ἐπαναφέρειν intransitive ponitur ea vi et potestate, ut sit referri: quanquam ne huius quidem rei apud Platonem adeo rara exempla sunt. v. ad Phaedr. p. 237. D. Quod autem dicitur: ἀλλ' ἥξει ἐπ' ἐκεῖνο ὅ ἐστι πρῶτον φίλον, ineptum hoc utique est et absurdum. Verissime enim Heindorf. iudicavit, quum ἀρχὴ haec ipsa sit πρῶτον illud φίλον, cuius causa cetera omnia sunt φίλα, eam non potuisse iam dici ἥξειν ἐπ' ἐκεῖνο. Nihil offenderet, si scriptum legeremus: ἀλλ' ἔσται αὐτὸ ἐκεῖνο, ὅ ἐστι πρ. φ. Sed

Τί μήν; ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ὁ οἶ-
νος ἐνείη; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν τότε οὐδὲν περὶ πλείο-
νος ποιεῖται, κύλικα κεραμέαν ἢ τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ,
οὐδὲ τρεῖς κοτύλας οἴνου ἢ τὸν υἱόν; ἢ ὧδέ πως ἔχει·
πᾶσα ἡ τοιαύτη σπουδὴ οὐκ ἐπὶ τούτοις ἐστὶν ἐσπου-
δασμένη, ἐπὶ τοῖς ἕνεκά του παρασκευαζομένοις, ἀλλ'
220 ἐπ' ἐκείνῳ, οὗ ἕνεκα πάντα τὰ τοιαῦτα παρασκευά-
ζεται. οὐχ ὅτι πολλάκις λέγομεν, ὡς περὶ πολλοῦ ποι-
ούμεθα χρυσίον καὶ ἀργύριον· ἀλλὰ μὴ οὐδέν τι
μᾶλλον οὕτω τό γε ἀληθὲς ἔχῃ· ἀλλ' ἐκεῖνό ἐστιν,
ὃ περὶ παντὸς ποιούμεθα, ὃ ἂν φανῇ ὄν, ὅτου ἕνε-
κα καὶ χρυσίον καὶ πάντα τὰ παρασκευαζόμενα πα-
ρασκευάζεται. ἆρ' οὕτω φήσομεν; Πάνυ γε. Οὐκοῦν
B καὶ περὶ τοῦ φίλου ὁ αὐτὸς λόγος; ὅσα γάρ φαμεν
φίλα εἶναι ἡμῖν ἕνεκα φίλου τινός, ἑτέρῳ ῥήματι φαι-

E. *κύλικα κεραμέαν*] Sic Ven. ΞΣ. Par. BC. Angel. Pal. Urb. Vat. r. Vind. Flor. a. b. c. o. Vulgo erat *κεραμίαν*. cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 147. Bodl. Coisl. Vat. Θ. Flor. d. *κεραμέα*.

quid a Platone profectum sit, ego non decernam.

E. *Ἆρ' οὖν τότε οὐδὲν περὶ πλείονος* —] Haec quomodo interpretanda sint, primus perspexit Buttmannus. Quum enim Graeci dicant, *οὐδὲν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι, βίον ἢ θάνατον, ὑγίειαν ἢ νόσον*, vitam et mortem, bonam valetudinem atque malam, in nullo discrimine ponere, apparet totius loci sententiam hanc esse: Igiturne tum eodem loco habebit calicem fictilem atque filium suum, aut tres vini heminas atque filium? an res sic fere se habet: omne huiusmodi studium non ad ea refertur, quae alicuius rei causa comparantur, sed ad id potius, cuius causa omnia istius modi parantur. Quanquam saepe dicimus, magni nos facere aurum et argentum. Sed videndum est, ne verum nihilo magis sic se habeat (quanquam ita dicere solemus): imo illud est quod plurimi facimus quidquid tandem est, cuius causa et aurum et reliqua id genus omnia paramus. De *οὐχ ὅτι* v. Buttmann. Gr. §. 150. Hermann. ad Viger. p. 804 sq. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 775 sq. Matthiae Gr. Ampl. p. 1271 sq.

P. 220. B. *ἑτέρῳ ῥήματι φαινόμεθα λέγοντες αὐτό· φίλον δὲ* —] Cod. Γe corr. scriptum exhibet *αὐτά*. Non opus. Prorsus ad eundem modum Phaedon. p. 70. E: *ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἔστι τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι*. Legg. II. p. 667. B: *ὅσοις συμπαρέπεταί τις χάρις, — αὐτοῦ τὸ σπουδαιότατον εἶναι*.

νόμεθα λέγοντες αὐτό· φίλον δὲ τῷ ὄντι κινδυνεύει ἐκεῖνο αὐτὸ εἶναι, εἰς ὃ πᾶσαι αὗται αἱ λεγόμεναι φιλίαι τελευτῶσιν. Κινδυνεύει οὕτως, ἔφη, ἔχειν. Οὐκοῦν τό γε τῷ ὄντι φίλον οὐ φίλου τινὸς ἕνεκα φίλον ἐστίν; Ἀληθῆ. Cap. XVII. Τοῦτο μὲν δὴ ἀπήλλακται, μὴ φίλου τινὸς ἕνεκα τὸ φίλον φίλον εἶναι. ἀλλ' ἆρα τὸ ἀγαθόν ἐστι φίλον; Ἔμοιγε δοκεῖ. Ἆρ' οὖν διὰ τὸ κακὸν τὸ ἀγαθὸν φιλεῖται, καὶ ἔχει ὧδε· C
εἰ τριῶν ὄντων ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ καὶ μήτ' ἀγαθοῦ μήτε κακοῦ, τὰ δύο λειφθείη, τὸ δὲ κακὸν ἐκποδὼν ἀπέλθοι καὶ μηδενὸς ἐφάπτοιτο μήτε σώματος μήτε ψυχῆς μήτε τῶν ἄλλων, ἃ δή φαμεν αὐτὰ καθ' αὑτὰ οὔτε κακὰ εἶναι οὔτ' ἀγαθά, ἆρα τότε οὐδὲν ἂν ἡμῖν χρήσιμον εἴη τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' ἄχρηστον ἂν γεγονὸς εἴη; εἰ γὰρ μηδὲν

Parisinum E., in quo quid legatur Bekkerus non liquere ait, Stephani scripturam exhibere suspicamur, quam habet etiam Barberin.
P. 220. C. τὰ δύο λειφθείη] Libri ληφθείη, quod emendavit Heindorf.

Sed vide an legendum sit: φαινόμεθα λέγοντες· αὐτὸ τὸ φίλον δὲ τῷ ὄντι κινδυνεύει ἐκεῖνο αὐτὸ εἶναι, hoc sensu: quaecunque enim dicimus nobis amica (cara) esse nobis amicae alicuius rei causa, ea videmur alieno appellare nomine; ipsum amicum autem revera videtur illud solum esse, ad quod omnes illae, quae vocantur, amicitiae tanquam ad finem referentur. Ita αὐτὸ τὸ φίλον intelligitur ἡ ἀρχή, ἣ οὐκ ἐπαναφέρει ἐπ' ἄλλο φίλον, sive τὸ πρῶτον φίλον, οὗ ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα πάντα φίλα ἐστίν. — ἑτέρῳ ῥήματι dictum, ut Phileb. p. 13. A: προςαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ὄντα ἑτέρῳ, φήσομεν ὀνόματι, quem locum Heindorf. comparavit. Hermannus de coniectura sua dedit ἑτέρου.

Τοῦτο μὲν δὴ ἀπήλλακται —] Verba μὴ φίλου — φίλον εἶναι epexegesin continent pronominis τοῦτο. Etenim hoc dicit: istud igitur satis demonstratum est, videlicet non amicae alicuius rei causa amicum esse amicum. Eleganter Schleiermach.: Dieses also ist abgemacht, wem wir Freund sind, sind wir es nicht um eines andern willen, dem wir es auch sind.

C. ἆρα τότε οὐδὲν ἂν ἡμῖν χρήσιμον εἴη] h. e. ad nihil utile. Charmid. p. 165. D: ἰατρικὴ — τί ἡμῖν χρησίμη ἐστὶ καὶ τί ἀπεργάζεται; De Rep. II. p. 382. C: πότε καὶ τί χρήσιμον τὸ ψεῦδος; Aristoph. Nubb. v. 203. Str. τουτὶ δὲ τί; Disc. γεωμετρία. Str. τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον; ubi nihil mutandum.

ἡμᾶς ἔτι βλάπτοι, οὐδὲν ἂν οὐδεμιᾶς ὠφελείας δεοί-
D μεθα. καὶ οὕτω δὴ ἂν τότε γένοιτο κατάδηλον, ὅτι διὰ τὸ κακὸν τἀγαθὸν ἠγαπῶμεν καὶ ἐφιλοῦμεν, ὡς φάρμακον ὂν τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθόν, τὸ δὲ κακὸν νόσημα· νοσήματος δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲν δεῖ φαρμάκου. ἆρ' οὕτω πέφυκέ τε καὶ φιλεῖται τἀγαθὸν διὰ τὸ κακὸν ὑφ' ἡμῶν, τῶν μεταξὺ ὄντων τοῦ κακοῦ τε καὶ τἀγαθοῦ, αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ ἕνεκα οὐδεμίαν χρείαν ἔχει; Ἔοικεν, ἦ δ' ὅς, οὕτως ἔχειν. Τὸ ἄρα φίλον
E ἡμῖν ἐκεῖνο, εἰς ὃ ἐτελεύτα πάντα τἆλλα, ἃ ἕνεκα ἑτέρου φίλου φίλα ἔφαμεν εἶναι [ἐκεῖνα], οὐδὲν δὲ τούτοις ἔοικε. ταῦτα μὲν γὰρ φίλου ἕνεκα φίλα κέκληται, τὸ δὲ τῷ ὄντι φίλον πᾶν τοὐναντίον τούτου φαίνεται πεφυκός. φίλον γὰρ ἡμῖν ἀνεφάνη ὂν ἐχθροῦ ἕνεκα· εἰ δὲ τὸ ἐχθρὸν ἀπέλθοι, οὐκέτι, ὡς ἔοικ', ἔσθ' ἡμῖν φίλον. Οὔ μοι δοκεῖ, ἔφη, ὥς γε νῦν λέγεται. Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς Διός, ἐὰν τὸ κακὸν ἀπόληται, οὐδὲ πεινῆν ἔτι ἔσται οὐδὲ διψῆν
221 οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων; ἢ πείνη μὲν ἔσται, ἐάν περ ἄνθρωποί τε καὶ τἆλλα ζῶα ᾖ, οὐ μέντοι βλαβερά γε; καὶ δίψα δὴ καὶ αἱ ἄλλαι ἐπιθυμίαι,

D. αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ ἕν.] Sic Bodl. Vulgo δὲ αὑτοῦ.

E. πάντα τἆλλα, ἃ ἕνεκα] V. τἆλλα, ἕνεκα. Correxit Bekker.

P. 221. B. ἅ γε μὴ τυγχάνει ὄντα] V. τυγχάνῃ, quod e non videtur id necessarium, quandoquidem post ἐκεῖνο intelligendum relinquitur ἐστίν. — πᾶν τοὐναντίον τούτου — πεφυκός, h. e. quum id, quod vere amicum est, quia non pendet extrinsecus, natura sua plane contrarium esse videatur.

D. ἠγαπῶμεν καὶ ἐφιλοῦμεν] Ἀγαπᾶν est magni aestimare, ut Phaedon. p. 110. E. De Rep. I. p. 334. A.

Τὸ ἄρα φίλον ἡμῖν ἐκεῖνο —] Ergo τὸ φίλον nobis est illud, ad quod reliqua omnia, quae alius rei amicae causa amica diximus esse, referuntur: istis vero nulla ex parte simile est. Ita haec explicanda arbitramur, in quibus recte vidit Cornar. ἐκεῖνα e glossemate natum esse. Sed quod Heindorf. οὐδὲν δὴ scripsit,

P. 221. B. ἅ γε μὴ τυγχάνει — συναπόλλυσθαι;] quid iis, quae non sunt mala, accidat ut una cum malis intereant?

τούτου οὗ ἐπιθυμεῖ] Attractio inversa. Stephanus

ἀλλ' οὐ κακαί, ἅτε τοῦ κακοῦ ἀπολωλότος; ἢ γελοῖον τὸ ἐρώτημα, ὅ τί ποτ' ἔσται τότε ἢ μὴ ἔσται; τίς γὰρ οἶδεν; ἀλλ' οὖν τόδε γε ἴσμεν, ὅτι καὶ νῦν ἔστι πεινῶντα βλάπτεσθαι, ἔστι δὲ καὶ ὠφελεῖσθαι. ἦ γάρ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ διψῶντα καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων πάντων ἐπιθυμοῦντα ἔστιν ἐνίοτε μὲν ὠφελίμως ἐπιθυμεῖν, ἐνίοτε δὲ βλαβερῶς, ἐνίοτε δὲ μηδέτερα. Σφόδρα γε. Οὐκοῦν ἐὰν ἀπολλύηται τὰ κακά, ἅ γε μὴ τυγχάνει ὄντα κακά, τί προςήκει τοῖς κακοῖς συναπόλλυσθαι; Οὐδέν. Ἔσονται ἄρα αἱ μήτ' ἀγαθαὶ μήτε κακαὶ ἐπιθυμίαι, καὶ ἐὰν ἀπόληται τὰ κακά. Φαίνεται. Οἷόν τε οὖν ἐστιν ἐπιθυμοῦντα καὶ ἐρῶντα τούτου οὗ ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ μὴ φιλεῖν; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Ἔσται ἄρα καὶ τῶν κακῶν ἀπολομένων, ὡς ἔοικε, φίλ' ἄττα. Ναί. Οὐκ ἄν, εἴ γε τὸ κακὸν αἴτιον ἦν τοῦ φίλον τι εἶναι, οὐκ ἂν ἦν τούτου ἀπολομένου φίλον ἕτερον ἑτέρῳ. αἰτίας γὰρ ἀπολομένης ἀδύνατόν που ἦν ἔτ' ἐκεῖνο εἶναι, οὗ ἦν αὕτη ἡ αἰτία. Ὀρθῶς λέγεις. Οὐκοῦν ὡμολόγηται ἡμῖν τὸ φίλον φιλεῖν τι καὶ διά τι· καὶ ᾠήθημεν τότε γε διὰ τὸ κακὸν τὸ μήτ' ἀγαθὸν μήτε

B C

Ven. Ξ. Barber. Pal. Urb. Vat. r. Flor. o. et corr. Coisl. correctum.

καὶ ἐὰν ἀπόληται τὰ κακὰ] ἀπόλλυται Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCE. Ang. Barb.

requirebat τοῦτο. Sed apte comparat Heindorf. Menon. p. 96. A. et C. v. Matth. Gorg. §. 474. C Buttm. §. 151. 4. Rost. §. 123. 5. Addimus Herodot. II, 106: τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι. Xenoph. Hellen. I, 4, 2: ὅτι Λακεδαιμόνιοι πάντων ὧν δέονται πεπραγότες εἶεν παρὰ βασιλέως. Id. De Venat. 1. §. 10: Μελέαγρος δὲ τὰς μὲν τιμὰς ἃς ἔλαβε, φανεραί. Aristoph. Lysistr. v. 409: τὸν ὅρμον ὃν ἐσκεύασας, ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν. Et notum est illud Virgilianum: Urbem quam statuo, vestra est.

C. Οὐκ ἄν, εἴ γε τὸ κακὸν —] Ad Οὐκ ἂν liquet intelligendum relinqui φίλ' ἄττα ἦν. Nam sensus verborum hic est: Minime vero; certe si malum esset causa, quamobrem quid alteri esset amicum, hoc sublato non futurum esset, ut quidquam alteri esset amicum.

κακὸν τὸ ἀγαθὸν φιλεῖν; Ἀληθῆ. Νῦν δέ γε, ὡς
D ἔοικε, φαίνεται ἄλλη τις αἰτία τοῦ φιλεῖν τε καὶ φιλεῖσθαι. Ἔοικεν. Ἆρ' οὖν τῷ ὄντι, ὥςπερ ἄρτι ἐλέγομεν, ἡ ἐπιθυμία τῆς φιλίας αἰτία, καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν φίλον ἐστὶ τούτῳ, οὗ ἐπιθυμεῖ, καὶ τότε, ὅταν ἐπιθυμῇ, ὃ δὲ τὸ πρότερον ἐλέγομεν φίλον εἶναι, ὕθλος τις ἦν, ὥςπερ ποίημα μακρὸν συγκείμενον; Κινδυνεύει, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, τό γε ἐπιθυμοῦν, οὗ ἂν ἐνδεὲς ᾖ, τούτου
E ἐπιθυμεῖ. ἦ γάρ; Ναί. Τὸ δ' ἐνδεὲς ἄρα φίλον ἐκείνου, οὗ ἂν ἐνδεὲς ᾖ; Δοκεῖ μοι. Ἐνδεὲς δὲ γίγνεται οὗ ἄν τις ἀφαιρῆται. Πῶς δ' οὔ; Τοῦ οἰκείου δή, ὡς ἔοικεν, ὅ τε ἔρως καὶ ἡ φιλία καὶ ἡ ἐπιθυμία τυγχάνει οὖσα, ὡς φαίνεται, ὦ Μενέξενέ τε καὶ Λύσι. Συνεφάτην. Ὑμεῖς ἄρα εἰ φίλοι ἐστὸν ἀλλήλοις, φύσει πῃ οἰκεῖοί ἐσθ' ὑμῖν αὐτοῖς. Κομιδῇ, ἐφάτην. Καὶ εἰ ἄρα τις ἕτερος ἑτέρου ἐπιθυμεῖ,
222 ἦν δ' ἐγώ, ὦ παῖδες, ἢ ἐρᾷ, οὐκ ἄν ποτε ἐπεθύμει οὐδὲ ἤρα οὐδὲ ἐφίλει, εἰ μὴ οἰκεῖός πῃ τῷ ἐρωμένῳ ἐτύγχανεν ὢν ἢ κατὰ τὴν ψυχὴν ἢ κατά τι τῆς ψυ-

D. *ὥςπερ ἄρτι ἐλέγομεν*] Sic codd. fere omnes. Vulgo *ὥςπερ ἄρα ἐλέγομεν.*

φίλον ἐστὶ τούτῳ, οὗ ἐπ.] Steph. cum uno Par. E. *τούτου.*

E. *οὗ ἄν τις ἀφαιρῆται*] Sic Coisl. Vat. Θ. r. Vind. Vulgo *ἀφήρηται.*

P. 222. B. *ἠφίει χρώματα*] Bekker. sine librorum aucto-

D. *ὥςπερ ποίημα μακρὸν συγκείμενον;*] Non in eo tantum ὁ ὕθλος cernitur, ut quid longum sit et copiosum, sed in illo maxime, ut sit temere dictum ac sine ratione compositum. Quocirca vide, ne Astius vere coniecerit *ποίημα μάτην συγκείμενον.* Quanquam illud ipsum *μάτην* nescio quo modo displicet, ut adeo legi malim: *ὥςπερ ποίημα μακρὸν μάτην συγκείμενον.* De *συγκείμενον* v. Hipp. mai. p. 286. A. Hipp. min. p. 368. D.

E. *Ἐνδεὲς δὲ γίγνεται οὗ ἄν τις ἀφηρῆται*] Aut *ἐνδεὴς* aut *τι* legendum esse, recte censuit Heindorfius. Codices tamen manuscripti ne tantillum quidem a vulgata lectione recedunt.

Τοῦ οἰκείου δή, ὡς ἔοικεν, — τυγχάνει οὖσα, ὡς φαίνεται] In his post *ὡς ἔοικεν* deinde *ὡς φαίνεται* subiicitur per quandam orationis redundantiam. Lachet. p. 190. C: *τοῦτο τοίνυν ἔμοιγε φαίνεται, ὅτι οὐ πᾶσά γε, ὡς ἐγῷμαι, καρτερία ἀνδρεία σοι φαίνεται.* Phileb. p. 32. C: *οἶμαι,*

χῆς ἦθος ἢ τρόπους ἢ εἶδος. Πάνυ γε, ἔφη ὁ Με-
νέξενος· ὁ δὲ Λύσις ἐσίγησεν. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. τὸ
μὲν δὴ φύσει οἰκεῖον ἀναγκαῖον ἡμῖν πέφανται φι-
λεῖν. Ἔοικεν, ἔφη. Ἀναγκαῖον ἄρα τῷ γνησίῳ ἐρα-
στῇ καὶ μὴ προςποιήτῳ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν παιδι-
κῶν. Ὁ μὲν οὖν Λύσις καὶ ὁ Μενέξενος μόγις πως B
ἐπενευσάτην, ὁ δὲ Ἱπποθάλης ὑπὸ τῆς ἡδονῆς παν-
τοδαπὰ ἠφίει χρώματα.

Cap. XVIII. Καὶ ἐγὼ εἶπον βουλόμενος τὸν
λόγον ἐπισκέψασθαι, Εἰ μέν τι τὸ οἰκεῖον τοῦ ὁμοίου
διαφέρει, λέγοιμεν ἄν τι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Λύσι τε
καὶ Μενέξενε, περὶ φίλου, ὃ ἔστιν· εἰ δὲ ταὐτὸν τυγχά-
νει ὂν ὅμοιόν τε καὶ οἰκεῖον, οὐ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν
τὸν πρόσθεν λόγον, ὡς οὐ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ κα-
τὰ τὴν ὁμοιότητα ἄχρηστον· τὸ δὲ ἄχρηστον φίλον
ὁμολογεῖν πλημμελές. βούλεσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπει- C
δὴ ὥςπερ μεθύομεν ὑπὸ τοῦ λόγου, συγχωρήσωμεν
καὶ φῶμεν ἕτερόν τι εἶναι τὸ οἰκεῖον τοῦ ὁμοίου;
Πάνυ γε. Πότερον οὖν καὶ τἀγαθὸν οἰκεῖον θήσο-
μεν παντί, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον εἶναι; ἢ τὸ μὲν

ritate ἠφίη dedit. Sed Matthiae Gr. Ampl. §. 210. 1. coll. 211. II. 1. coll. Plat. De Rep. VI. p. 497. D. VII. 528. D. ibique Schneider. Menex. p. 236. B.

ἀποβαλεῖν τὸν πρ. λόγον] ἀπολιπεῖν Bodl. Vat. Θ.

C. ὥςπερ μεθύομεν] μυθεύομεν Bodl. Vat. Par. E. Angel. Urb. Vat. r. al. prave.

κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν — ἐμφανὲς ἔσεσθαι. Aristoph. Plut. v. 827: δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ.

P. 222. B. παντοδαπὰ ἠφίει χρώματα] Dictionem illustrarunt interpretes ad Aristaen. I, 12. p. 396 ed. Boisson.

λέγοιμεν ἄν τι] dicamus aliquid, quod non prorsus absurdum sit aut a vero abhorreat.

οὐ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν —] haud facile est superiorem repudiare orationem, quae statuebat simile simili propter similitudinem esse inutile. Itaque verba ὡς οὐ τὸ ὅμοιον κ. τ. λ. ex uno τὸν πρόσθεν λόγον apta nexaque sunt. Aliter haec explicavit Heindorf., cui me fateor minime assentiri. — τὸν πρόσθεν λόγον intellige Cap. X. et XI.

C. ὥςπερ μεθύομεν ὑπὸ τοῦ λόγου] Sic ὥςπερ in comparatione additur leniendae metaphorae gratia v. ad Remp. VIII. p. 544. E.

κακὸν τῷ κακῷ οἰκεῖον, τῷ δὲ ἀγαθῷ τὸ ἀγαθόν, τῷ δὲ μήτε ἀγαθῷ μήτε κακῷ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακόν; Οὕτως ἐφάτην δοκεῖν σφίσιν ἕκαστον ἑκάστῳ
D *οἰκεῖον εἶναι. Πάλιν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὦ παῖδες, οὓς τὸ πρῶτον λόγους ἀπεβαλόμεθα περὶ φιλίας, εἰς τούτους εἰςπεπτώκαμεν. ὁ γὰρ ἄδικος τῷ ἀδίκῳ καὶ ὁ κακὸς τῷ κακῷ οὐδὲν ἧττον φίλος ἔσται ἢ ὁ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ. Ἔοικεν, ἔφη. Τί δέ; τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ οἰκεῖον ἂν ταὐτὸν φῶμεν εἶναι, ἄλλο τι ἢ ὁ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ μόνον φίλος; Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γε ᾠόμεθα ἐξελέγξαι ἡμᾶς αὐτούς. ἢ οὐ μέμνησθε; Μεμνήμεθα. Τί οὖν ἂν ἔτι χρησαί-*
E *μεθα τῷ λόγῳ; ἢ δῆλον, ὅτι οὐδέν; δέομαι οὖν, ὥςπερ οἱ σοφοὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, τὰ εἰρημένα ἅπαντα ἀναπεμπάσασθαι. εἰ γὰρ μήτε οἱ φιλούμενοι μήτε*

D. *εἰς τούτους εἰςπεπτώκαμεν*] Steph. cum uno Par. E. *πεπτώκαμεν.*

ἄλλο τι ἢ ὁ ἀγαθός] Bekkerus invitis libris omnibus ἢ extrusit, ut solet in hac formula.

D. *ἄλλο τι ἢ ὁ ἀγαθός*—] Hic quoque Bekker. invitis codicibus omnibus ἢ delevit: cui voculae nescimus sane cur adeo fuerit infestus. Etenim quum Graeci cum alacritate interrogantes *ἄλλο τι* ita ponere soleant, ut omisso ἢ vel ἢ ὅτι statim ipsam sententiam subiungant, tamen in sermone sedatiore quid ἢ habeat offensionis, equidem non perspicio. v. ad Euthyphron. p. 15. C. et quae ibi exempla collegimus. Quod hic Bekker. professus est delevisse se voculam praeter librorum auctoritatem, idem etiam alibi fecit, veluti Comment. Critt. T. I. p. 186. Proxima sic intelligas: Atqui in hac quoque re putabamus nosmet ipsos redarguisse. Nam quum dicatur *ἐλέγχειν τινά*, aliquem refutare, et *ἐλέγχειν τι*, aliquid redarguere, Graeci utraque constructione in unum conflata dixerunt etiam *ἐλέγχειν τινά τι*, cuius structurae alia exempla Heindorf. attulit ex Apolog. Socrat. p. 23. A. Hipp. mai. p. 288. A.

E. *ὥςπερ οἱ σοφοὶ ἐν τ. δ.*] rhetores; quos cum irrisione hoc loco commemorari praeter nomen *τῶν σοφῶν* etiam verbum *ἀναπεμπάσασθαι* argumento est. Huius enim prima et propria significatio est: cibos ad rumen revocare: hoc autem loco valet *ἐπαναλαμβάνειν κεφαλαιωδέστερον τὰ εἰρημένα*, ut recte interpretatur Timaeus Gloss. p. 33., ubi v. Ruhnken.

ἀλλ' εἰ μηδὲν τούτων φ.] *Ἀλλά*, ut Lat. sed, ponitur, ubi quid post verba interposita ex abundanti repetitur.

P. 223. *ἄλλον ἤδη τινὰ τ. πρ. κινεῖν*] ad disputandum excitare. Quam in

οἱ φιλοῦντες, μήτε οἱ ὅμοιοι μήτε οἱ ἀνόμοιοι, μήτε οἱ ἀγαθοὶ μήτε οἱ οἰκεῖοι, μήτε τἆλλα ὅσα διεληλύθαμεν — οὐ γὰρ ἔγωγε ἔτι μέμνημαι ὑπὸ τοῦ πλήθους —, ἀλλ' εἰ μηδὲν τούτων φίλον ἐστίν, ἐγὼ μὲν οὐκέτι ἔχω τί λέγω.

223 Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐν νῷ εἶχον ἄλλον ἤδη τινὰ τῶν πρεσβυτέρων κινεῖν. κᾆτα, ὥσπερ δαίμονές τινες προςελθόντες οἱ παιδαγωγοί, ὅ τε τοῦ Μενεξένου καὶ ὁ τοῦ Λύσιδος, ἔχοντες αὐτῶν τοὺς ἀδελφούς, παρεκάλουν καὶ ἐκέλευον αὐτοὺς οἴκαδ' ἀπιέναι· ἤδη γὰρ ἦν ὀψέ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ περιεστῶτες αὐτοὺς ἀπηλαύνομεν· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἐφρόντιζον ἡμῶν, ἀλλ' ὑποβαρβαρίζοντες ἠγανάκτουν τε καὶ οὐδὲν ἧττον ἐκάλουν, ἀλλ' ἐδόκουν ἡμῖν ὑποπεπωκότες ἐν τοῖς Ἑρμαίοις ἄποροι εἶναι προςφέρεσθαι, B ἡττηθέντες οὖν αὐτῶν διελύσαμεν τὴν συνουσίαν.

P. 223. B. ἡμῖν ὑποπεπωκότες] Sic Vat. Θ. Bodlei., ut Stephanus coniecerat. V. ὑποπεπτωκότες.

rem comparat Heindorf, illa De Rep. I. p. 329. D: βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ εἶπον. Deinde ne cum Schleiermachero de malis geniis cogites, apud Hellenistas demum hic usus loquendi invaluit, ut δαίμονες mali genii appellarentur, erratque Elsnerus in Obss. ad Matth. IX, 34. Veteres Graeci ita vocarunt vel ipsos deos superos, vel numina ordinis inferioris, media illa inter deos et heroas. Significatur subitus et terribilis hominum adventus.

ἀλλ' ὑποβαρβαρίζοντες] Fuerunt igitur servi non bene et eleganter eruditi.

B. ἀλλ' ἐδόκουν ἡμῖν —] Sententiae antecedenti per ἀλλὰ superioribus oppositae nunc alia adiungitur, quae huic ipsi denuo adversatur. Quo in loquendi genere non erat cur Stephanus tam graviter offenderet. v. ad Phaedon. p. 63. E. ubique Wyttenbachium p. 142. — ἄποροι εἶναι προςφέρεσθαι, h. e. tales esse, quibuscum non possemus facile agere et colloqui. Verbum προςφέρεσθαι ad p. 205. B. illustravimus. Ἄποροι ita positum Apolog. Socr. p. 18. D: οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν, h. e. qui minime possint a me oppugnari. Thucyd. IV, 32: καὶ οἱ ἀπορώτατοι τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις, ubi v. Schol. Respondet nostrum unzugänglich, quod item de hominibus dicitur, quibuscum difficile est agere. Hunc vocabuli usum Lexicographi nostri nondum notarunt.

ἡττηθέντες οὖν —] Etsi in apodosi voculae οὖν nullus locus est, tamen ea h. l. propter longiores protasis ambages interponitur. De οὖν in epanalepsi usurpato v. Protagor. p. 341. B. Apol. p. 29. C. p. 40.

ὅμως δ' ἔγωγε ἤδη ἀπιόντων αὐτῶν, Νῦν μὲν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, καταγέλαστοι γεγόναμεν ἐγώ τε, γέρων ἀνήρ, καὶ ὑμεῖς. ἐροῦσι γὰρ οἵδε ἀπιόντες, ὡς οἰόμεθα ἡμεῖς ἀλλήλων φίλοι εἶναι — καὶ ἐμὲ γὰρ ἐν ὑμῖν τίθημι —, οὔπω δὲ ὅ τι ἐστὶν ὁ φίλος οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξευρεῖν.

ὅμως δ' ἔγωγε ἤδη] Voc. δ' e Bodl. Flor. d. Vind. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. al. restituta.

Νῦν μέν, ἦν δ' ἐγώ] Sic libri optimi et plurimi loco vulg. Νῦν δέ, ἦν δ' ἐγώ.

D. Sympos. p. 201. D. al. Multa id genus collegit Hoogeven. Doctr. Part. p. 1010.

ἀπιόντων αὐτῶν] quum iamiam discedere vellent, quum discessum a nobis pararent. Mox Ficinus: In praesentia ridiculi ineptique evasisse videmur, tam ipse grandis natu, quam vos pueri. Unde Heusd. Spec. Crit. p. 128. legendum censet: καὶ ὑμεῖς νέοι. Elegans sane coniectura, quam vellem codices confirmassent. Nec tamen iis invitis quidquam mutaverim, quum vel ex opposito γέρων ἀνήρ sequatur, ut ὑμεῖς sit idem quod ὑμεῖς νέοι. Pronomen οἵδε positum δεικτικῶς accipiendum de iis, qui huic sermoni interfuerunt.

PLATONIS

HIPPIAS MAIOR.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO ALTERA PLURIMUM EMENDATA ET
LOCUPLETATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE,
SUMTIBUS HENNINGS.
MDCCCLVII.

PROLEGOMENA

ad

MAIOREM HIPPIAM.

Hippias Eleus etsi pleraque omnia cum aliis sophistis aetatis suae communia habuit, tamen hoc sibi veluti proprium vindicat et peculiare, quod summam sapientiae laudem in maxima rerum, quas sciret, copia et varietate posuit. Complexus est enim omnem fere artium ac disciplinarum ambitum, ut Themistius Orat. XXIX. pag. 345. D. eum veluti σωρὸν quendam καὶ ἑσμὸν σοφίας tenuisse dicat, maximeque versatus est in iis studiis, quae cum elegantia et venustate arctissime coniuncta essent atque copulata. Nam apud Platonem quidem praeter artem rhetoricam et civilem, qua ipse magnopere gloriatur, etiam arithmeticam, geometriam, astronomiam, grammaticam et musicam novisse narratur *), adeoque tenuisse ea, quae non ingenii sollertia, sed manuum artificio exercerentur. Nec illud a verisimilitudine abhorret, quod narrant Philostratus, Suidas, alii **), etiam

*) V. Protag. p. 315. B.

**) Vit. Sophist. p. 495. sq. Plat. Hipp. Min. init. cf. Suid. s. v. Themist. Orat. XXIX. p. 345. D. Dio Chrysostom. Orat. LXXI. init. Cicer. de Orat. III., 32. De eius scriptis v. Fabricii Biblioth. G. T. I. 818. et Geelius Act. Trai. Nov. T. II. p. 190. sq.

picturae, statuariae, poësi, eum operam dedisse, ut scilicet in omni genere artium versatus esse videretur. Quum vero nihil magis quam doctrinae et eruditionis varietatem atque venustatem expeteret, factum est, ut hominem vere eruditum elegantemque existimaret prorsus dedecere haerere in singulis, neque unice veluti summa rerum intueri atque considerare *). Quocirca subtilitatem illam, quae omnia diligenter persequitur et exquirit, arti illi declamatoriae deditus, pusilli angustique animi esse iudicavit, qui ad universa contuenda nunquam eveheretur; ideoque a Socratica veri exquirendi ratione omnino fuit alienus, unice rhetoricae illi deditus, quae splendidarum nugarum egregia est adiutrix atque ministra**). Simillimus igitur Hippias videtur fuisse iis nostrorum hominum, qui accuratam subtilemque doctrinam, qua videlicet ipsi carent, alto supercilio despicientes nullum non literarum genus attingunt, ac protenus altos spiritus sumentes sese praeter ceteros in intima doctrinae penetralia pervenisse glorientur, dum interim magnificas iactantes ampullas ac sesquipedalia verba miscent quadrata rotundis. Quod autem talis ingenii homines plerumque facere solent, ut etiam corporis habitu et ornatu quandam affectent dignitatem atque gravitatem, idem etiam Hippias fecit, siquidem Platoni fides habenda est ***). Studiose enim ille vestimentorum pariter atque calceamentorum elegantiam sectatus est, voluitque externa quoque corporis specie videri pulcher atque bellus homo, quo vel figurae suae adspectus, quali esset ingenio, unumquemque certiorem faceret.

Itaque singularis profecto hominis vanitas fuit, quae satis multam largiretur cavillandi ridendique materiam. Sed multo etiam magis ridicula eius persona exstitit eo, quod cum ista iactantia et vanitate †) coniuncta in eo fuit admirabilis quaedam fatuitas stolidaque arrogantia. Splendidus enim nugator dum nescio quam doctrinae copiam et ubertatem iactabat

---

*) Hipp. mai. extr.

**) Ibid.

***) Hipp. mai. d. 291. A. Protag. p. 315. B.

†) Iactantiam hominis etiam Xenophon. adumbravit Memor. IV., 4.

sublimesque ac dithyrambicas declamitabat sententias, quam recte vereque ea, quae in medium afferebat, dicerentur, minime curabat, definiendique diligentiam adeo non habebat cognitam, ut mentem a singularum rerum observatione vix ac ne vix quidem ad communia rerum genera posset attollere *). Nihilominus autem eum alebat spiritum, ut sese rerum omnium praeter ceteros gnarum peritumque profiteretur, nec unquam moleste ferret, si confutatus ab aliis gravissimae inscitiae coargueretur. Nimirum tali superbia qui sunt inflati, praesertim ubi ingenio sunt obtusiore, non ita aegre ferunt, si vel acrius ab aliis punguntur. Consolantur enim acceptum dolorem magnitudinis et praestantiae suae conscientia, atque erroris convicti sese arbitrantur spatio ad deliberandum concesso verum ceteris omnibus melius fuisse perspecturos.

Hoc igitur quum esset sophistae celeberrimi ingenium atque hi mores, Plato, qui, quantum Socratica disserendi et docendi subtilitas ab istis ineptiis distaret, ipse usu cognoverat, faciendum putavit, ut stolidam hominis vanitatem et superbiam castigaret eoque simul omnem nationem eorum, qui multiplicem suam rerum plurimarum scientiam fastuose et ridicule iactarent, quum plane carerent subtiliore rerum cognitione, facete rideret atque corriperet. Quod quidem fecit sic, ut eadem opera locum de pulcro leviter perstrinxerit et illustraverit. Aptissime enim Hippiam, quem propter vanam variae et multiplicis doctrinae iactantiam cum insigni inscientia coniunctam derisit, cum Socrate de pulcro disputantem induxit. Nam, is quum semper et ubique elegantiam quandam doctrinae pariter atque vestitus prae se ferret, nihil profecto potuit excogitari, quod ad ridendi sophistae consilium aptius esset. Accedit, quod Hippias apud Platonem ipse profitetur se pulcram orationem de artium studiis adolescentibus necessariis, quam ante aliquod tempus Lacedaemone **) scilicet habuerat,

*) Hipp. mai. part. prior.

**) Habitus enim a sua civitate idoneus est gerendis negotiis publicis, ut saepius tum ad alias urbes tum Lacedaemonem legatus mitteretur. Et per hanc quidem opportunitatem doctrinam suam divenditabat. v. Hipp. mai. in.

Athenis esse recitaturum, ut non temere suspiceris philosophum in hoc sermone scribendo pulcram scilicet aliquam Hippiae declamationem ob oculos habuisse, ex eaque nonnihil nugarum in librum suum transtulisse, quo manifestior existeret irrisio. Locus autem de pulcro quam dignus fuerit ut tractaretur, nemo certe dubitabit, qui quantopere apud Graecos viguerit pulcritudinis sensus, vel leviter meminerit.

Est autem in hac scriptione petulans paene et proterva in Hippiam oratio, ita ut, si quis alius, Hippias certe omnium maxime a Platone castigatus dici queat. Tractatur enim locis compluribus paene subrustice et verbis increpatur gravissimis *). Quae quidem irrisionis acerbitas nec mitigatur eo, quod Socrates, quae sophistae opponit, ea sese fingit alius cuiusdam nomine regerere, quum tamen, Hippia id ne suspicante quidem, ex sua ipsius mente et animo loquatur. Nimirum subtiliter sane hoc usus est artificio Plato, ut ne Socrati ipsi ea tribuisse videretur, quae aut ab eius urbanitate aliena essent aut videri deberent Hippiam continuo vehementius exacerbasse ideoque omnem tollerent colloquii verisimilitudinem. Haec enim una est atque vera causa, cur Plato putandus est ista ratione usus esse, in qua explicanda miramur sane quod viri docti adeo se torserunt.

Quaerentibus autem nobis, quid tandem fuerit, cur philosophus Hippiam Eleum praeter ceteros tam acerbe perstrinxerit, etsi nulla in mentem venit probabilis eius rei illustrandae ratio, tamen nescio quomodo visum est clara sane iuvenilis cuiusdam protervitatis et petulantiae vestigia in hoc libro expressa exstare. Neque enim philosophum putamus aetate maturiore atque moderatiore de quoquam tam petulanter et acerbe scripturum fuisse, ne de sophistis quidem: quorum perversas opiniones atque arrogantiam etsi alibi quoque gravius subinde castigavit, tamen id longe alio modo atque in hoc libro ab eo institutum esse nemo diffitebitur. Itaque vel ex hac re probabiliter colligi censemus librum hunc a Pla-

*) Similiter quidem Euthyphro vates atque Io rhapsodus propter inanem fastum in cognominibus dialogis castigantur, sed Hippia tamen paullo lenius.

tone adolescente scriptum esse, eo quidem tempore, quo Socratis disciplinae deditus fuit *).

Atque hanc coniecturam nostram etiam alia sunt, quae non mediocriter confirment atque muniant. Nam primum quidem ipsa disserendi ratio, quae per hunc sermonem regnat, plane habet simplicitatem illam Socraticam, qua rerum notionibus subtilius pervestigandis gravissimi errores acute deteguntur. Deinde nulla dum idearum doctrinae, qualem postea temporis informavit philosophus, vestigia in hoc libro deprehenduntur, siquidem quae huc primo adspectu referri posse videantur, ea aliter accipienda esse ostendimus in Commentar. ad p. 287. C. Quod nos quidem secus futurum fuisse putamus, si quo tempore haec scripta sunt ipsi philosopho iam omnia ita explorata fuissent, uti postea. Denique in iis, quae Socrates in medium affert, facile agnoscas germanae philosophiae Socraticae alumnum. Nam quae disputantur, ea quanquam negandum non est veluti initia quaedam continere eius sententiae, quam Plato in aliis scriptis copiose illustravit, tamen plerumque e media vita desumta sunt, ut prope in vulgaribus de pulcro opinionibus examinandis contineantur.

Quum vero philosophus in hoc libro non tam id egerit, ut suam ipsius de pulcri natura sententiam patefaceret, quam ut inertiam et fatuitatem eius sophistae, qui in omni vita pulcritudinem et elegantiam maxime prae se ferebat, hoc est, omnes omnino bellos ac fatuos encyclopaedistas, quos hodie appellant, exagitaret atque demonstraret, tamen, ut par erat, non neglexit rectam rei rationem aliquo modo significare. Nam et illud ostendit, non in rebus individuis atque singulis quaerendam esse pulcri vim et naturam sed commune ipsius genus investigari oportere; et cognatas quasdam notiones ab eo distinxit ac secrevit, quae quidem ab sophistis dialecticae subtilitatis expertibus eo facilius poterant commisceri temereque confundi, quo latius apud Graecos τοῦ καλοῦ notio

*) Hanc sententiam nostram vehementer laetati sumus plane probatam esse viro elegantis iudicii Car. Steinharto in Interpretat. Operum Platon. ab ipso et Hier. Müllero edit. Part. I. p. 50. Alii dialogi origines ad maturiorem Platonis aetatem retulerunt, ut Ios. Socher De Scriptis Plat. p. 225 et C. Frid. Hermann. Hist. Phil. Plat. p. 487.

patebat; et pulcro cum decoro, bono ac iucundo aliquam intercedere necessitudinem haud obscure indicavit, quanquam ea quibus rebus contineretur minime explicavit; et vero etiam significavit pulcrum contineri eo, quod nobis per auditum et visum innocentem voluptatem afferat molestia vacuam; quae sententia sane ad pulcri vim et naturam cognoscendam longe videtur gravissima.

Sed haec omnia quo facilius intelligatur quam vera sint, age totius libri argumentum brevi enarratione perlustremus: quo ipso illud simul consequemur, ut iis, qui eum lecturi sint, quasi filum aliquod tradidisse videamur, cuius ope amfractuosas disputationis ambages tutius perrceptent atque ad exitum itineris certius perducantur.

Hippias igitur posteaquam in principio dialogi sophistarum artem sua aetate multum profecisse gloriatus est, quandoquidem iam et negotiis publicis fungantur, et scholis habendis faciant quaestum superiorum temporum sapientibus incognitum, lepide a Socrate interrogatur, num Lacedaemone etiam, ubi saepius sit commoratus, multum pecuniae confecerit. Negat sophista ita factum esse, quanquam per huius interrogationis opportunitatem sapientiam suam iactat impudentissime: Spartanos enim ait morum et institutorum pristinorum longe esse tenacissimos, neque adeo concedere, ut filii sui peregrinis artibus ac disciplinis erudiantur: qua in re eos multum a recta ratione deflectere haudquaquam negari posse. Roganti autem Socrati, de quibusnam potissimum rebus Spartani ipsum dicentem audiant lubentissime, respondet ille declamationes de astronomia, geometria, arithmetica, literis ac syllabis earumque numero et mensura iis minus probari, sed narrationes de rebus antiquitus gestis vel institutis, quas ipse videlicet propter ingentem memoriae vim optime teneat, placere vehementissime. Veruntamen nuper evenisse dicit, ut etiam in alio dicendi genere iis satisfecerit: habitam enim a se esse orationem de artibus ac disciplinis, in quas iuvenem incumbere deceat, verborum pariter atque sententiarum pulcritudine et venustate insignem. Hanc vero pollicetur una cum aliis sese propediem etiam Athenis in ludo Philostrati cuiusdam esse habiturum. Quibus auditis Socrates, Per-

opportune, inquit, *pulcrae* istius orationis mentionem fecisti. Nuper enim ab homine quodam ignoto de pulcri vi et natura interrogatus, quum non perspicerem quid rei esset, in maximam consilii inopiam coniectus sum. Promittit igitur ei Hippias sese rem ita velle explicare, ut omnis videri debeat sublata esse ambigendi dubitandique causa et opportunitas *). Quo facto Socrates hanc sibi ab eo expetit veniam, ut ignoti illius hominis personam agere liceat, ideoque etiam dubitationes in medium afferre, quas probabile sit ab illo rem communiter exquirenti in medium allatum iri. Atque his ita constitutis ipsa suscipitur de pulcro disputatio **).

Petit autem Socrates ante omnia ab Hippia, ut sibi pulcri vim et naturam patefaciat. Sed hic sophista responsione sua statim aperte prodit ignorare se, quid discriminis inter ipsam pulcritudinem atque res individuas, quae pulcrae vocantur, intercedat, adeoque omni definiendarum notionum scientia et facultate carere. Respondet enim primum quidem satis ridicule, *pulcram puellam esse pulcrum.* Nimirum hoc ex arte statuaria, quam tractabat, videri potest repetiisse, cuius homo meminit, quoniam haerens in rebus sensibus subiectis veritatis iudicium unice ex visis repetit. Itaque Socrates, incogniti illius hominis partibus susceptis, contra haec ait moneri posse etiam pulcram equam, pulcram lyram, pulcram ollam, alia plurima, pulcra videri. Etenim haec omnia ad alias res comparata, nec propter se ipsa, pulcra haberi atque dici solere, eamque ob causam etiam pulcram puellam ad deam collatam fortasse turpem iudicatum iri. Nec vero isto modo omnem pulcritudinis vim declaratam esse monet, quippe quae ita sit comparata, ut quaecunque pulcra dicantur, ea per illam pulcra evasisse iudicari oporteat ***).

Hic vero sophista continuo sibi aliquid animadvertisse videtur. Vix enim audivit ipsum pulcrum

*) Init. usque ad p. 286. E.

**) P. 287. A. — D.

***) P. 287 E. — 289. C.

iudicandum esse tale, quo pulcra omnia efficiantur, quum respondet aurum esse illud, quod pulcrum dicatur; inaurata enim omnia esse pulcherrima. Perridiculum hoc est hominis responsum, quo tangitur sine dubio auri sacra fames, quo flagrabat. Quod quidem Socrates rursus susceptis incogniti illius disputatoris partibus ita exagitat ac refellit, ut etiam eburnea, lapidea, lignea, alia, pulcra iudicari ostendat, siquidem iis rebus, in quibus reperiantur, prudenter sciteque accommodata sint. Neque habet Hippias, huic sententiae quid opponat. Itaque aliam continuo profert rei definitionem, qua simul declamatoria ipsius magniloquentia depingitur. Nam pulcrum in eo positum arbitratur, ut quis fruatur prospera valetudine, opibus ac divitiis abundet, omnibus afficiatur honoribus, parentibus honorifice sepultis ipse ad beatam perveniat senectutem, denique mortuus a filiis pie et magnifice sepeliatur. Quibus nugis magnificis auditis Socrates urbana cum irrisione fatetur hanc orationem splendidam quidem videri atque sublimem, sed eandem tamen praedicit denuo ab illo disputatore vexatum iri. Neque enim hanc pulcri definitionem satis late patere aut in omnia convenire: ex quo consequi certissime, ut ipsius pulcritudinis natura nondum patefacta esse iudicare debeat *).

Apparet igitur ex his clarissime sophistam in rebus singulis atque sub sensus subiectis subsistentem ad informandas generaliores notiones non assuefactum esse omnisque definiendi sollertiae expertem. Quippe totus homo adeo deditus est sensibus, ut omnia potius ad aurium vel oculorum iudicium quam ad mentis rationisque contemplationem referat. Itaque Socrates posteaquam absurdas eius ridiculasque opiniones confutavit, ipse in se suscipit totius disputationis veluti moderamen, variasque pulcri proponit definitiones, quas tamen a sophista assensu suo comprobatas deinde rursus vexat et incertas reddit, do-

---

*) P. 289. D. — 293. D.

nec hic rei fastidio captus sermonem non sine vana sapientiae suae iactantia abrumpit et in medio relinquit. Qua ex re satis certo colligitur Platonem praeter Hippiae irrisionem etiam aliud quid in hoc libro scribendo spectavisse. Etenim ostendere philosophus sine dubio illud quoque voluit, qua via ad rectam veramque pulcritudinis notitiam comparandam esset incedendum, et quaenam notiones vel secernendae vel respiciendae essent, si quis in ea re explicanda vellet cum fructu elaborare. Fecit autem hoc eo modo, ut Socratis hac de re placitis usus rem provexerit ulterius, quamquam quid senserit, non tam clare exposuit, quam obscure significavit. Sed redeamus ad dialogi enarrationem, et quo quidquid loco in eo habendum sit, paucis exponamus.

Itaque Socrates, acerbissime explosa Hippiae inertia, quam tamen urbana quadam et faceta dissimulatione etiam sibimet ipsi attribuit, hominem illum incognitum narrat subinde misericordia commotum suam consilii inopiam ita levare, ut sibi significet ac veluti suggerat, quid sit respondendum. Huius igitur morem se iam imitari velle dicit atque eius nomine definitionis alicuius periculum facere. Nec renuit Hippias, qui se isto modo magna molestia liberatum iri confidit. Itaque Socrates eum videre iubet et considerare, num forte illud, quod τὸ πρέπον dicatur, habeaturque alicui rei aptum et commodum, pro pulcro ducendum sit. Hoc vero ille protenus assensu suo amplectitur, fateturque sibi iam pulcrum illo uno videri contineri, quod sit ad aliud quid aptum commodeque comparatum. Sed vix hoc ita pronuntiavit, quum Socrates hanc sententiam rursus convellere conatur. Utitur autem hanc in rem hac fere argumentatione. Quod τὸ πρέπον vocamus, inquit, id vel videtur pulcrum, vel revera est. Iam si speciem tantummodo pulcritudinis habet, neutiquam ipsum pulcrum est, de quo anquirimus, sed nihil nisi fallacem eius speciem atque imaginem exhibet. Sin autem illud rebus pulcritudinis et veritatem et speciem simul conciliare ponimus, huic sententiae illud mirifice adversatur, quod, quae revera sunt pulcra, saepenumero aliter comparata videntur. Huc accedit, quod veritas cum externa specie eaque inani nullo modo coniuncta esse potest.

Ex quibus omnibus efficitur, ut τὸ πρέπον non possit pro ipso pulcro haberi *).

Nimirum facile apparet Socratem arguta, quae verbo φαίνεσθαι inest, dilogia sophistam in fraudem inducere. Quod quum et apparendi habeat vim ac significationem et de inani specie dicatur, ille varium eius usum minime distinguens nullo negotio sibi persuaderi patitur externam τοῦ πρέποντος speciem non posse cum ipsa pulcri vi et natura conciliari. Itaque ex hoc ipso loco suspicari licet Platonem in hac sententia redarguenda non serio elaboravisse, adeoque suam ipsius sententiam isto modo prodidisse. Atque id ipsum etiam inde colligimus, quod tertiam sententiae illius rationem, qua pulcrum in τῷ πρέποντι contineri sumi poterat, omnino non tetigit, sed prudenti silentio transmisit. conf. Phileb. p. 64. E. Accedit ad haec, quod pulcrum, si verum quaerimus, utique cum τῷ πρέποντι, cuius finitionem dedit Cicero Orat. §. 21., arctiore quadam continetur necessitudine, quandoquidem illud non modo in apta ac decora singularum rerum in unum coniunctarum compositione cernitur, verum etiam in eo positum est, ut ubique modus quidam ac certi fines observentur, quos ultra citraque rectum consistere nequeat. Quod ipsum Plato sequutus etiam in Philebo est, ubi ad bonum et pulcrum etiam μετριότητα requiri iudicavit.

His vero explicatis ubi Socrates videt sophistam non habere quomodo illam sententiam tueatur, pulcritudinem contineri vult in utilitate, quandoquidem id, quod aliquem usum habeat afferatque utilitatem, vulgo pro pulcro haberi soleat **). Utile autem illud dicit esse, cui insit vis aliquid efficiendi; hac enim quidquid careat, id esse prorsus inutile. Quoniam autem homines ista vi efficiendi, qua polleant, saepenumero ad mala abutantur, apparere arbitratur ita demum eam pulcram fore, si ad bonum convertatur. Itaque illud demum dicit recte pro pulcro habitum iri, quod et utile sit, et boni quid efficiat, eamque ob causam etiam sapientiam,

*) P. 293. D. — 294. E.

**) P. 295. A. — E.

leges, instituta, in rebus pulcris numerari *). Sed ne hanc quidem sententiam veram esse stupenti sophistae hac fere argumentatione demonstrat. Ex iis, quae disputavimus, inquit, sponte consequitur utile boni causam esse ac veluti fontem. Itaque utile atque pulcrum si est unum idemque, pulcrum necesse est boni causa habeatur. Causam autem atque effectum nemo negabit inter se differre. Ex quo perspicuum est nec pulcrum bono nec bonum pro pulcro haberi licere. In quo nemo est quin protenus sentiat diversitatis ludi vocabulo. Verum istud ipsum posteaquam Hippias rursus amplexus est, nihilominus ille tanquam certissimum tenendum arbitratur intimam esse boni atque pulcri necessitudinem. Quibus ita positis magnam sane fatetur esse hanc dubitationem, in quam nunc inciderint, quandoquidem quum arctissimam esse sentiant pulcri et boni coniunctionem, tamen alterum ab altero diversum esse statuerint **).

Etiam in his Platonem putamus eam, quam Socrates proposuit, sententiam non serio impugnavisse, sed callida argumentatione lusisse, quo simul animos legentium ad accuratiorem veri pervestigationem excitaret. Nam Socratem certe novimus pulcrum voluisse utili contineri: id quod Xenophon Memor. III. 8. §. 4. sqq. et IV. 6. 9. liquido testatur. Iam vero eidem bonum quoque visum est ad utilitatem esse referendum, de qua re idem Xenophon exponit Mem. III., 8., 2 — 8. IV., 6. 8. 9. Ex quo apparet, cur ille necessario etiam inter pulcrum atque bonum maximam intercedere necessitudinem statuere coactus fuerit. Quocirca plane Socratica sententia est, quam Plato hic Socratem fecit primum explicantem, deinde argutis conclusiunculis redarguentem. Nec veridissimile putamus ipsum Platonem, quo tempore haec scripsit, eandem comprobavisse. Nam in Gorgia quidem, quem librum certum est non ita multo post Socratis mortem literis esse consignatum, p. 474. A. sqq. haud cunctanter affirmavit quaecunque pulcra sint, ea pro pulcris haberi vel propter

---

*) P. 296. A. — D.

**) P. 296. E. — 297. E.

voluptatem, quam afferant, vel propter utilitatem, vel propter utrumque; boni autem atque pulcri summam esse intimamque necessitudinem etiam Lysid. p. 216. C. sq. Alcibiad. I. p. 115. sq. docuit, quam sententiam postea subtilius persecutus est Phileb. p. 64. sq. *).

Nec profecto quisquam recte negaverit, utile atque bonum pulcri tamquam esse materiam, sine qua ipsum consistere haudquaquam possit. Est enim pulcritudo secundum Platonem nihil aliud nisi externa boni atque utilis species atque forma, qua illud sese tamquam conspiciendum praebet. Quam sententiam philosophus posteriore aetate ita exornavit, ut eam totam ad ideas retulerit atque pulcritudinem voluerit ideae boni atque veri tamquam formam quandam etiam in rebus adspectabilibus ducentem, quae sese sensui pariter atque intellectui cum voluptate spectandam exhibeat. At nimirum in Hippia etsi rem nondum eo provexit, ut cogitaverit de ideis, tamen illud certe ob oculos habuit, quod erat pervulgatum Socraticis, τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν arctissime esse coniunctum, siquidem alterum pulcritudinis materiam, alterum formam ac speciem complecteretur. Itaque hic quoque apertum esse putamus Platonem primum quidem significasse, quid esset de pulcri vi et natura existimandum; deinde autem hanc sententiam urbano lusu acutis conclusiunculis labefactasse, quae quum ad ridendam sophistae iactantiam tum ad cogitationem legentium excitandam comparatae essent. Sed pergimus ad proxima.

Denuo igitur in summam dubitationem coniectus Hippias, ne iam diutius desipere videatur, spatium deliberandi postulat, quo sibi concesso gloriatur omnia se ita enucleaturum, nihil ut difficultatis amplius remaneat. Verum Socrates ne nunc quidem superbum homuncionem dimittens ei continuo aliam proponit pulcri definitionem, quae tanto magis eum

---

*) Platonis sententiam, qua statuit ipsum pulcrum nihil aliud quam bonum ipsum esse, teste Clemente Alexandr. Strom. V. p. 705. ed Pott. peculiari scriptione illustraverat Antipater. conf. etiam Symp. p. 201. D. Tim. p. 87. C. Legg. IX. p. 859. D.

poterat allicere et paene placare, quod sophistae omnia ad sensum voluptatemque referebant. Arbitratur enim pulcrum nihil aliud esse nisi iucundum, quod visu audituque percipiatur. Quippe pulcra simulacra, toreumata, tabulas, adeoque pulcros sonorum concentus, pulcras orationes, pulcra carmina his solis sensibus ait percipi atque sentiri. Sed vix ea de re tulit Hippiae assensum, quum hanc quoque definitionem reprehendere instituit tanquam nimis angustam. Monet enim etiam pulcra consilia, pulcra studia, pulcra instituta reperiri, quae dubium sit, an sub visum auditumve cadere iudicari debeant. Praeterea contendit etiam multa alia iucunda esse, quae minime percipiantur visu audituve, sed aliis sensibus propria sint. Si igitur pulcrum dicatur in iucundo contineri, haudquaquam apparere, cur tandem illud ad unum visum et auditum referatur, quum etiam ceteri sensus suas habeant iucunditates. Quamquam huic ipsi sententiae monet utique esse quod non mediocriter officiat. Etenim neminem fore arbitratur, qui edere, olfacere, venerea voluptate frui, pulcrum malit dicere quam iucundum. Iam si pulcrum, inquit, iucundo visu et auditu contineri statuamus, ceterorum sensuum iucunditates pulcritudinis communione exclusae erunt. Sed quum iucundum a iucundo natura sua non possit esse diversum, illud, quod visu et auditu comprehenditur, non propter iucunditatem pulcrum efficere iudicandum erit, sed propter aliam quamcunque causam. Praeterea quoniam res sub visum et auditum subiectae inter se differunt, nec id, quod oculis cernitur, simul auribus quoque percipitur, necesse est commune quiddam reperiatur, propter quod rebus visu et auditu percipiendis pulcritudo attribuenda videatur. Hoc autem in iucunditate nullo pacto inesse potest: quae si pulcritudinem efficeret, etiam ceterorum sensuum iucunditates eandem essent habiturae. Relinquitur ergo, ut dicendum sit iucundum, quod oculis et auribus percipitur, ideo esse pulcrum, quia quae his sensibus afferuntur iucunditates atque voluptates minime noxiae atque longe utilissimae sint. Ex quo efficitur pulcrum contineri utili et innoxia voluptate *). Subtilis-

*) P. 297. E. — 303. D.

sima haec disputatio Hippiae rursus plane probatur. Quod ubi animadvertit Socrates, in ea nihil veri inesse protenus evincere conatur. Nam utile quoniam apparuerit esse boni causam, causa autem ab effectu differat plurimum; eandem iam dubitationem ait oboriri, in quam inciderint antea. Neque enim bono pulcrum contineri neque vicissim pulcro bonum, sed alterum ab altero esse diversum *).

Et cavillatio quidem haec, postremo memorata, quam nullam vim habeat, facile ex iis, quae paullo ante exposuimus, intelligitur. Quocirca ne hic quidem nulla extant verae Platonis sententiae vestigia. Quae qualis fuerit, non tantum e Gorgia p. 475. A. et Philebo p. 51. sqq. perspicitur, quo loco copiose de pulcri et voluptatis necessitudine disseritur, simulque etiam illud explicatur, cur visus et auditus pro sensibus divinioribus sint habendi, verum ex eo quoque apparet, quod philosophus etiam alibi pulcrum uno maxime visu percipi statuit, de qua re nobilissimus est locus Phaedri p. 250. D. sqq. ubi unam pulcritudinem docetur hoc sibi habere proprium, ut cernatur oculis atque visui sit subiecta. Nimirum dubitari omnino non potest, quin Plato in Hippia sic statuerit, ut pulcrum voluerit esse id, quod voluptatem eamque innoxiam nobis per auditum atque visum praebeat, sicuti p. 297. E. 299. B. et 303. E. significatur, quamquam eam rationem ipse per quoddam ludibrium rursus incertam reddidit atque controversam. Neque vero haec sententia per se spectata ullo modo est improbabilis aut parum gravis atque ponderosa. Nam aperitur sane per eam pulcritudinis tamquam externa vis atque natura, siquidem intelligimus esse illius vim et efficaciam hanc, ut per visum atque auditum suaviter afficiamur nullo admixto molestiae sensu atque omni procul habita turpitudine. In quo animadvertendum imprimis etiam illud est, quod philosophus unum auditum atque visum memoravit, olfactum, tactum atque gustum tamquam sensus viliores et obscuriores non memoravit. Nempe ea in re quid secutus sit, exempla, quae p. 298. A. afferuntur, satis aperte declarant, ex

*) P. 303. E.

quibus οἱ καλοὶ ἄνθρωποι καὶ τὰ ποικίλματα καὶ τα ζωγραφήματα καὶ τὰ πλάσματα ad visum, οἱ φθόγγοι autem οἱ καλοὶ καί ἡ μουσικὴ ξύμπασα καὶ οἱ λόγοι καὶ αἱ μυθολογίαὶ sive confabulationes ad audiendi sensum referuntur. Quippe sensit omnino philosophus animum nostrum rerum formam, qua una pulcritudo, ubi nos afficit, manifesta fit, non aliter capere solere nisi per eos sensus, qui claram habent atque distinctam rerum cognitionem; per gustum autem, tactum atque olfactum, quorum perceptio est obscurior illius minus fieri participem *). Verum satis de his. Tempus est reliquam libri partem paucis exponere.

Itaque postrema definitione rursus a Socrate labefactata, Hippias ubi sese iam sentit denuo laqueis dialecticis constrictum, continuo maiore quodam spiritu assumto rursus revertitur ad pristinam suam iactantiam et magniloquentiam. Ista quidem, inquit, quae tu in medium attulisti, hominis sunt minuti et angusti: sunt enim nonnisi frustula quaedam totius eruditionis; sed viri vere sapientis et eruditi est cuncta atque universa uno quasi mentis obtutu posse contueri. Quippe illud demum est pulcrum quiddam atque magnum, ut quis in iudicio, in senatu, denique in omnibus conventibus publicis ita possit dicere, ut audientibus quaecunque velit penitus persuadeat, qua una arte maxime tum nostram ipsorum tum amicorum salutem tueri valemus. Itaque tu, o Socrate, missis istis nugis futilibus tandem aliquando sapere aude et ad maiora haec atque augustiora enitere! Quibus auditis Socrates egregia cum urbanitate beatum praedicat tantae sapientiae et eruditionis virum. Sibi autem singulari quodam fato narrat accidere, ut istam suam tenens disserendi rationem sapientibus displiceat; sectans vero pulcrarum ornatarumque orationum laudem quum ab aliis, tum

*) Eandem sententiam etiam recentiores quidamphilosophi defenderunt, quorum agmen ducit Andreas Gallus Essai sur le beau T. I. p. 9. qui gustum, odoratum tactumque omnino seiunctos esse putat a nobili pulcri venustique cognitione. Ac fatemur nobismet ipsis quoque hanc sententiam unice probari.

ab homine illo, Hippiae ignoto, sibi autem coniunctissimo, maxime vituperetur et reprehendatur, qua reprehensione rursus effici, ut sibi turpe videatur, quid pulcrum sit ignorantem orationum pulcritudinem crepare semperque in ore habere. Denique profitetur se vel ex hoc colloquio cum Hippia instituto maxime intellexisse, quam vere dicatur in proverbio: *χαλεπὰ τὰ καλά.*

Ita sermo urbanissima sophistae irrisione absolvitur.

Verum haec quidem de argumento Hippiae sufficient. Quibus consideratis atque perpensis perspicuum fore speramus, quo iure supra statuerimus, summam dialogi denique eo redire, ut dum de pulcro in utramque partem disputetur et verae rationis passim quaedam prodantur indicia, eadem opera inanis Hippiae fastus castigetur, eiusque exemplo demonstretur, gloriosam variae ac multiplicis doctrinae ostentationem vanamque iactantiam tanto magis esse ineptam et ridiculam, quo longius a laude subtilioris scientiae, quae rerum notiones investiget ac pernoscere studeat, abesse soleat. Quocirca artificiosissime apparet duplicis argumenti tractationem arctius esse coniunctam, ut facile dubitaveris, utrum de duobus philosopho potius visum sit. At enim vero re diligentius considerata in hoc quoque dialogo, sicuti etiam in aliis, imprimis in Lyside atque Charmide, ita institutum esse iudicare debebimus, ut quae de pulcro sunt disputata, quoniam iis non tam certa quaedam definiuntur, quam dubia proponuntur, non primo sed secundo loco habenda sint, licet et ipsa ad scientiae et cognitionis fructum sint uberrima atque fecundissima. Verum de hac quidem re utcunque statuerimus, tamen illud quidem pro certo et explorato habemus, dialogum et ad doctrinam de pulcro spectare et ad reprimendum fastum bellorum sophistarum multiplici doctrina importune superbientium comparatum esse.

Atque his ita disputatis, quid de fide et auctoritate libri existimari oporteat, aliquanto certius, opinor, diiudicari poterit, quam alioquin fieri possit. Multum enim veremur ne Fr. Schleiermacherus Praef. ad Hipp. mai. II. P. 3. p. 399. sqq. — 405. sqq. ed. 2. et Frid. Astius De Vita et Script. Plat. p. 211. sqq. hunc dialo-

gum subditicium atque spurium iudicaverint, quippe qui neque ad philosophiae disciplinam ac rationem quidquam utilitatis habeat, et profectus videtur ab homine dialecticae imperito, qui artem Platonis in redarguendis aliorum opinionibus temere imitari conatus sit. Etenim argumentum libri, dummodo accurate perpensum fuerit, neutiquam adeo sterile aut inane iudicandum videtur, ut pro nihilo ducendum sit. Nec vero disserendi ratio sollertiae laude carere existimanda est, quae certe plane decet iuvenem philosophum more Socratico sophistas ita convincentem, ut protervo lusu etiam armis ipsorum contra opinatam eorum sapientiam utatur. Denique nec usquam in hoc libro Platonis ingenium recte desideraveris, etiamsi concedendum sit in ipso quoque, sicuti in ceteris id genus dialogis omnibus, iuvenile quiddam reperiri. Nec vero sententiae illi damnatoriae suffragati sunt qui nuper de Hippia dialogo copiosius disputaverunt Ios. Socherus De Scriptis Platon. p. 215. sqq. Car. Fr. Hermannus Histor. Philos. Platon. Vol. I. p. 487. sqq. et p. 618. sqq. Aug. Arnold Platons Werke einzeln erklärt u. in ihrem Zusammenhange dargestellt Part. I. Fas. 2. p. 266. sqq. Carl Steinhart in opere Platons Werke v. Hier. Müller u. C. Steinhart. Vol. I. p. 39. sqq. quorum omnium disputationes de Hippiae argumento, arte et consilio consuluisse non poenitebit. Ceterum ad auctoritatem atque fidem libri tuendam etiam illud non parum valet, quod quae Cicero De Orat. IV. 32. Quint. Inst. XII. 11, 21. Philostr. Vitt. Sophist. I. 11. Dio Chrysost. LXXI. p. 625. Themist. Orat. XXIX. p. 417. Suidas, alii, de Hippia memoriae prodiderunt, ea maximam partem uni Platoni debentur utpote ex cognomine dialogo philosophi repetita. Rationem disputationis in hoc libro agitatae habuit etiam Diog. Laert. III. 89.

CODICUM ELENCHUS.

Cois. *Γ*. Vat. *Θ*. Ven. *ΞΣΥ*. Paris. BCEF. Angel. v. Palat. 𝔟. Urb. 𝔩. Vat. r. Vindob. 1. 2. Flor. a. b. c. x. Ex his Angel. et Flor. x. plerumque consentiunt. Parisino E. etiam in hoc libro castigando Stephanus usus videtur.

Commentatus in hunc dialogum est Heindorfius Dialogg. Plat. Select. T. I. Berol. 1802. 8. ed. II. cur. a Buttmanno Ibid. 1827.

ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

c Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός, ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν 281
κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.

P. 281. Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός] Nominativi in eiusmodi locis pro vocativo positi ratio atque causa in eo cernitur, quod persona, quae compellatur, non subiective, ut ita dicam, sed obiective spectatur. Habet autem hic usus vel ibi locum, ubi vocativus revera praecessit, ut Protagor. p. 337. C: ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες, vel ita, ut e verbi sequentis persona idem casus intelligendus relinquatur. Quod quidem in hunc locum convenit, quem apparet ita explicandum esse: ὦ σύ, ὃς εἶ Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός. conf. ad Menex. in. et Symp. p. 172. A. — Καλὸς etsi vulgare fuit Atticae urbanitatis blandimentum, ut praeter Heindorfium ad h. l. docuerunt Boissonad. ad Philostrat. p. 306. Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. XVI. Dorvill. ad Chariton. p. 23., tamen fieri potest, ut simul ad Hippiae ornatum, de quo legas p. 291. A. Hipp. Min. p. 368. B., et vero etiam ad disputationem de pulcritudine deinde instituendam respiciatur. In qua ambiguitate nemo erit quin lusum quendam agnoscat haud sane inficetum aut inelegantem, quum ita Hippiae vanitas statim a principio sermonis arguatur. — ὡς διὰ χρόνου, quam longum post temporis intervallum, ut Arist. Vesp. 1251. 1471. Eurip. El. 504. al. Nam διὰ χρόνου est interiecto tempore, monente Hermanno ad Viger. p. 856. Eodem sensu Homer. Odyss. XVII, 112: χρόνιος ἐλθών. Soph. Phil. 1432: χρόνιος φανείς. Theocr. XIV, 1: ὡς χρόνιος. Ibid. XV, 1: Γοργὼ φίλα, ὡς χρόνῳ. — κατῆρας non est simpliciter venisti, sed potius devenisti. Ad eundem modum Protagor. p. 316. C: ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ κατιόντα εἰς πόλεις μεγάλας — χρὴ εὐλαβεῖσθαι. De usu verbi καταίρειν v. Hemsterh. ad Lucian. Iudic. Vocal. p. 83. Ruhnk. ad Tim. p. 152. — Pro εἰς τὰς Ἀθήνας Thom. Mag. p. 14. Gregor. Corinth. p. 165 sq. alii magis Attice dici arbitrantur Ἀθήναζε. In quo falli videntur, nisi forte id voluerunt pro magis Attico haberi, quod altero frequentius usurparetur. Ete-

III. Οὐ γὰρ σχολή, ὦ Σώκρατες. ἡ γὰρ Ἦλις ὅταν τι δέηται διαπράξασθαι πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ἐπὶ πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν αἱρουμένη πρεσβευτήν, ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώ-
B τατον εἶναι τῶν λόγων, οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέγωνται. πολλάκις μὲν οὖν καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα· πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. διὸ δή, ὃ σὺ ἐρωτᾷς, οὐ θαμίζω εἰς τούςδε τοὺς τόπους.

P. 281. B. *πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλ.*] *καὶ* ante *περὶ* om. Stephan. cum uno Paris. E., quo in hoc quoque libro recensendo usus est. Mox *τὴν* ante *Λακεδ.* om. *Ξ.* et scripsit unus Herm.

nim praepositio cum accusativo nominis iuncta suum sibi locum vindicat, ubi urbs cum maiore quadam vi et gravitate commemoratur. Etsi igitur *Ἀθήναζε* fatendum est frequentius reperiri, tamen alterum certe non minus Atticum habendum est. Cum toto hoc loco comparamus Xenoph. Memor. IV, 4, 5: *διὰ χρόνου γὰρ ἀφικόμενος ὁ Ἱππίας Ἀθήναζε παρεγένετο τῷ Σωκράτει*, unde suspicari licet hunc Platonis sermonem eodem fere tempore habitum fingi, quo colloquium Socratis cum Hippia apud Xenophontem institutum esse narratur.

ἡ γὰρ Ἦλις] Hippiae patria.

B. *παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέγωνται*] Nusquam legas *ὁ ἕκαστος ἀνήρ*, *ἡ ἑκάστη πόλις*, *τὸ ἕκαστον βιβλίον*, ut frustra sint qui articulum narrant etiam ante *ἕκαστος* poni solere. Semper dicitur aut *ἕκαστος ὁ ἀνήρ*, aut *ὁ ἀνὴρ ἕκαστος*. Pronominis postpositi vis haec est, ut verbi notionem afficiat, quare hoc loco *ἑκάστων λέγωνται* non multum differt ab *ἑκάστοτε λέγωνται*. De Rep. I. p. 339. C: *πότερον δὲ ἀναμάρτητοί εἰσιν οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις*; Phaedr. p. 248. E: *εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων*. Cf. Rost. Gr. §. 98. p. 439. Animadvertas autem Sophistae magniloquentiam et arrogantiam, quam Plato per totum hunc sermonem facete risit ac perstrinxit.

πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλ.] h. e. saepissime, sicuti etiam *πολλὰ* positum legitur Eurip. Alcest. v. 189: *πολλὰ ἐπεστράφη*. Plat. Phaedon. p. 61. C: *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί*, ubi plura adscripsimus. Advertas praeterea sophisticam concinnitatem sermonis in his *πλεῖστα καὶ περὶ πλείστων*: quibus adiungitur *καὶ μεγίστων* i. e. et quidem de maximis. — *Θαμίζειν*, quod interprete Eustathio ad Odyss. p. 321. 2 ed. Rom. est *ἔργῳ τινὶ συχνάκις παρεῖναι*, hoc loco est ventitare, frequentare, ut Reipubl. I. p. 328. C. Iliad. XVIII. v. 386. et 425. al.

ἔτι πλείω ὠφελεῖν —] potes illis multo plus prodesse quam prosunt, i. e. quam pretio valent, ea, quae accipis; multo maioris pretii est utilitas, quam illis affers, quam pecunia ab illis impensa.

C. *ἱκανὸς εὐεργετεῖν*] Verbum hac in re proprium.

ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ἐστι τὸ τῇ ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. σὺ γὰρ καὶ ἰδίᾳ ἱκανὸς εἶ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις, καὶ αὖ δημοσίᾳ τὴν σαυτοῦ πόλιν ἱκανὸς εὐεργετεῖν, ὥςπερ χρὴ τὸν μέλλοντα μὴ καταφρονήσεσθαι, ἀλλ' εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀτάρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος C

ὃ σὺ ἐρωτᾷς] Steph. cum Par. E. ὃ καὶ σὺ ἐρ. Angel. omisso ὃ exhibet καὶ σύ. Flor. x. ἢ καὶ σὺ ἐρ.

Nam εὐεργέτης erat titulus honoris, qui iis tribuebatur, qui bene de patria meriti essent. Inde εὐεργέτην ἀναγράφεσθαι, formula solemnis. v. Dorvill. ad Chariton. p. 317. ed. Lips. et Meier De proxenia Athenienss. p. 10. et p. 15.

ἐν τοῖς πολλοῖς] callide hoc addit vulgi contemtor. Heindorf.

Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος] Appositio more loquendi non ita raro pronomini relativo accommodata, ut Reip. III. p. 402. C. VII. p. 533. C. Apolog. p. 41. A. Phaedon. p. 66. E. ubi v. ann. Deinde οἱ ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν num cum Heindorfio de uno Thalete intelligendum sit, propterea vehementer dubitamus, quod quae exempla ad hunc loquendi usum demonstrandum afferuntur, ea omnia e posterioris aetatis scriptoribus petita sunt: nam quae e Thucydide, Platone, Xenophonte, aliis allata videmus, ea aliam requirunt interpretationem atque viris doctis placuit. Et hoc quidem loco quid tandem causae esse dicamus, cur scriptor a simplici nomine transierit ad istius formulae usum? nisi forte temere ineptam sermonis varietatem sectatus est. Sed ne longi simus, Pittacum et Biantem simpliciter nomine proprio appellat, quia hi nullius exstiterunt disciplinae aut familiae principes; Thaletem autem illo modo designat, ut simul de iis cogitetur, qui eius rationem et doctrinam sequuti sunt, hoc est de philosophis Ionicis. In eandem sententiam etiam A. Matthiae Gr. ampl. §. 583. p. 1160. disputavisse video. — Post ὅτι propter longiorem orationis intercapedinem ante ἢ πάντες denuo infertur ὡς, quem usum loquendi praeter Heindorfium ad h. l. illustrarunt intpp. ad Xenoph. Cyrop. V, 3, 29. — Denique de re ipsa ne quis in errorem inducatur, prudenter Heindorf. monuit haec neutiquam ex re et veritate a Socrate ita dici, quandoquidem omnes ii, qui ab eo memorantur, vel maxime propter rerum civilium scientiam et administrationem sapientes et habiti et vocati sunt, sed comparata esse potius ad provocandam hominis vanissimi ambitionem et arrogantiam, qui omnia, quamvis falsissima, cupide arripit et in suam ipsius laudem interpretatur.

καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν καὶ ἔτι τῶν ὕστερον μέχρι Ἀναξαγόρου, ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων;

ΙΠ. Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γε ἢ ἀδύ-
D *νατοι ἦσαν καὶ οὐχ ἱκανοὶ ἐξικνεῖσθαι φρονήσει ἐπ' ἀμφότερα, τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια;*

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πρὸς Διός, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασι καὶ εἰσὶ παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ παλαιοὶ φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην ἐπιδεδωκέναι φῶμεν καὶ εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν φαύλους πρὸς ὑμᾶς;

ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ Βίας ἀνα-

C. *μέχρι Ἀναξαγόρου*] V. *μέχρις*, quod pauci libri hoc loco tuentur. Non dubitandum, quin Plato ubique *μέχρι* scripserit.

D. *τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τ.*] Istud *τὴν* ante *τῶν* illatum Bekkerus cum Ven. Ξ. et pr. Ξ. delevit. Sed vide quae infra notavimus.

P. 282. *εἴωθα μέντοι ἔγωγε*] Post *μέντοι* quod vulgo

Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες; ἄλλο γε —] Postquam praecesserunt haec: *τί ποτε τὸ αἴτιον*, non absurde exspectes, *ἢ ὅτι ἀδύνατοι*. Sed nulla opus mutatione. Euthyd. p. 287. E: *τί οὖν ἄρτι ἤρου ὅ τί μοι νοοῖ τὸ ῥῆμα; Τί ἄλλο γε, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν*, ubi v. Heindorf. Aristoph. Eccles. 395: *ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμ' ἦν, ὅτι τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου οὕτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη;* Chr. *τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι περὶ σωτηρίας γνώμας καθεῖναι τῆς πόλεως;* Ibid. 769. al.

D. *τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην*] h. e. *τὴν ὑμετέραν, ἥ ἐστι τῶν σοφιστῶν, τέχνην*, cuius generis exempla attuli ad Remp. IX. p. 590. A. Mox *Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις* recte censuit Heindorf. non esse interpunctione divellendum. Gorg. p. 450. D: *πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις*. Phaedon. p. 82. A: *πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις*. Menon. p. 76. C: *πάνυ μὲν οὖν χάρισαι*. Phileb. p. 41. A: *πάνυ μὲν οὖν τοὐναντίον, ὦ Σ., εἴρηκας*. Legg. I. p. 643. A: *πάνυ μὲν οὖν δρῶμεν ταῦτα*. Et sic centenis locis apud Platonem.

P. 282. *γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς*] ad vos comparatus. — *τοὔνομ' ἔσχε*, gloriam illam suam adeptus est. Ex quo intelligitur, quae sit articuli vis et significatio. Sic *ἐν ὀνόματι εἶναι* et *ὄνομα ποιεῖν*, gloriam comparare, dicitur. Mox nolim equidem corrigere *πρότερόν τε καὶ μᾶλλον*, quum *προτέρους* vel subsequente *μᾶλλον* satis commode dicatur.

βιώη, γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς, ὥςπερ καὶ τὸν 282
Δαίδαλόν φασιν οἱ ἀνδριαντοποιοί, νῦν εἰ γενόμενος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο, οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι.

ΙΠ. Ἔστι μὲν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὕτως, ὡς σὺ λέγεις· εἴωθα μέντοι ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν, εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων.

ΣΩ. Καλῶς γε σύ, ὦ Ἱππία, νομίζων τε καὶ B
διανοούμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς. συμμαρτυρῆσαι δέ σοι ἔχω, ὅτι ἀληθῆ λέγεις, καὶ τῷ ὄντι ὑμῶν ἐπιδέδωκεν ἡ τέχνη πρὸς τὸ καὶ τὰ δημόσια πράττειν δύνασθαι μετὰ τῶν ἰδίων. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος

intrusum erat γε, cum Ven. ΣΥ. Vat. r. Angel. Vind. 2. Flor. x. delevimus praeeunte Bekkero.

B. νομίζων τε καὶ διαν.] Vat. Θ. r. Par. BCE. Ang. Flor. a. b. c. x. Vind. 1. Pal. Urb. ὀνομάζων τε, quae lectio inde orta, quod utriusque verbi discrimen non perspectum est. Dein vulgo: ὡς ἔμοιγε δοκεῖς, quod e Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. et reliquis praeter Ven. Ξ. omnibus mutatum est.

B. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λ.] In his οὗτος est clarus ille, ut mox sect. C. ubi v. ann. Gorgiae legatio quum teste Diodoro Sic. XII, 58. archonte Euclide facta sit, incidit in Olymp. LXXXVIII, 2. = 427. a. Chr. n., quo tempore sophista annos habuit fere sexaginta, siquidem Clintoni Chronolog. p. 69. ed. Krüg. fides habenda est. De honore ipsi Athenis habito nonnulla exposuimus ad Gorg. p. 447. A. Illud τὲ ante γὰρ οὗτος nihil habet in sequentibus quod ei respondeat. Quippe sermonis tenore paullulum immutato scriptor deinde pergit: εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος κ. τ. λ., quum accuratius sic esset dicendum: καὶ δὴ καὶ ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος κ. τ. λ. Sed nimirum pro καὶ deinde εἰ δὲ βούλει infertur, propterea quod haec formula haud raro inservit transitionibus, ut propemodum idem sit quod porro, iam vero, veluti infra p. 295. D. Protag. p. 320. A. Phaedr. p. 230. B. Sympos. p. 220. D. Nec vero rarum est illud τέ, cui deinde subiungitur aliquid, quod non tam ad grammaticam rationem, quam ad sensum eo referatur. Phaedon. p. 63. C: νῦν δὲ εὖ ἴστε, ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, ubi sequi debebat καὶ δὴ καὶ παρὰ θεούς κ. τ. λ. De Rep. VII. p. 522. B. VIII. p. 568. E. Phaedr. p. 265. D., ubi post εἰς μίαν τε ἰδέαν — ἄγειν dein dicitur τὸ δὲ ἕτερον γένος κ. τ. λ.

σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἱκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα
C πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως· εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τὰ τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω λέγων τ' ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ τοῖς νέοις συνὼν χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις
D ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σοφίας· οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκάτερος

D. πλέον ἀργύριον] V. ἀργυρίου, quod e Flor. x. Angel. et pr. Σ. correctum.

ἀφ' ἧστινος τέχνης] βούλει post ἧστινος interponit Angel.

χρήματα πολλὰ εἰργάσατο] Exigebat enim, sicuti Protagoras, centenas minas a quoque discipulo (2500 Thaleros); v. Diodor. Sic. XII. 53. Suid. s. v.

C. ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος] Etiam Charm. p. 163. D. Protagor. p. 341. A. Cratyl. p. 384. C. Menon. p. 96. D. Socrates Prodicum ut familiarem atque adeo magistrum suum memorat. — οὗτος, ut paullo ante in verbis Γοργίας οὗτος, indicat notum aliquem, de quo loquendi genere conf. Menon. p. 76. A. p. 80. A. Phaedon. p. 69. C. ibique ann. Zeunius ad Xenoph. Anab. I, 5, 8. Prorsus eodem modo hic ab Latinis scriptoribus frequentari docuit Bentleius ad Terent. Adelph. V, 8, 23.

D. οὕτως εὐήθεις —] Vocc. εὐήθης, ἡδύς, χρηστός, primum per ironiam, tum etiam sine irrisione de homine fatuo, inepto, stolido usurpata illustrat Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 131 sqq.

τούτων δ' ἑκάτερος —] De mercede veterum sophistarum nota sunt quae commentatus est Fr. A. Wolfius Miscell. Litt. p. 42 sqq. Idem argumentum breviter perstrinxit Boeckh. Oecon. Athen. T. I. p. 170 sqq. conf. Welcker. Mus. Philol. Rhen. a. 1832. P. I. p. 22 sqq. imprimis p. 26 sq. Protagoras autem quod hoc loco dicitur ἔτι πρότερος τούτων arte sophistica quaestum factitasse, cave exinde colligas fuisse eum item aetate Gorgia maiorem. Quippe primus fuit, qui a discipulis institutionis mercedem exigeret, de qua re v. Diog. L. IX, 52. ibique Menag. Quantum vero lucri professoria eius lingua fecerit, praeter Aristot. Eth. ad Nicom. X, 1. Gell. N. A. V, 3. inprimis docet locus Menon. p. 91. D.

πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασται ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἧςτινος τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας.

III. Οὐδὲν γάρ, ὦ Σώκρατες, οἶσθα τῶν καλῶν περὶ τοῦτο. εἰ γὰρ εἰδείης, ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγώ, θαυμάσαις ἄν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος καὶ πρεσβυτέρου ὄντος E καὶ πολὺ νεώτερος ὢν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην, καὶ ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ, Ἰνυκοῦ, πλέον ἢ εἴκοσι μνᾶς. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα, ὥςτε ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας θαυμάζειν τε καὶ ἐκπεπλῆχθαι. καὶ σχεδόν τι οἶμαι ἐμὲ πλείω

E. καὶ πολὺ νεώτερος ὢν] καὶ om. Aug. Flor. x. probante Buttmanno et Turr.
σμικροῦ, Ἰνυκοῦ] Ἰννικοῦ Ven. ΣΥ. Vind. 2. et hic et infra.

καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ] Eandem transitionis formulam habes Symp. p. 139. C.

E. Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος —] Ex hoc loco discimus, quod nusquam alibi memoriae proditum est, Protagoram et Hippiam aliquando in Sicilia commoratos esse; nimirum ibi rhetoricae ac dialecticae studia illis temporibus maxime florebant. Ante πολὺ νεώτερος Buttmannus καὶ voluit duorum librorum auctoritate deleri. Sed quum reliqui codd. omnes illud tueantur, equidem vim augendi ei inesse censeo: obschon ich um gar vieles iünger war. Nam ita καὶ ante πολὺ usurpari constat, ut Menon. p. 99. C. De Rep. VI. p. 510. C. VIII. p. 562. C. Alia ex aliis scriptoribus collegit Elmslei. ad Eurip. Med. v. 871. Nec illud offendit magnopere, quod καὶ aliquoties est repetitum. In proximis πάνυ post ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ illatum est propterea, quoniam hoc cum vi et gravitate quadam pronuntiatur. Alia id genus exempla dedimus ad Phaedr. p. 256. E. et Menexen. p. 235. A.

Ἰνυκοῦ] Inycus, Siciliae oppidulum, in occidentali Siciliae plaga non procul a Lilybaeo situm; alias Ἴνυξ dicitur. v. Valck. ad Herod. VI, 23.

— φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα, protenus patri dedi. v. Hermann. ad Viger. p. 777 sq.

οἶμαι ἐμὲ πλείω χρ.] Quum alterum orationis membrum gravius enuntiatur, etiamsi eadem sit verbi praecedentis atque subiecti persona, tamen accusativus cum infinitivo ponitur, quoniam ea constructione efficitur, ut pars enuntiati aliunde suspensa non adeo a primario membro attracta videatur. Ex quo perspicuum fit, cur haec ratio maxime in oppositione locum habeat, de qua re v. ad

χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σύνδυο οὕστινας βούλει τῶν σοφιστῶν.

ΣΩ. *Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ μέγα τεκμή-*
283 *ριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων*
πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ προ-
τέρων [περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται] πολλὴ ἀμαθία κα-
τὰ τὸν σὸν λόγον. τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ
συμβῆναι ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν
χρημάτων καταμελῆσαι καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως
αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ περὶ ἄλλων
τῶν παλαιῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοῦτο μὲν οὖν μοι δο-
B *κεῖς καλὸν τεκμήριον ἀποφαίνειν περὶ σοφίας τῶν νῦν*

ἄλλους σύνδυο] Steph. *σὺν δύο*, praeter usum et librorum fidem.

P. 283. *ἀνόητα σοφίζεσθαι*] Par. F. *ἀνόνητα*. Sed vera

Sympos. p. 175. C. p. 220. E. p. 223. C. Dein *σύνδυο* est i e zwei zusammen, ut *σύντρεις*, *σύμπεντε*; quod cur coniunctim scribendum fuerit, disces e Matth. Gr. §. 141.

P. 283. *τῶν γὰρ προτέρων περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται π.*] Sic libri mss. omnes. Nec tamen sincera loci lectio est. Recte enim Sydenhamus et Heindorfius in isto *Ἀναξαγόρου* haeserunt, quod dubitari non potest quin verissime pro glossemate habeatur. Sed haec medicina magnopere vereor ne ulceri sanando non sufficiat. Nec animum explet ratio Bekkeri, praeter nomen proprium etiam *περὶ* omittentis. Nimirum ne *λέγεται* quidem molestia vacat, quum deinceps adiiciatur *κατὰ τὸν σὸν λόγον*. Itaque ego totum hoc *περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται* glossema esse puto, quod quam facile e nota margini adscripta oriri potuerit, neminem praeteribit. De re Diog. Laërt. II, 6. *οὗτος καὶ εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ, ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις.* Valer. Max. VIII. 7. quum e diutina peregrinatione in patriam revertisset, possessionesque desertas vidisset, non essem, inquit, ego salvus, ni ista periissent. Similia veteres etiam de Democrito narrant. Praeterea in antecedentibus attendas traiectionem voculae *τε*. Nimirum plene dicendum fuit: *σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῆς τῶν νῦν ἀνθρώπων*. Menex. p. 245. E: *τῶν τε ἐν Κορίνθῳ χρησομένων δυσχωρίᾳ, καὶ ἐν Λεχαιῷ πρ.*, i. e. *καὶ τῶν ἐν Λ. πρ.* Xenoph. Sympos. 2, 21: *τήν τε τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παιδὸς ὄρχησιν.*

οὕτως αὐτὸν — σοφίζεσθαι] adeo stolide eum sapientiae studuisse. Infinitivus praesentis de re praeterito tempore durante ideoque tunc quasi praesente non infrequens. v. ad Sympos. p. 172. B. Gorg. p. 489. C. coll. Matth. Gr. §. 499. Facete autem ad *τὸν νοῦν* Anaxagorae alludit.

B. *αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι*] Comparant versiculum Euripidis: *μι-*

ἢ καὶ ἐκείνας ἀφαιρεῖσθε τοῦτο τοὔνομα καὶ ἀπο-
στερεῖτε τοῦ καλὰς εἶναι; Ὅτι, φήσομεν, καταγελῴη* 299
*ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅςτις οὔ, εἰ φαῖμεν μὴ ἡδὺ εἶναι
φαγεῖν, ἀλλὰ καλόν, καὶ ὄζειν ἡδὺ μὴ ἡδύ, ἀλλὰ κα-
λόν. τὰ δέ που περὶ τὰ ἀφροδίσια πάντες ἂν ἡμῖν
μάχοιντο ὡς ἥδιστον ὄν, δεῖ δὲ αὐτό, ἐάν τις καὶ
πράττῃ, οὕτω πράττειν, ὥςτε μηδένα ὁρᾶν, ὡς αἴσχι-
στον ὂν ὁρᾶσθαι. Ταῦτα ἡμῶν λεγόντων, ὦ Ἱππία,
Μανθάνω, ἂν ἴσως φαίη, καὶ ἐγώ, ὅτι πάλαι αἰσχύ-*

editt. Ceteri libri mss. *λέγεται.*

est, istud, quod eatenus est iucundum, quatenus pulcrum esse dicitis (i. e. *τὸ διὰ τῆς ἀκοῆς τε καὶ ὄψεως ἡδύ*, in quo pulcrum vultis contineri), ceterorum vero sensuum iucunditates, veluti ciborum, potus, rerum venerearum, denique reliqua id genus omnia pulcra esse negatis? Genitivos *σίτων καὶ ποτῶν κτλ.* recte vidit Heindorf. ex *αἰσθήσεις* aptos nexosque esse.

E. *μεγάλας πάνυ ἡδονὰς εἶναι*] *Πάνυ* ita postpositum attigimus ad p. 282. E.

οὐδὲν ἧττον ἢ καὶ ἐκείνας] *Καὶ* non magis hic molestum est quam in aliis comparationis formis, de quibus v. ad Apol. Socr. p. 22. D. Phaedon. p. 64. C. p. 76. E. Gorg. p. 457. E.

P. 299. *τὰ δέ που περὶ τὰ ἀφροδίσια —*] Cave *ἥδιστα ὄντα* et *αὐτὰ* scribendum putes. Nam quanquam exempla ad h. l. ab Heindorfio congesta disparis generis esse videantur; tamen habemus alia, quae omnem scrupulum eximant. Sympos. p. 192. C: *οὐδὲ γὰρ ἂν δόξειε τοῦτ' εἶναι ἡ τῶν ἀφροδισίων συνουσία, ὡς ἄρα τούτου ἕνεκα — χαίρει.* De Rep. I. p. 329. C: *πῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμεναίτατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον.* Sed huc accedit utique, quod *ὂν* more pervulgato praedicato accommodatum est; de quo usu v. ad p. 291. C. De verbo *πράττειν* v. ad Phaedrum p. 232. D.

ἂν ἴσως φαίη] V. ad Phaed. p. 87. A: *τί οὖν, ἂν φαίη ὁ λόγος.* Criton. p. 52. D: *Ἄλλο τι οὖν, ἂν φαῖεν.* Arist. Pac. 137: *Ἀλλ', ὦ μέλ', ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.* Demosth. Olynth. I. p. 14. R.: *τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις;* Talibus in locis parenthesis cum sententia primaria in unum coit.

νεσθε ταύτας τὰς ἡδονὰς φάναι καλὰς εἶναι, ὅτι οὐ
B δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις. ἀλλ' ἐγὼ οὐ τοῦτο ἠρώτων, ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς καλὸν εἶναι, ἀλλ' ὅ τι ἔστιν. Ἐροῦμεν δή, οἶμαι, ὅπερ ὑπεθέμεθα, ὅτι Τοῦθ' ἡμεῖς γέ φαμεν τὸ μέρος τοῦ ἡδέος, τὸ ἐπὶ τῇ ὄψει τε καὶ ἀκοῇ γιγνόμενον, καλὸν εἶναι. ἀλλὰ ἔχεις τι χρῆσθαι τῷ λόγῳ; Ἢ τί καὶ ἄλλο ἐροῦμεν, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Ἀνάγκη πρός γε τὰ εἰρημένα, ὦ Σώκρατες, μὴ ἄλλ' ἄττα ἢ ταῦτα λέγειν.

ΣΩ. Καλῶς δὴ λέγετε, φήσει. οὐκοῦν εἴπερ τὸ
C δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλόν ἐστιν, ὃ μὴ τοῦτο τυγχάνει ὂν τῶν ἡδέων, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν καλὸν εἴη; Ὁμολογήσομεν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἦ οὖν τὸ δι' ὄψεως ἡδύ, φήσει, δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἐστιν ἡδύ, ἢ τὸ δι' ἀκοῆς ἡδὺ δι' ἀκοῆς καὶ ὄψεώς ἐστιν ἡδύ; Οὐδαμῶς, φήσομεν, τὸ διὰ

P. 299. B. Ἢ τί καὶ ἄ.] Vulgo cum Ξ. ἤ τι καὶ ἄλλο.
C. δι' ἀμφοτέρων εἴη ἄν] Sic Coisl. Vat. Θ. Par. BCEF. Flor. a. b. c. x. Vind. 1. ut Heind. coniecerat. Legebatur δι' ἀμφοτέρων εἶναι.

B. ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς] h. e. imperitae multitudini, philosophiae experti, quod modo dicebatur τοῖς ἀνθρώποις.

ἔχεις τι χρῆσθαι τῷ λόγῳ] Kannst du etwas mit der Rede anfangen? i. e. habesne aliquid quod ei respondeas et opponas? Eodem modo Phaedon. p. 95. B: πάνυ ἐθαύμαζον, εἴ τι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ.

C. ὃ μὴ τοῦτο τυγχάνει ὄν] Iunge: ὃ τῶν ἡδέων μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο, i. e. ἡδὺ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς. Itaque τοῦτο vim et naturam rei significat, neque in τοιοῦτο mutandum est, quod Heindorf. suadebat.

τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου ὂν τοῦτο δι' ἀμφοτέρων] Attendas τοῦτο post subiectum cum vi illatum.

D. ἡδὺ ἡδέος ὁτιοῦν ὁτουοῦν] h. e. ἡδὺ ὁτιοῦν ἡδέος ὁτουοῦν διαφέρει. Sed ita solent eiusdem stirpis vocabula a Graecis per annominationem consociari. Tim. p. 30. A: ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον. Ibid. 33. A: ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων καὶ τελέων τέλεον ξυνέστησεν. Menex. p. 247. E. Phaed. p. 71. C: αἱ γενέσεις εἰσὶν αὐτοῖν μεταξὺ δύο δυοῖν ὄντοιν. Alia dabunt Lobeck. ad Aiac. 865. Elmsl. ad Med. 787. Krüger. ad Xenoph. Anab. I. 9, 2. Huius consuetudinis gratia saepe verborum traiectiones admittuntur, de quo loquendi genere iam Eustathius monuit ad Iliad.

τοῦ ἑτέρου ὂν τοῦτο δι' ἀμφοτέρων εἴη ἄν· τοῦτο γὰρ δοκεῖς ἡμῖν λέγειν. ἀλλ' ἡμεῖς ἐλέγομεν, ὅτι καὶ ἑκάτερον τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν ἡδέων καλὸν εἴη, καὶ ἀμφότερα. Οὐχ οὕτως ἀποκρινούμεθα;

ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν. D

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, φήσει, ἡδὺ ἡδέος ὁτιοῦν ὁτουοῦν διαφέρει τούτῳ τῷ ἡδὺ εἶναι; μὴ γὰρ εἰ μείζων τις ἡδονὴ ἢ ἐλάττων ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστιν, ἀλλ' εἴ τις αὐτῷ τούτῳ διαφέρει, τῷ ἡ μὲν ἡδονὴ εἶναι, ἡ δὲ μὴ ἡδονή, τῶν ἡδονῶν. Οὐχ ἡμῖν γε δοκεῖ. Οὐ γάρ;

ΙΠ. Οὐ γὰρ οὖν δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν, φήσει, δι' ἄλλο τι ἢ ὅτι ἡδοναί εἰσι προείλεσθε ταύτας τὰς ἡδονὰς ἐκ τῶν ἄλλων ἡδονῶν, τοιοῦτόν τι ὁρῶντες ἐπ' ἀμφοῖν, ὅτι ἔχουσί τι διάφορον τῶν ἄλλων, εἰς ὃ ἀποβλέποντες καλάς φατε αὐτὰς εἶναι. οὐ γάρ πω διὰ τοῦτο καλή ἐστιν E

οὕτως ἀποκρινούμεθα] Sic Flor. x. Angel. pro vulg. ἀποκρινώμεθα.

E. οὐ γάρ πω διὰ τοῦτο] που corr. Hirschig.

Θ, 115. p. 702 extr. = p. 195. ed. Lips. et λ. v. 827. p. 886. fin. = p. 89. ed. Lips. Plat. Phileb. p. 60. C: χωρὶς ἑκάτερον ἑκατέρου θέντες. Homer. Odyss. ε, 154: ἰαύεσκον παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ. Atque sic pro αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ et ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ saepius reperias ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, ἐπ' ἄλλος ἄλλῳ. Aeschyl. Prom. v. 284: πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον. i. e. ἄλλοτε πρὸς ἄλλον. Eurip. Heracl. v. 611: παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα Μοῖρα διώκει.

μὴ γὰρ εἰ μείζων —] Recte comparavit Heindorf. pervulgatum illud μὴ ὅτι. Quemadmodum enim ad μὴ ὅτι et μὴ ὅπως intelligendum est ὑπολάβῃ τις aut tale quippiam, ita hoc loco post μὴ γὰρ facile animo addideris ὑπολάβῃς ἐμὲ ἐρωτᾶν, ut haec sit verborum sententia: ne putes me hoc quaerere et scitari, num qua voluptas maior minorve sit. Dein μᾶλλον ἢ ἧττον est: im höhern oder geringern Maasse. Phileb. p. 41. C: τίς μᾶλλον καὶ τίς σφοδροτέρα λύπη, ubi v. ann. Protagor. p. 356. A: γιγνόμενα — πλείω καὶ ἐλάττω καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον. Thucyd. III, 82: μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα εἶναι.

οὐχ ἡμῖν γε δοκεῖ] Recte Ficinus: Nobis quidem non videri dicemus. Nam intelligendum relinquitur φήσομεν.

τοιοῦτόν τι ὁρῶντες] Explicatur hoc τοιοῦτόν τι verbis sequentibus ὅτι ἔχουσί τι διάφορον τῶν ἄλλων.

ἡδονὴ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ὅτι δι' ὄψεώς ἐστιν. εἰ γὰρ τοῦτο αὐτῇ ἦν τὸ αἴτιον καλῇ εἶναι, οὐκ ἄν ποτε ἦν ἡ ἑτέρα, ἡ διὰ τῆς ἀκοῆς, καλή· οὔκουν ἔστι γε δι' ὄψεως ἡδονή. Ἀληθῆ λέγεις, φήσομεν;

ΙΠ. Φήσομεν γάρ.

300 ΣΩ. Οὐδέ γ' αὖ ἡ δι' ἀκοῆς ἡδονή, ὅτι δι'
ἀκοῆς ἐστί, διὰ ταῦτα τυγχάνει καλή. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὖ ἡ διὰ τῆς ὄψεως καλὴ ἦν· οὔκουν ἔστι γε δι' ἀκοῆς ἡδονή. Ἀληθῆ φήσομεν, ὦ Ἱππία, λέγειν τὸν ἄνδρα ταῦτα λέγοντα;

ΙΠ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότεραί γ' εἰσὶ καλαί, ὡς φατέ. Φαμὲν γάρ;

ΙΠ. Φαμέν.

ΣΩ. Ἔχουσιν ἄρα τι τὸ αὐτό, ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλὰς εἶναι, τὸ κοινὸν τοῦτο, ὃ καὶ ἀμφοτέραις
B αὐταῖς ἔπεστι κοινῇ καὶ ἑκατέρᾳ ἰδίᾳ. οὐ γὰρ ἄν που
ἄλλως ἀμφότεραί τε καλαὶ ἦσαν καὶ ἑκατέρα. Ἀποκρίνου ἐμοὶ ὡς ἐκείνῳ.

αὐτῇ ἦν] ἦν αὐτῇ ex Ven. Ξ. dedit Herm. Nos ceterorum codd. reveremur auctoritatem.

οὔκουν ἔστι γε δι' ὄψεως] V. ἔτι γε, ut paullo post. Emendatum est e Vind. 1. Flor. a. b. c. x. et aliis plurimis.

E. τὸ αἴτιον καλῇ εἶναι] Ne quis corrigat τοῦ καλῇ εἶναι. Phaedon. p. 97. A: αὕτη ἄρα αὐτοῖς αἰτία ἐγένετο δυοῖν γενέσθαι, ubi v. ann. Sympos. p. 207. B: τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι;

οὔκουν ἔστι γε — ἡδονή] Elegans Heindorfi coniectura, qui pro vulg. οὔκουν ἔτι γε ctr. legendum putabat: οὔκουν, ὅτι γε δι' ὄψεως, ἡδονή. Nunc vero codicum lectione restituta sententiam hanc esse liquet: ergo auditus voluptas non est certe voluptas, quae visu percipitur. Eodem modo p. 300. A. οὔκουν ἔστι γε δι' ἀκοῆς ἡδονή, ubi vulgo item erat οὔκουν ἔτι γε.

P. 300. Ἔχουσιν ἄρα τι τὸ αὐτό] h. e. aliquid commune. — ἄλλως, rebus aliter comparatis, εἰ ἄλλως εἶχεν.

B. τι τῶν ὄντων ὁτιοῦν] aliquid, quodcunque demum. Nam ὁτιοῦν post τι per appositionem illatum. — ἔπειτα, tamen.

τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων] Eadem verborum perplexio est Tim. p. 39. D: πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. Ibid. p. 50. B: περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. Legg. II. p. 657.

ΙΠ. Ἀποκρίνομαι, καὶ ἐμοὶ δοκεῖ ἔχειν ὡς λέγεις.

ΣΩ. Εἰ ἄρα τι αὗται αἱ ἡδοναὶ ἀμφότεραι πεπόνθασιν, ἑκατέρα δὲ μή, οὐκ ἂν τούτῳ γε τῷ παθήματι εἶεν καλαί.

ΙΠ. Καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο, ὦ Σώκρατες, μηδετέρας πεπονθυίας τι τῶν ὄντων ὁτιοῦν, ἔπειτα τοῦτο τὸ πάθος, ὃ μηδετέρα πέπονθεν, ἀμφοτέρας πεπονθέναι;

ΣΩ. Οὐ δοκεῖ σοι; C

ΙΠ. Πολλὴ γὰρ ἄν μ' ἔχοι ἀπειρία καὶ τῆς τούτων φύσεως καὶ τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων.

ΣΩ. Ἡδέως γε, ὦ Ἱππία. ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ ἴσως κινδυνεύω δοκεῖν μέν τι ὁρᾶν οὕτως ἔχον, ὡς σὺ φῄς ἀδύνατον εἶναι, ὁρῶ δ' οὐδέν.

ΙΠ. Οὐ κινδυνεύεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ πάνυ ἑτοίμως παρορᾷς.

ΣΩ. Καὶ μὴν πολλά γέ μοι προφαίνεται τοιαῦτα πρὸ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ἀπιστῶ αὐτοῖς, ὅτι σοὶ μὲν οὐ φαντάζεται, ἀνδρὶ πλεῖστον ἀργύριον εἰργασμένῳ D

P. 300. A. Ἀλλὰ μέντοι] Ven. Ἀλλὰ μὴν, ut scripsit Herm. et Hirschig.

B. ἔχειν ὡς λέγεις] Steph. cum Angel. λέγει. Male.

C. τοιαῦτα πρὸ τῆς ψυχῆς] Verba πρὸ τῆς ψυχῆς ut suspecta notavit Hirschig.

A: τὰ τὸν πολὺν σεσωσμένα χρόνον μέλη. Ibid. III. p. 700. A: τὴν τοῦ ἐλευθέρου λίαν ἐπίδοσιν βίου. Ibid. VII. p. 824. A: οὐδ' ἡ τῶν διαπαύματα πόνων ἔχουσα. Politic. p. 277. B: τὸ τῆς ἔμπροσθεν ἁμάρτημα διεξόδου.

C. Ἡδέως γε, ὦ Ἱππία] Int. λέγεις: suaviter loqueris. Alias dicitur ἡδὺς εἶ, suavis es, lepidus es, quam formulam recte observavit Ruhnk. ad Tim. p. 131. lenem quandam et urbanam habere vituperandi significationem. Hoc loco reprehensionis vis adeo exigua, ut paene delituerit: in quo magna inest elegantia.

ὡς σὺ φῄς ἀδύνατον εἶναι] Int. ἔχειν. Mox ad Οὐ κινδυνεύεις intell. οὐδὲν ὁρᾶν vel potius ex seqq. παρορᾶν. Sententia haec est: non periclitaris nihil cernere, sed aperte veram rationem negligis. Nam ἑτοίμως est manifesto, ut in promtu est, falliturque Heindorf. ἐτύμως corrigendum ratus. Nam ἕτοιμον est interdum id quod in promtu est, i. e. certum, apertum, manifestum. Inde ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν est pro certo sumere, et ἐν ἑτοίμῳ λέγειν

τῶν νῦν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐμοὶ δέ, ὃς οὐδὲν πώποτε εἰργασάμην. καὶ ἐνθυμοῦμαι, ὦ ἑταῖρε, μὴ παίζῃς πρός με καὶ ἑκὼν ἐξαπατᾷς· οὕτω μοι σφόδρα καὶ πολλὰ καταφαίνεται.

ΙΠ. *Οὐδείς σου, ὦ Σώκρατες, κάλλιον εἴσεται, εἴτε παίζω εἴτε μή, ἐὰν ἐπιχειρήσῃς λέγειν τὰ προφαινόμενά σοι ταῦτα· φανήσει γὰρ οὐδὲν λέγων. οὐ γὰρ μήποτε εὕρῃς, ὃ μήτ' ἐγὼ πέπονθα μήτε σύ· τοῦτ' ἀμφοτέρους ἡμᾶς πεπονθότας.*

E ΣΩ. *Πῶς λέγεις, ὦ Ἱππία; ἴσως μέντοι τι λέγεις, ἐγὼ δ' οὐ μανθάνω. ἀλλά μου σαφέστερον ἄκουσον ὃ βούλομαι λέγειν. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται, ὃ μήτ' ἐγὼ πέπονθα εἶναι μήτ' εἰμὶ μηδ' αὖ σὺ εἶ, τοῦτ' ἀμφοτέρους πεπονθέναι ἡμᾶς οἷόν τ' εἶναι· ἕτερα δ' αὖ, ἃ ἀμφότεροι πεπόνθαμεν εἶναι, ταῦτ' οὐδέτερον εἶναι ἡμῶν.*

ΙΠ. *Τέρατα αὖ ἀποκρινομένῳ ἔοικας, ὦ Σώκρατες, ἔτι μείζω ἢ ὀλίγον πρότερον ἀπεκρίνω. σκόπει*

D. *πολλὰ καταφαίνεται*] *φαίνεται* Turr. ex Coisl. Vat. ΟΥ. BCE v. r. Oblitteratae sunt initiales syllabae vocabulo praecedenti.
E. *ἴσως μέντοι*] *μέν τι* ex Ven. Ξ. Herm. Sed recte libri ceteri. Ironice enim Socrates: Fortasse tamen aliquid dicis, quum ego non intelligam.

pro certo dicere, ita dicere ut res manifesta et in promtu sit. Ex quo liquet, quid sit *ἑτοιμολογεῖν*, quod interdum male confusum est cum *ἐτυμολογεῖν*. v. Schaefer. ad Dionys. De Comp. Verb. p. 24. et Toup. Emend. in Suid. II. p. 582. sq.

D. *ἐνθυμοῦμαι — μὴ παίζῃς*] Reputandi verbo quia metus notio adiuncta est, recte *μὴ παίζῃς* subsequitur. v. ad Remp. X. p. 609. C. Xenoph. Cyr. I. I, 3: *ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν, μὴ οὔτε τῶν ἀδυνάτων οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ᾖ.* Pertinet huc etiam Soph. Oed. Tyr. 740: *δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ.* De praecedentibus, *ὃς οὐδὲν πώποτε εἰργασάμην*, conferas Apol. p. 19, D. Euthyphr. p. 3. D. Xenoph. Mem. I. 2, 60. 6, 3. II. Conv. I. 5. Apol. 16., ubi item legimus Socratem nunquam a discipulis suis exegisse institutionis mercedem.

E. *ἕτερα δ' αὖ, ἃ ἀμφότεροι — ἡμῶν*] Eandem sententiam bis habes expressam, affirmando et negando; quod egregie comparatum est ad sophistam maiore etiam stupore replendum; unde hic continuo respondet: *Τέρατα αὖ ἀποκρινομένῳ ἔοικας.* Itaque huius *ταυτολογίας* causam et rationem videmus satis idoneam, neque assentior Sydenhamo, Heindorfio, Schleiermachero,

*γάρ, πότερον, εἰ ἀμφότεροι δίκαιοί ἐσμεν, οὐ καὶ
ἑκάτερος ἡμῶν εἴη ἄν, ἢ εἰ ἄδικος ἑκάτερος, οὐ καὶ* 301
*ἀμφότεροι αὖ, ἢ εἰ ὑγιαίνοντες, οὐ καὶ ἑκάτερος; ἢ
εἰ κεκμηκώς τι ἢ τετρωμένος ἢ πεπληγμένος ἢ ἄλλ'
ὁτιοῦν πεπονθὼς ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐ καὶ ἀμφό-
τεροι αὖ ἂν τοῦτο πεπόνθοιμεν; ἔτι τοίνυν εἰ χρυσοῖ
ἢ ἀργυροῖ ἢ ἐλεφάντινοι, εἰ δὲ βούλει, γενναῖοι ἢ
σοφοὶ ἢ τίμιοι ἢ γέροντές γε ἢ νέοι ἢ ἄλλο ὅ τι βού-
λει τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀμφότεροι τύχοιμεν ὄντες, ἆρ'
οὐ μεγάλη ἀνάγκη καὶ ἑκάτερον ἡμῶν τοῦτ' εἶναι;*

ΣΩ. Πάντως γε δήπου. B

*ΙΠ. Ἀλλὰ γὰρ δὴ σύ, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ὅλα
τῶν πραγμάτων οὐ σκοπεῖς, οὐδ' ἐκεῖνοι, οἷς σὺ εἴωθας
διαλέγεσθαι, κρούετε δὲ ἀπολαμβάνοντες τὸ καλὸν καὶ
ἕκαστον τῶν ὄντων ἐν τοῖς λόγοις κατατέμνοντες. διὰ
ταῦτα οὕτω μεγάλα ὑμᾶς λανθάνει καὶ διανεκῆ σώ-
ματα τῆς οὐσίας πεφυκότα. καὶ νῦν τοσοῦτόν σε λέ-
ληθεν, ὥστε οἴει εἶναί τι ἢ πάθος ἢ οὐσίαν, ἢ περὶ*

P. 301. A. *οὐ καὶ ἀμφότεροι αὖ*] *αὖ* om. ΓΘBCEFυδfr. Abiecerunt Turr. Sed Herm. *αὖ* ante *ἂν τοῦτο πεπ.* cum Ven. Ξ. sustulit.

εἰ χρυσοῖ ἢ ἀργυροῖ] Vett. editt. *χρυσοῖ ἂν ἢ ἀργ.*, quod e plurimis libris correctum.

B. *διανεκῆ σώματα*] Sic Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. corrigentibus: *ἕτερα δ' αὖ, ἃ μὴ ἀμφότεροι — ταῦτα ἑκάτερον εἶναι ἡμῶν.* De verbis *ἔοικας ἀποκρινομένῳ* v. ann. ad Reip. VII. p. 527. D.

P. 301. *ἢ γέροντές γε*] Exempla vocabuli *γε* ut p. 395. D. et hic in plurium rerum enumeratione positi ad h. l. collegit Heindorf. Alia suppeditabunt Ernesti. ad Xenoph. Mem. I. 2, 27. A. Zeunius ad Cyrop. p. 184. Ponitur autem ita, sicubi vel vocabulum diversae notionis superioribus cum vi adiicitur vel aliquid prae ceteris notatur graviterque effertur, ut Xenoph. Hieron. II. I.

B. *κρούετε δὲ ἀπολαμβάνοντες*] Non intelligo Heindorfium *κρούειν* dicentem eodem modo hic adhibitum esse, quo Plato Menon. p. 79. A. dixerit *καταγνύναι* et *κερματίζειν τὴν ἀρετήν*. Nam *κρούειν* nil aliud est nisi explorare, quo sensu ponitur metaphora plenius expressa Theaet. p. 179. D: *σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται.* Phileb. p. 55. D: *μὴ τοίνυν ἡδονῆς μὲν πάντως ἐξέτασιν πᾶσαν ἐπιχειρῶμεν ποιήσασθαι, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης οἷον φειδόμενοι σφόδρα φανῶμεν· γενναίως δέ, εἴ πῄ τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν.* conf. Suidas s. v. *κροῦσις*. intpp. ad Hesych. II. p. 336,

καὶ διανεκῆ σώματα] Quod

μὲν ἀμφότερα ταῦτα ἔστιν ἅμα, περὶ δὲ ἑκάτερον
C οὔ, ἢ αὖ περὶ μὲν ἑκάτερον, περὶ δὲ ἀμφότερα οὔ· οὕτως ἀλογίστως καὶ ἀσκέπτως καὶ εὐήθως καὶ ἀδιανοήτως διάκεισθε.

ΣΩ. Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται. ἀλλὰ σὺ ἡμᾶς ὀνίνῃς ἀεὶ νουθετῶν· ἐπεὶ καὶ νῦν, πρὶν ὑπὸ σοῦ ταῦτα νουθετηθῆναι, ὡς εὐήθως διεκείμεθα, ἔτι σοι μᾶλλον ἐγὼ
D ἐπιδείξω, εἰπὼν ἃ διανοούμεθα περὶ αὐτῶν· ἢ μὴ εἴπω;

ΙΠ. Εἰδότι μὲν ἐρεῖς, ὦ Σώκρατες. οἶδα γὰρ ἑκάστους τῶν περὶ τοὺς λόγους ὡς διάκεινται· ὅμως δ' εἴ τί σοι ἥδιον, λέγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἥδιόν γε. ἡμεῖς γάρ, ὦ βέλτιστε, οὕτως ἀβέλτεροι ἦμεν, πρίν σε ταῦτ' εἰπεῖν, ὥςτε δό-

BC. Urb. Vat. v. Flor. a. c. Vind. 1. qui in marg. notatum habet: διὰ παντὸς οὕτως Διογενιανός. Atque διανεκεῖ ex hoc libro p. 301. E. laudat Moeris p. 301., ubi v. Pierson. cfr. etiam Blomfield. ad Aeschyl. Agam. v. 310. Vulgo διηνεκῆ.

C. ἃ διανοούμεθα] διενοούμεθα Turr. ex uno Ang. non opus.

hic legebatur διηνεκῆ, ea Ionica vocabuli forma est, quam habes Odyss. IV, 836. Infra p. 301. E. item legebatur διηνεκεῖ λόγῳ, quod affert Moeris p. 129., recte ille διανεκεῖ scribens. Apud Aeschylum Agamemn. 310. loco vulgati διηνεκῶς θέλοιμ' ἂν Blomfield. διανεκῶς reposuit. Ceterum διανεκῆ σώματα sunt continuae partes rerum naturae, grosse und zusammenhängende Massen vom Wesen der Dinge; nostrates dixerint: es fehlt euch die Totalanschauung von dem Wesen der Dinge.

ἀμφότερα ταῦτα] quae antea memorabantur; cogitandum de ἡδοναῖς διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως, a quibus tota haec disputatio est profecta. Non est, cur cum Heindorfio scribendum putes ἀμφότερ' ἄττα vel ἀμφότερα τοιαῦτα.

C. οὐχ οἷα βούλεταί τις — ἀλλ' οἷα δύναται] „Ipsum proverbium hoc Suidas ita profert: Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα· ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ προαίρεσιν ζώντων. κέχρηται Πλάτων ἐν Ἱππίᾳ." HEIND. Praeterea audias schol. ad h. l.: παροιμία ἐπὶ τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων κατὰ δύναμιν ὑφ' ἑκάστου λεγομένη· τὰ ἡμέτερα οὐχ οἷα βούλεταί τις, ἀλλ' οἷα δύναται. Saepe autem βούλεσθαι et δύνασθαι ita opponuntur. Xenoph. De Rep. I. 33: οἱ τῷ σώματι μὲν οὔτε βούλοιντ' ἂν οὔτε δύναιντ' ἂν ἐργάζεσθαι. Aristot. Pol. V. 5. 9: ὥςτε καὶ βούλονται μᾶλλον καὶ δύνανται νεωτερίζειν. Lucian. II. Abd. 179: οὐ βούλομαι

ξαν εἴχομεν περὶ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ὡς ἑκάτερος ἡμῶν
εἷς ἐστι, τοῦτο δέ, ὃ ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐκ ἄρα
εἶημεν ἀμφότεροι. οὐ γὰρ εἷς ἐσμεν, ἀλλὰ δύο. οὕτως
εὐηθικῶς εἴχομεν. νῦν δὲ παρὰ σοῦ ἤδη ἀνεδιδάχθη-
μεν, ὅτι εἰ μὲν δύο ἀμφότεροί ἐσμεν, δύο καὶ ἑκάτε- E
ρον ἡμῶν ἀνάγκη εἶναι; εἰ δὲ εἷς ἑκάτερος, ἕνα καὶ
ἀμφοτέρους ἀνάγκη· οὐ γὰρ οἷόν τε διανεκεῖ λόγῳ
τῆς οὐσίας κατὰ Ἱππίαν ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ὃ ἂν ἀμ-
φότερα ᾖ, τοῦτο καὶ ἑκάτερον, καὶ ὃ ἑκάτερον, ἀμ-
φότερα εἶναι. πεπεισμένος δὴ νῦν ἐγὼ ὑπὸ σοῦ ἐν-
θάδε κάθημαι. πρότερον μέντοι, ὦ Ἱππία, ὑπόμνη-
σόν με· πότερον εἷς ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ, ἢ σύ τε
δύο κἀγὼ δύο;

ΙΠ. Τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ταῦτα ἅπερ λέγω· φοβοῦμαι γάρ [σε] σα-

E. οἷόν τε διανεκεῖ λόγῳ] V. διηνεκεῖ, quod item ex codd. multis emendatum.

ὃ ἂν ἀμφότερα ᾖ] V. ἦν. Verum praebuerunt Ven. ΞΥ. Pal. Vat. r. Vind. 1. et corr. Coisl.

ἢ σύ τε δύο κἀγὼ δ.] Insertum vulgo erat εἶ ante κἀγώ, quod cum Flor. a. c. Par. BCEF. Ang. Vat. Θ. delevimus. Revocavit εἶ Herm. ex Ven. Ξ. vereor ut recte.

δυνάμενος. Plura dabit Lennep. ad Phalar. Ep. XCVI. p. 272.

D. οἶδα γὰρ ἑκάστους — διάκεινται] novi enim quam nihil sciant ii, qui disserendo operam dant.

εἴ τι σοι ἥδιόν ἐστιν] si tibi volupe est. Herodot. II. 46: οὔ μοι ἥδιόν ἐστι λέγειν, ubi comparativi ita positi exempla collegit Valcken. conf. Matthiae Gr. §. 457.

παρὰ σοῦ ἤδη ἀνεδιδάχθημεν] Ἀναδιδάσκεσθαι significare priora dedoceri vel dedocendum se praebere, docuit Valck. ad Herodot. VIII. 63. HEIND. Proxima ironice dici, sponte apparet.

E. διανεκεῖ λόγῳ] Carpit illa διανεκῆ τῆς οὐσίας σώματα, quorum mentionem sophista paullo ante faciebat.

πεπεισμένος — ἐνθάδε κάθημαι] tamquam otiosius hic sedeo, utpote redactus ad silentium. Καθῆσθαι de otiosis et nihil agentibus peculiariter usurpatum illustrat Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. Vol. I. p. 42. D. Com. I. p. 363. sq. ed. Ox. Idem etiam dicitur de iis, qui tacite assident audientes, ut idem vir doctus ostendit.

φοβοῦμαι γάρ σε σαφῶς λέγειν] Heindorf. σε deleri et deinde pro σαυτῷ λέγειν scribi σὺ αὐτὸς λέγειν volebat. Buttmann. librorum lectionem defendit, locum sic interpretans: reverentia tui facit, quominus aperte loquar, quoniam mihi (aliter sentienti) succensere soles, quoties tibi ipsi recte sentire videris. Quamquam fateor mihi quoque illud σε molestum ac-

φῶς λέγειν, ὅτι μοι χαλεπαίνεις, ἐπειδάν τι δόξῃς
302 σαυτῷ λέγειν. ὅμως δ' ἔτι μοι εἰπέ· οὐχ εἷς ἡμῶν ἑκάτερός ἐστι καὶ πέπονθε τοῦτο, εἷς εἶναι;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ εἷς, καὶ περιττὸς ἂν εἴη ἑκάτερος ἡμῶν. ἢ οὐ τὸ ἓν περιττὸν ἡγεῖ;

ΙΠ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἀμφότεροι οὖν περιττοί ἐσμεν δύο ντες;

ΙΠ. Οὐκ ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλ' ἄρτιοί γε ἀμφότεροι. ἦ γάρ;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Μῶν οὖν, ὅτι ἀμφότεροι ἄρτιοι, τούτου ἕνεκεν καὶ ἑκάτερος ἄρτιος ἡμῶν ἐστίν;

ΙΠ. Οὐ δῆτα.

B ΣΩ. Οὐκ ἄρα πᾶσα ἀνάγκη, ὡς νῦν δὴ ἔλεγες, ἃ ἂν ἀμφότεροι καὶ ἑκάτερον, καὶ ἃ ἂν ἑκάτερος καὶ ἀμφοτέρους εἶναι.

ΙΠ. Οὐ τά γε τοιαῦτα, ἀλλ' οἷα ἐγὼ πρότερον ἔλεγον.

ΣΩ. Ἐξαρκεῖ, ὦ Ἱππία· ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐπειδὴ τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, τὰ δ' οὐχ οὕτως ἔχοντα. καὶ γὰρ ἐγὼ ἔλεγον, εἰ μέμνησαι ὅθεν οὗτος ὁ λόγος ἐλέχθη, ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως καὶ δι' ἀκοῆς ἡδονὴ οὐ τούτῳ εἶεν καλαί, ὅ τι τυγχάνοιεν
C ἑκατέρα μὲν αὐτῶν εἶναι πεπονθυῖα, ἀμφότεραι δὲ μή, ἢ ἀμφότεραι μέν, ἑκατέρα δὲ μή, ἀλλ' ἐκείνῳ, ᾧ

P. 302. B. ἃ ἂν ἑκάτερος] Sic Flor. a. b. c. et reliqui. Steph. cum Par. E. ἑκάτερον.

οὐ τούτῳ εἶεν καλαί] V. οὐ τούτῳ ἂν εἶεν καλαί, quod excidere. Num forte σοι refingendum? Ita certe commoda exierit sententia haec: vereor tibi aperte profiteri quid sentiam, quoniam mihi succenses, quoties tibi ipsi videris aliquid eximii proferre. Nam λέγειν τι ut Lat. aliquid dicere, est magnum quid, praeclarum quid dicere, de qua emphasi v. Hermann. ad Viger. p. 731. Matthiae Gr. §. 487. 5. Mox ne quis ante εἷς εἶναι cum Heindorfio articulum τὸ requirat, vide quae scripsimus ad Criton. p. 45. E. et Phaedon. p. 64. C.

P. 302. B. ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα] Apolog. Socr. p. 28. A: ἀλλ' ἱκανὰ καὶ ταῦτα. De

ἀμφότεραί τε καὶ ἑκατέρα, διότι συνεχώρεις ἀμφοτέρας τε αὐτὰς εἶναι καλὰς καὶ ἑκατέραν. τούτου δὴ ἕνεκα τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐπ' ἀμφότερα ἑπομένῃ ᾤμην, εἴπερ ἀμφότερά ἐστι καλά, ταύτῃ δεῖν αὐτὰ καλὰ εἶναι, τῇ δὲ κατὰ τὰ ἕτερα ἀπολειπομένῃ μή· καὶ ἔτι νῦν οἴομαι. ἀλλά μοι λέγε, ὥςπερ ἐξ ἀρχῆς· ἡ δι' ὄψεως ἡδονὴ καὶ ἡ δι' ἀκοῆς, εἴπερ ἀμφότεραί τ' εἰσὶ καλαὶ καὶ ἑκατέρα, ἆρ' ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλὰς οὐχὶ καὶ D ἀμφοτέραις γε αὐταῖς ἕπεται καὶ ἑκατέρᾳ;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ὅτι ἡδονὴ ἑκατέρα τ' ἐστὶ καὶ ἀμφότεραι, διὰ τοῦτο ἂν εἶεν καλαί; ἢ διὰ τοῦτο μὲν καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι ἂν οὐδὲν τούτων ἧττον εἶεν καλαί; οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡδοναὶ ἐφάνησαν οὖσαι, εἰ μέμνησαι.

ΙΠ. Μέμνημαι.

ΣΩ. Ἀλλ' ὅτι γε δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς αὗταί εἰσι, διὰ τοῦτο ἐλέγετο καλὰς αὐτὰς εἶναι.

ΙΠ. Καὶ ἐρρήθη οὕτως. E

ΣΩ. Σκόπει δέ, εἰ ἀληθῆ λέγω. ἐλέγετο γάρ, ὡς ἐγὼ μνήμης ἔχω, τοῦτ' εἶναι καλὸν τὸ ἡδύ, οὐ πᾶν, ἀλλ' ὃ ἂν δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ᾖ.

ΙΠ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε τὸ πάθος ἀμφοτέραις μὲν ἕπεται, ἑκατέρᾳ δ' οὔ; οὐ γάρ που ἑκάτερόν γε αὐτῶν, ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο, δι' ἀμφοτέρων ἐστίν, ἀλλ' ἀμφότερα μὲν δι' ἀμφοῖν, ἑκάτερον δ' οὔ. ἔστι ταῦτα;

Flor. a. b. c. x. Vind. 1. Vat. Θ. r. Coisl. Par. BCEF. Angel. Pal. Urb. correctum.

D. καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι] Solus Steph. αἱ om.

Rep. VI. p. 506. D: ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν κἂν — οὕτω — διέλθῃς. Gorg. p. 498. A: ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο. Menex. p. 247. C. al.

ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως — εἶεν καλαί] Attendas ad numerum pluralem post singularem illatum, de qua ratione structurae ad Philebum p. 14. B. diximus; conf. Matthiae Gr. §. 293. p. 749. ed. 3. Vellem tamen repetito articulo scriptum esset: καὶ ἡ δι' ἀκοῆς.

C. τῇ δὲ κατὰ τὰ ἕτερα] h. e. alterutrum.

E. τοῦτό γε τὸ πάθος] τὸ δι' ὄψεώς τε καὶ ἀκοῆς καλὸν εἶναι.

ὃ μὴ ἕπεται ἑκατέρῳ] quod

ΙΠ. Ἔστιν.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα τούτῳ γε ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι καλόν, ὃ μὴ ἕπεται ἑκατέρῳ· τὸ γὰρ ἀμφότερον ἑκατέρῳ οὐχ ἕπεται· ὥςτε ἀμφότερα μὲν αὐτὰ φάναι καλὰ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ἔξεστιν, ἑκάτερον δὲ οὐκ ἔξεστιν. ἢ πῶς λέγομεν; οὐκ ἀνάγκη;

303 ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Φῶμεν οὖν ἀμφότερα μὲν καλὰ εἶναι, ἑκάτερον δὲ μὴ φῶμεν;

ΙΠ. Τί γὰρ κωλύει;

ΣΩ. Τόδε ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ φίλε, κωλύειν, ὅτι ἦν που ἡμῖν τὰ μὲν οὕτως ἐπιγιγνόμενα ἑκάστοις, εἴπερ ἀμφοτέροις ἐπιγίγνοιτο, καὶ ἑκατέρῳ, καὶ εἴπερ ἑκατέρῳ, καὶ ἀμφοτέροις, ἅπαντα ὅσα σὺ διῆλθες. ἦ γάρ;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἃ δέ γε αὖ ἐγὼ διῆλθον, οὔ· ὧν δὴ ἦν καὶ αὐτὸ τὸ ἑκάτερον καὶ τὸ ἀμφότερον. ἔστιν οὕτως;

ΙΠ. Ἔστι.

B ΣΩ. Ποτέρων οὖν, ὦ Ἱππία, δοκεῖ σοι τὸ καλὸν εἶναι; πότερον ὧν σὺ ἔλεγες; εἴπερ ἐγὼ ἰσχυρὸς καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἐγὼ δίκαιος καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος· οὕτω δὴ καὶ εἴπερ ἐγὼ καλὸς καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος; ἢ οὐδὲν κωλύει, ὥςπερ ἀρτίων ὄντων τινῶν ἀμφοτέ-

E. ἢ πῶς λέγομεν] λέγωμεν unus Coisl. probante Hirschig. sed v. infra.
P. 303. D. καὶ σὺ δὴ ὁμολογοῦμεν] Hic et statim post non in utrumque convenit.

ἢ πῶς λέγομεν;] Recte Heindorf. interpretatur quid putamus? wie meinen wir? v. Phaedon. p. 75. B. Reipubl. II p. 377. E. VII. p. 530. V. p. 461. E. al.

τὰ μὲν οὕτως ἐπιγ.] Respondet deinde ἃ δέ γε αὖ ἐγὼ δ.

P. 303. B. ὥςπερ ἀρτίων ὄντων] Deest apodosis: ita nos ambo pulcros esse, alterutrum autem non; quae facile ex antegressis suppleveris.

ρων τάχα μὲν ἑκάτερα περιττὰ εἶναι, τάχα δ' ἄρτια, καὶ αὖ ἀῤῥήτων ἑκατέρων ὄντων τάχα μὲν ῥητὰ τὰ συναμφότερα εἶναι, τάχα δ' ἄῤῥητα, καὶ ἄλλα μυρία C τοιαῦτα, ἃ δὴ καὶ ἐγὼ ἔφην ἐμοὶ προφαίνεσθαι; ποτέρων δὴ τίθης τὸ καλόν; ἢ ὥςπερ ἐμοὶ περὶ αὐτοῦ καταφαίνεται, καὶ σοί; πολλὴ γὰρ ἀλογία ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι ἀμφοτέρους μὲν ἡμᾶς εἶναι καλούς, ἑκάτερον δὲ μή, ἢ ἑκάτερον μέν, ἀμφοτέρους δὲ μή, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. οὕτως αἱρεῖ, ὥςπερ ἐγώ, ἢ ἐκείνως;

ΙΠ. Οὕτως ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εὖ γε σὺ ποιῶν, ὦ Ἱππία, ἵνα καὶ ἀπαλλαγῶμεν πλείονος ζητήσεως. εἰ γὰρ τούτων γ' ἐστὶ D τὸ καλόν, οὐκ ἂν ἔτι εἴη τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλόν. ἀμφότερα μὲν γὰρ ποιεῖ καλὰ τὰ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς, ἑκάτερον δ' οὔ. τοῦτο δ' ἦν ἀδύνατον, ὡς ἐγώ τε καὶ σὺ δὴ ὁμολογοῦμεν, ὦ Ἱππία.

ΙΠ. Ὁμολογοῦμεν γάρ.

ΣΩ. Ἀδύνατον ἄρα τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλὸν εἶναι, ἐπειδή γε καλὸν γιγνόμενον τῶν ἀδυνάτων τι παρέχεται.

ΙΠ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Λέγετε δὴ πάλιν, φήσει, ἐξ ἀρχῆς, ἐπειδὴ τούτου διημάρτετε· τί φατε εἶναι τοῦτο τὸ κα- E λὸν τὸ ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἡδοναῖς, δι' ὅ τι ταύτας πρὸ τῶν ἄλλων τιμήσαντες καλὰς ὠνομάσατε;

Steph. malebat ὡμολογοῦμεν, ut est in Flor. x. Angel. Ven. Σ. Pal. Et ita scripsit Bekker, consentientibus Turr.

ἀῤῥήτων — ὄντων —] „Ἄῤῥητα et ῥητὰ non sunt quae vocant mathematici incommensurabilia et commensurabilia, ut accepit Sydenhamus; sed potius irrationalia et rationalia. Illa enim Graecis dicuntur potius σύμμετρα et ἀσύμμετρα. v. Euclid. Elem. X. Def. l. 2., a quibus ibi distinguntur γραμμαὶ ῥηταί, rationales, et ἄλογοι, irrationales. Apte autem his utitur Socrates apud Hippiam, hominem artem λογισμῶν profitentem.“ HEIND. Conferas etiam

Ἀνάγκη δή μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ Ἱππία, λέγειν, ὅτι ἀσινέσταται αὗται τῶν ἡδονῶν εἰσι καὶ βέλτισται, καὶ ἀμφότεραι καὶ ἑκατέρα. ἢ σύ τι ἔχεις λέγειν ἄλλο, ᾧ διαφέρουσι τῶν ἄλλων;

ΙΠ. Οὐδαμῶς· τῷ ὄντι γὰρ βέλτισταί εἰσι.

ΣΩ. Τοῦτ' ἄρα, φήσει, λέγετε δὴ τὸ καλὸν εἶναι, ἡδονὴν ὠφέλιμον; Ἐοίκαμεν, φήσω ἔγωγε. σὺ δέ;

ΙΠ. Καὶ ἐγώ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὠφέλιμον, φήσει, τὸ ποιοῦν τἀγαθόν, τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ ποιούμενον ἕτερον νῦν δὴ ἐφάνη, καὶ εἰς τὸν πρότερον λόγον ἥκει ὑμῖν ὁ λό-
304 *γος; οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἂν εἴη καλὸν οὔτε τὸ καλὸν ἀγαθόν, εἴπερ ἄλλο αὐτῶν ἑκάτερόν ἐστι. Παντός γε μᾶλλον, φήσομεν, ὦ Ἱππία, ἂν σωφρονῶμεν· οὐ γάρ που θέμις τῷ ὀρθῶς λέγοντι μὴ συγχωρεῖν.*

ΙΠ. Ἀλλὰ δή γ', ὦ Σώκρατες, τί οἴει ταῦτ' εἶναι ξυνάπαντα; κνίσματά τοί ἐστι καὶ περιτμήματα τῶν λόγων, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, κατὰ βραχὺ διῃρημένα. ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ καλὸν καὶ πολλοῦ ἄξιον, οἷόν τ' εἶναι εὖ καὶ καλῶς λόγον καταστησάμενον ἐν δικα-
B *στηρίῳ ἢ ἐν βουλευτηρίῳ ἢ ἐπ' ἄλλῃ τινὶ ἀρχῇ, πρὸς ἣν ἂν ὁ λόγος ᾖ, πείσαντα οἴχεσθαι φέροντα οὐ τὰ σμικρότατα, ἀλλὰ τὰ μέγιστα τῶν ἄθλων, σωτηρίαν*

E. *Ἀνάγκη δή μοι δοκεῖ εἶναι*] *εἶναι* om. Herm. cum Ven. Ξ. et Σ.

P. 304. *ταῦτ' εἶναι ξυνάπαντα*] Sic codd. mss. fere omnes. Vulgo *ξύμπαντα*.

quae monuit ad h. l. Schleiermacher.

E. *ὅτι ἀσινέσταται —*] V. Phileb. p. 46. A. sqq. 51. B. sqq.

τὸ ποιοῦν τἀγαθόν] illud, quod bonum efficit; quo bonum efficitur.

P. 304. *ἂν σωφρονῶμεν*] si sapimus. v. ad Remp. III. p. 399. E.

B. *φέροντα αὐτὰ — ἄθλων*] Sic *φέρειν νικητήρια* Legg. II. p. 657. E. *τἀριστεῖα φέρειν.* De Rep. V. 468. C. *μισθὸν φέρειν.* Lys. p. 208. A. Sed *τὰ ἆθλα φέρονται* Phaedr. p. 256. D. De Rep. X. 613. C. *φερέσθω τὰ νικητήρια.* Phaedr. p. 245. B. al. Sed de promiscuo hoc usu verbi activi et medii v. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. XXVII.

τούτων οὖν χρὴ ἀντέχεσθαι] Haec oportet appetere et in iis elaborare, missa facientem ctr. Intel-

αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὑτοῦ χρημάτων καὶ φίλων. τούτων οὖν χρὴ ἀντέχεσθαι, χαίρειν ἐάσαντα τὰς σμικρολογίας ταύτας, ἵνα μὴ δοκῇ λίαν ἀνόητος εἶναι λήρους καὶ φλυαρίας ὥςπερ νῦν μεταχειριζόμενος.

ΣΩ. Ὦ Ἱππία φίλε, σὺ μὲν μακάριος εἶ, ὅτι τε οἶσθα ἃ χρὴ ἐπιτηδεύειν ἄνθρωπον καὶ ἐπιτετήδευκας ἱκανῶς, ὡς φής· ἐμὲ δὲ δαιμονία τις τύχη, ὡς ἔοικε, κατέχει, ὅςτις πλανῶμαι μὲν καὶ ἀπορῶ C ἀεί, ἐπιδεικνὺς δὲ τὴν ἐμαυτοῦ ἀπορίαν ὑμῖν τοῖς σοφοῖς λόγῳ αὖ ὑπὸ ὑμῶν προπηλακίζομαι, ἐπειδὰν ἐπιδείξω. λέγετε γάρ με ἅπερ καὶ σὺ νῦν λέγεις, ὡς ἠλίθιά τε καὶ σμικρὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια πραγματεύομαι. ἐπειδὰν δὲ αὖ ἀναπεισθεὶς ὑφ' ὑμῶν λέγω ἅπερ ὑμεῖς, ὡς πολὺ κράτιστόν ἐστιν οἷόν τ' εἶναι λόγον εὖ καὶ καλῶς καταστησάμενον περαίνειν ἐν δικαστηρίῳ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ συλλόγῳ, ὑπό τε ἄλλων τινῶν D τῶν ἐνθάδε καὶ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀεί με ἐλέγχοντος πάντα κακὰ ἀκούω. καὶ γάρ μοι τυγχάνει ἐγγύτατα γένους ὢν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ οἰκῶν. ἐπειδὰν οὖν εἰςέλθω οἴκαδε εἰς ἐμαυτοῦ, καί μου ἀκούσῃ ταῦτα λέγοντος, ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τολμῶν περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων διαλέγεσθαι, οὕτω φανερῶς ἐξελεγχόμενος περὶ τοῦ καλοῦ, ὅτι οὐδ' αὐτὸ τοῦτο, ὅ τί ποτ' ἐστιν, οἶδα. Καίτοι πῶς σὺ εἴσει,

B. τούτων οὖν χρὴ ἀντέχεσθαι] Ald. Bas. 1. 2. δοκῇ, quod est in paucis codd. Male.
ἵνα μὴ δοκῇ λίαν] Steph. correxit δοκῇς. sed vide annot.

Igitur subiectum infinitum τινά, unde deinde δοκῇ, tertia persona, infertur, de quo genere structurae explicavimus ad Criton. p. 49. D. Lysid. p. 212. B. Apol. Socr. p. 29. A. Charm. p. 167. B. Phaedr. p. 272. C. De Rep. VI. p. 506. C. X. p. 611. C. Quod autem sophista dicit ὥςπερ νῦν, neque addit σύ, recte hoc iudicavit Stephanus urbanitatis cuiusdam speciem habere. In proximis τε paullulum traiectum, quum accurata ratio efflagitaret ὅτι οἶσθα τε. Sed ita Aeschyl. Sept. adv. Theb. 187: ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι ἱππικῶν τ' ἄϋπνων πηδαλίων διάστομια.

D. ἐγγύτατα γένους] proximus generis habita ratione. Aliter Lachet. p. 187. E: ὃς ἂν ἐγγύτατα Σωκράτους ᾖ λόγῳ, ὥςπερ γένει. Apol. Socrat. p. 30. A. ὅσῳ μοι ἐγγυτέρω ἐστὲ

E φησίν, ἢ λόγον ὅςτις καλῶς κατεστήσατο ἢ μή, ἢ ἄλλην πρᾶξιν ἡντινοῦν, τὸ καλὸν ἀγνοῶν; καὶ ὁπότε οὕτω διάκεισαι, οἴει σοι κρεῖττον εἶναι ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι; Συμβέβηκε δή μοι, ὅπερ λέγω, κακῶς μὲν ὑφ' ὑμῶν ἀκούειν καὶ ὀνειδίζεσθαι, κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀναγκαῖον ὑπομένειν ταῦτα πάντα· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, εἰ ὠφελοίμην. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ, ὦ Ἱππία, ὠφελῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀμφοτέρων ὑμῶν ὁμιλίας· τὴν γὰρ παροιμίαν ὅ τί ποτε λέγει, τὸ χαλεπὰ τὰ καλά, δοκῶ μοι εἰδέναι.

E. εἰ ὠφελοίμην] ὠφελούμην Turr. ex ΓΘBCEFδr.
ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ] Heindorf. coni. ἐγὼ γοῦν.
ὠφελῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀμφ.] Sic Ven. ΞΣΥ. Palat. Vulgo ὠφελεῖσθαι.

γένει. Ceterum Socrates semet ipsum significat, ut iam antea.

ἢ λόγον ὅςτις κ. κατεστήσατο] h. e. ὅςτις λόγον κ. κατεστήσατο.

E. ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι] De μᾶλλον post comparativum v. ad Gorg. p. 490. E. Ceterum conf. Apolog. Socr. p. 38. D: πολὺ μᾶλλον αἱροῦμαι ὧδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν. coll. ann. ad Apol. p. 30. B.

καὶ ὀνειδίζεσθαι] adeoque contumeliis et opprobriis onerari. Quod plus est quam κακῶς ἀκούειν, et tamquam per occasionem interponitur, ut mirandum non sit, quod deinde pergitur κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου. Praeter necessitatem Cobetus Varr. Lectt. p. 55. istud καὶ ὀνειδίζεσθαι eiiciendum statuit ut quod putide abundet et concinnitatem membrorum moleste turbet.

χαλεπὰ τὰ καλά] De hoc proverbio, Platoni frequentato, dixit schol. ad h. l. et ad Cratyl. p. 384. A.

PLATONIS

HIPPIAS MINOR.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO ALTERA PLURIMUM EMENDATA ET
LOCUPLETATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE,

SUMTIBUS HENNINGS.

MDCCCLVII.

PRAEFATIO AD HIPPIAM MINOREM.

In principio huius sermonis legentium animi statim in medias res abripiuntur. Hippias enim Sophista posteaquam multa quum de aliis poetis, tum de Homeri carminibus ostentationis causa declamavit, Eudicus quidam, Apemanti filius *), qui procul dubio idem est, cuius mentio fit in Hippia maiore p. 286. B., ubi Hippiam rogasse narratur, ut orationem de pulcris studiis a se compositam recitaret, Socratem, qui auditor affuit, mirabundus interrogat, cur de iis, quae Hippias disputaverit, sententiam suam reticeat, nec quidquam illorum vel laudet vel reprehendat. Quibus auditis Socrates fatetur ingenue, sibi inter audiendum utique quasdam de virtutibus Achilli atque Ulyxi a poeta tributis dubitationes subortas esse, quas vehementer optet ut aliquis sibi eximat. Hic igitur Hippias profitetur semet ipsum ad haec omnia esse responsurum, gloriaturque neminem unquam disserendi arte plus ipso valuisse. Laudat Socrates promtam hanc voluntatem, urbana cum irrisione hominis exagitans arrogantiam, doctrinae eius copiam et ubertatem, seque simulat de eo maxime dubitare, Achilles an Ulyxes melior praestantiorque iudicari

*) Sic p. 373. A. appellatur.

debeat. Ad quae Hippias ita respondet, ut Achillem dicat ab Homero optimum, Nestorem sapientissimum, Ulyxem denique πολυτροπώτατον informari. Verum quod ille respondet ita, ut videatur omnia clara et perspicua reddidisse, id sibi fatetur Socrates non omni ex parte satisfacere, quoniam quid isto τοῦ πολυτρόπου nomine designetur, non perspicue intelligatur *). Itaque Achilles, inquit ille, simplex et verus est, qui sibi dicat illum esse maxime odiosum, qui vero neglecto mendacia consectetur; Ulyxes autem versutus est atque mendax; ex quo consequitur, ut πολυτρόπου nomine homo fallax insigniatur. Ergone tu, respondet Socrates, Achillem ideo meliorem iudicasti, quia Ulyxis vafritie et prudentia careat? Quae sententia vereor ut se satis tueatur. Quocirca age exploremus eam et perpendamus accuratius.

His ita constitutis Socrates primum conatur efficere verum mendacemque esse eundem, ideoque nec Achillem Ulyxi ullo modo praestare **). Quod ut evincat, hac fere utitur argumentatione. Mendaces, inquit, non alii sunt quam qui sunt idonei ad aliquid efficiendum, hoc est ad fallendum decipiendumque per dolum et prudentiam. Ergo iidem etiam prudentes sunt, siquidem prudentia sua fallunt, adeoque sapientes in ea re, de qua mentiuntur. Mendaces autem veracibus sunt contrarii et oppositi. Iam quum mendaces sint ad mentiendum idonei, sequitur, ut qui non sit idoneus, sed imprudens, is nec vafer aut subdolus esse possit. Quicunque autem alicuius rei facultate pollet ita, ut nec morbo nec alia infirmitate ab ea tractanda prohibeatur, is in eadem optimus esse et praestantissimus iudicari debet. Consentaneum est vero eum, qui alicuius rei sit peritissimus, de eadem illa et vera dicere et falsa comminisci optime posse. Nam qui eius imperitus est, is dum mentiri cogitat, saepe per fraudem et ignorantiam vera loquitur. Quod quidem Socrates perspicuum reddit longa exemplorum enumeratione, quae facete repetit ex iis artibus ac disciplinis, quas so-

*) P. 363. — 364. E.
**) P. 365. D. — 369. B.
***) P. 369. B.

phista a semet ipso perceptas esse gloriabatur, ut in hoc loco insignis quaedam cernatur irrisionis elegantia. Ex his autem effici vult, ut, quoniam qui vera de quacunque re dicere possit, idem de ea falsa queat optime comminisci, verum atque mendacem eundem esse existimari oporteat. Atque hinc porro consequi ait Ulyxem non tantum mendacem, sed etiam veracem esse, ac vicissim Achillem non modo veritatis amantem, sed etiam mendacem *).

His ita explicatis ubi sophista se argutae istius dialectices laqueis constrictum videt, protenus Socrati vitio vertit, quod semper in istiusmodi tricis moretur, provocatque ad ipsius Homeri auctoritatem, qui Ulyxem subdolum et fraudulentum, Achillem autem meliorem finxerit. Ad quae Socrates ita respondet, ut se profiteatur non rixandi aut cavillandi cupiditate ductum haec disseruisse, sed ut viri sapientiae laude florentissimi ea de re sententiam eliceret, adeoque ab eo meliora edoceretur. Quod autem Hippias ipsius Homeri interponit auctoritatem, Socrates negat Achillem a poeta Ulyxe meliorem informari: illum enim non modo verbis mentiri, verum etiam ipsa re atque facto, quam sit veritatis negligens, declarare, quippe qui quum se Phthiam reversurum sit comminatus, nihilominus in castris Graecorum ad Troiam remaneat atque Aiaci multo alia dicat quam Agamemnoni. Respondet Hippias, ut par est, Ulyxem consulto ac deliberato consilio mentiri; Achillem autem imprudentem falsa dicere. Sed ex hoc ipso Socrates captiose colligit eam ob causam Ulyxem illo meliorem iudicari oportere, quandoquidem antea utrinque concessum sit eum, qui prudens sciensque mentiatur, praestare illi, qui propter ignorantiam atque fraudem a veritatis ratione discedat **).

Hic vero nova exoritur disputatio. Improbat enim sophista Socratis sententiam propterea, quod qui alterum laedat aut decipiat consulto, is non sit melior, sed peior, quam qui aliis imprudens iniuriam

---

*) P. 369. B.

**) P. 369. B. — 371. E.

inferat: idque etiam inde ait cognosci posse atque intelligi, quod leges publicae delicta consulto admissa longe gravissime puniant. Verum Socrates, quanquam se saepenumero de hac re dubitavisse dicit, tamen in praesenti eum sibi ait videri meliorem, qui alios deliberato consilio possit laedere atque in fraudem inducere. Indignante autem Hippia atque moleste ferente, quod veritatis rationes ita fraudulenter confundantur atque pervertantur, ille hanc sibi veniam dari cupit, ut sententiae suae argumenta exponere accuratius liceat. Quo impetrato hunc in modum disputare instituit. Cursorem malum, inquit, affirmamus esse eum, qui tarde currit: nec tamen dubitari potest, quin qui sua sponte tarde incedit praestantior sit eo, qui nolens tarditate utitur. Idem iudicandum est de artibus omnibus atque corporis facultatibus, veluti de lucta, saltatione, cantu, incessu, visu. Quid, quod etiam instrumenta et animalia, quibus arbitrio utimur nostro, meliora censentur, quam quibus non possumus nostra voluntate uti. Et vero etiam animi medicorum, musicorum, aliorumque artificum meliores habentur, quum sponte a recto veroque discedunt, quam si inviti transversi aguntur. Ex quibus efficitur, ut idem de iustitia sit statuendum. Quae quoniam aut facultate quadam aut scientia aut utraque simul continetur, si facultas esse putatur, maior certe in eo inest, qui ad utrumque, tum ad faciendam tum ad omittendam iniuriam est idoneus; sin scientia existimatur, praestabilior in eo cernitur, qui pro arbitrio suo alios laedere potest vel non laedere. Iam quum vir bonus bono utatur animo, huius autem sit sponte iniuriam afferre posse, nemo quisquam alius praeter virum bonum sciens prudensque faciet iniuriam, quum vir malus propter ignorantiam iniuste agat *).

His omnibus explicatis Hippias, etsi nihil habet quod Socratis argumentis opponat, tamen ista omnia sese unquam esse comprobaturum praefracte negat. Nec reprehendit Socrates hoc viri iudicium.

---

*) P. 371. E. — 376. B.

illud vero miserum esse queritur, quod ne Hippias quidem aliique, qui sapientiae disciplinam profiteantur, veram rei rationem possint explicare atque confirmare *).

Et exitus quidem colloquii luce clarius ostendit primum quidem illud in hoc libello agi, ut Hippiae sophistae vanitas atque inertia arguatur, qui posteaquam sapientiam suam iactavit mirifice, ubi ad quaestionem de voluntaria virtutis exercitatione deque scientia et veritate cum virtute coniuncta ventum est, ne leves quidem istas conclusiunculas refellere potest, quibus eum Socrates tanquam laqueis quibusdam impedire studuit. Quamquam, sicuti mox videbimus, in dialectica hac Hippiae confutatione neutiquam insunt omnia, quandoquidem cum ea, sicuti in Hippia maiore, Lyside, Charmide, Lachete, Euthyphrone, etiam coniunctum est, quod ad sapientiae rationem et disciplinam pertinet, quum disputatio etiam valeat ad illustrandam et vindicandam Socraticam illam sententiam, qua virtus in scientia posita esse putabatur. Sed videamus primum quidem de dialectica disputatione, qua sophista argute inscitiae et ignorantiae convincitur atque eo redigitur, ut licet veriora et rectiora sentiat, tamen omnibus apparere debeat, non posse ipsum rectas rerum notiones aut suo ipsius animo informare aut aliis explicare atque declarare. Quod quidem more plane Socratico ita factum est. Etenim Plato Socratis usus doctrina, qui virtutem una scientia maxime contineri censuit, hunc facit nectendis acutis conclusiunculis pedetentim id efficientem, ut ille, cur inter verum et mendacem atque inter iustum et iniustum nihil interesse videatur, nullo modo possit reddere rationem. Prorsus ad eundem modum Socrates apud Xenophontem Mem. IV, 2, 14 sqq. castigat Euthydemum, adolescentem praematura sapientiae opinione vehementer inflatum et in eo certe Hippiae simillimum, quod πολλὰ γράμματα συνῆγε τῶν λεγομένων σοφῶν ἀνδρῶν γεγονέναι, ideoque pariter atque hic multiplicis doctrinae copiis plurimum pretii statuebat.

---

*) P. 376. C. D.

Qui locus tantam habet cum Hippia Platonico similitudinem, ut Platonem suspicari liceat ad ridendum sophistam iis argumentationibus usum esse, quas magistrum aliquando in illudendis adolescentibus usurpavisse animadvertisset. Quod ne temere commenti esse videamur, age, Xenophontis locum paullo diligentius expendamus. Itaque primum quidem fere easdem ibi disputationis partes animadvertere licet. Nam inde a §. 14. Socrates Euthydemum eo perducit, ut quid inter mendacem et veracem intersit se non perspicere fateatur: inde a §. 19. autem efficere studet, ut qui sciens volensque iniuriam faciat melior adeoque iustior sit eo, qui invitus alios laedat ac decipiat. Quum vero in his summa cum Platone convenientia cernatur, tum mirandum est in altera disputationis particula Xenophonteum Socratem cum Socrate Platonico adeo conspirare, ut tantum non iisdem verbis tota conficiatur argumentatio. Xenophon enim haec habet. *Πότερος*, inquit Socrates, *ἀδικώτερός ἐστιν, ὁ ἑκὼν ἐξαπατῶν ἢ ὁ ἄκων; Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔτι μὲν ἔγωγε πιστεύω οἷς ἀποκρίνομαι· καὶ γὰρ τὰ πρόσθεν πάντα νῦν ἄλλως ἔχειν δοκεῖ μοι ἢ ὡς ἐγὼ τότε ᾤμην· ὅμως δὲ εἰρήσθω μοι ἀδικώτερον εἶναι τὸν ἑκόντα ψευδόμενον τοῦ ἄκοντος. Δοκεῖ δέ σοι μάθησις καὶ ἐπιστήμη τοῦ δικαίου εἶναι ὥςπερ τῶν γραμμάτων; Ἔμοιγε. Πότερον δὲ γραμματικώτερον κρίνεις, ὃς ἑκὼν μὴ ὀρθῶς γράφῃ καὶ ἀναγιγνώσκῃ, ἢ ὃς ἂν ἄκων; Ὃς ἂν ἑκὼν ἔγωγε· δύναιτο γὰρ ἄν, ὁπότε βούλοιτο, καὶ ὀρθῶς αὐτὰ ποιεῖν. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἑκὼν μὴ ὀρθῶς γράφων γραμματικὸς ἂν εἴη, ὁ δὲ ἄκων ἀγράμματος; Πῶς γὰρ οὔ; Τὰ δίκαια δὲ πότερον ὁ ἑκὼν ψευδόμενος καὶ ἐξαπατῶν οἶδεν, ἢ ὁ ἄκων; Δῆλον ὅτι ὁ ἑκών. Οὐκοῦν γραμματικώτερον μὲν τὸν ἐπιστάμενον γράμματα τοῦ μὴ ἐπισταμένου φῂς εἶναι; Ναί. Δικαιότερον δὲ τὸν ἐπιστάμενον τὰ δίκαια τοῦ μὴ ἐπισταμένου; Φαίνομαι· δοκῶ δέ μοι καὶ ταῦτα οὐκ οἶδ' ὅπως λέγειν.* Haec igitur ecquis inficiabitur cum iis, quae apud Platonem disseruntur, mirifice consentire? Denique utriusque disputationis idem finis est, idem consilium. Nam Xenophon toto illo loco id agit, ut doceat, *ὡς Σωκράτης προςεφέρετο τοῖς νομίζουσι παιδείας τε τῆς ἀρίστης τετυχηκέναι καὶ μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ*, sicut ipse §. 1. profitetur. Idem autem Platoni

in hoc libro scribendo fuisse propositum, quis est quin sponte largiatur? Itaque apertum est Hippiam apud Platonem utique deludi similiter atque Euthydemum apud Xenophontem.

Sed quanquam illud primarium scriptoris consilium fuisse concedendum est, tamen Platonem simul aliud quiddam sequutum esse facile suspicabuntur qui eum noverunt vel in summa rhetorum, sophistarum aliorumque hominum irrisione nunquam ipsius philosophiae prorsus fuisse immemorem. Itaque philosophum putamus una eademque opera etiam illud hac scriptione sua voluisse efficere, ut ex doctrina illa Socraticorum, qua virtutem scientia contineri volebant *), non colligi licere evinceret hanc virtutis scientiam fraudis et improbitatis ministram esse et adiutricem. Quod quidem ita instituit, ut non tam quid verum esset exquireret, quam quid falsum absurdumque videretur ita ob oculos poneret, ut simul sophistae gloriosissimi fastus reprimeretur. Etenim errore demonstrato videbat facile intellectum iri, quid de tota causa oporteret iudicari. Manifestum est enim virum bonum, etiamsi propter veri rectique scientiam sibi comparatam mentiri et iniuste facere possit, tamen non esse commissurum, ut ea ad decipiendum fallendumque abutatur: dignitas enim eius et praestantia in eo ipso est conspicua, ut rationis praecepta audiat constanterque sequatur, neque ad aliud quid nisi ad bonum et honestum scientia eius pertinere iudicanda est. Nam neque mendax est is, qui alios fallere ac decipere potest, sed qui neglecta rationis voce propter quandam naturae ingeniique infirmitatem ad mentiendum proclivis inclinatusque est; nec iniurium appellamus eum, qui quo loco et opportunitate iniuria fieri queat perspectum habet, sed qui ea laborat animi pravitate, ut quid sibi ex rationis norma et regula faciendum agendumve sit propter cupiditatum et affectuum impotentiam non videat. Ex quo originem duxit nobilissimum illud decretum Socraticorum, neminem pec-

*) Quae fuerit Socratis de his rebus sententia, docuit Brandis Musei Rhen. Vol. I. P. I. p. 134 sqq.

care scientem, quod etiam Platoni placuisse aliunde novimus. Haec igitur omnia quum erroris fraude animadversa facile possint intelligi, Plato propter summum totius scriptionis consilium faciendum putavit, ut in démonstrandis erroribus acquiesceret, veram rei rationem non exquireret et illustraret. Quamquam quid spectaverit, ipse exeunte sermone eo prodidit, quod Hippiam pariter atque Socratem de veritate eorum, quae postremo subtili et arguta argumentatione sint effecta, ultro dubitantes induxit.

Itaque omnino quidem summam dialogi huc redire apparet, ut dum Hippias nescire arguitur, quid de scientiae et veritatis cum vitae actione nexu atque coniunctione statuendum sit, tamquam tecte significetur, quantum sit novisse, virtutem esse in scientia positam. Utrumque autem nemo est quin videat tam arcte esse coniunctum, ut plane ad unum eundemque finem conspirare existimandum sit.

Haec autem si vere disputata sunt, vereor ut quisquam assensurus sit Schleiermachero T. I. P. II. p. 291 sqq., Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 463. et Zellero Stud. Platonic. p. 150 sqq., qui hunc librum a Platone scriptum esse negaverunt. Quod enim colloquii forma et ratio non ad eam perfectionem atque praestantiam accedit, quam in aliis plurimis philosophi sermonibus admiramur, ipsum libri argumentum eius rei causam satis idoneam monstrat. Hoc enim considerantibus nobis et perpendentibus dubium esse non poterit, quin Plato haec scripserit adolescens, quo tempore et Socraticae rationi adhuc fuit unice deditus, nec eam scribendi facultatem elegantiamque consequutus, qua postea temporis ceteros philosophos omnes superavit. Huc accedit, quod Aristoteles Metaphys. V. p. 120 ed. Brand. atque Cicero De Orat. III, 32., uterque tamen nomine Platonis suppresso, huius operis mentionem faciunt, quod quantum momenti faciat ad eius fidem auctoritatemque sustentandam nemo diffitebitur, qui veterum scriptorum testimoniis aliquid ponderis tribuendum esse sibi persuaserit. Ceterum librum Platoni vindicare etiam Socherus p. 144 sqq. conatus est, quem laetamur de nonnullis huius quaestionis partibus idem quod nos statuendum iudicavisse. Neque

aliter nuper senserunt C. Fr. Hermannus Hist. Philos. Plat. I. p. 431 sqq. C. Steinhart in Interpretat. Opp. Platon. Müller. Vol. p. 101 sqq. Fr. Susemihl Genet. Entwickel. d. Plat. Phil. I. p. 11 sqq. qui ut de singulis quibusdam nobiscum dissentiant, tam de re summa deque fide et auctoritate libri omnino nostrae suffragati sententiae sunt.

CODICES.

Coislin. Γ. Vat. Θ. Venet. ΞΣ. Paris. BCEF. Barber. y. Vat. σr. Vind. n. 54. Flor. a. b. c. x.

Separatim hic dialogus nondum a quoquam ante nos editus aut commentariis instructus fuit.

ΙΠΠΙΑΣ ΕΛΑΤΤΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΥΔΙΚΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

Cap. I. *ΕΥ.* Σὺ δὲ δὴ τί σιγᾷς, ὦ Σώκρατες, Ἱππίου τοσαῦτα ἐπιδειξαμένου, καὶ οὐχὶ ἢ συνεπαινεῖς τι τῶν εἰρημένων ἢ καὶ ἐλέγχεις, εἴ τί σοι μὴ καλῶς δοκεῖ εἰρηκέναι; ἄλλως τε ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ λελείμμεθα, οἳ μάλιστ' ἂν ἀντιποιησαίμεθα μετεῖναι ἡμῖν τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς. 363

ΣΩ. Καὶ μήν, ὦ Εὔδικε, ἔστι γ' ἃ ἡδέως ἂν πυθοίμην Ἱππίου ὧν νῦν δὴ ἔλεγε περὶ Ὁμήρου. καὶ B
γὰρ τοῦ σοῦ πατρὸς Ἀπημάντου ἤκουον, ὅτι ἡ Ἰλιὰς

P. 363. *Σὺ δὲ δὴ τί σιγᾷς*] Bas. 2. Flor. a. b. c. δὴ om. *ἡδέως ἂν πυθοίμην*] Hirschig. corr. ἂν ἀναπυθ.

P. 363. *ΕΥ. Σὺ δὲ δὴ τί σιγᾷς*] Absoluta oratione, quam Hippias ostentationis causa habuerat, Socrates meditabundus tacet, nec quidquam in ea vel laudat vel reprehendit. Itaque Eudicus sententiam eius auditurus: Σὺ δὲ δή, inquit, τί σιγᾷς; In quibus verbis quod libri nonnulli δὴ omittunt, vereor equidem, ut ita actionis perpetuitas et continuatio satis aperte significetur. Certe quidem nemo diffitebitur δὴ nunc pereleganter positum esse, ut voculam non aliam ob causam nisi errore omissam esse suspicari liceat.

ἄλλως τε ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ λελείμμεθα] Καὶ qua lege et conditione ita collocari soleat, acute disputavit Hermann. ad Viger. p. 780 sqq. cfr. ad Phaedon. p. 122. — *Αὐτοὶ* autem est soli, quemadmodum ponitur in formula αὐτοί ἐσμεν, aliisque similibus loquutionibus. v. Valcken. ad Phoen. v. 1235. Hemsterh. ad Lucian. Diall. Mort. X, 2. Kuster. ad Aristoph. Acharn. v. 506. Heusd. Specim. Crit. p. 30. Lenting. Act. Traiect. Nov. III. p. 64.

B. *Ἀπημάντου*—] De hoc non magis quidquam aliunde constat quam de Eudico filio. Suspicari autem ex hoc ipso loco licet fuisse eum hominem artium liberalium perquam stu-

κάλλιον εἴη ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια, τοσούτῳ δὲ κάλλιον, ὅσῳ ἀμείνων Ἀχιλλεὺς Ὀδυσσέως εἴη· ἑκάτερον γὰρ τούτων τῶν ποιημάτων τὸ μὲν εἰς Ὀδυσσέα ἔφη πεποιῆσθαι, τὸ δ' εἰς Ἀχιλλέα. περὶ ἐκείνου οὖν ἡδέως ἄν, εἰ βουλομένῳ ἐστὶν Ἱππίᾳ, ἀναπυθοίμην, ὅπως αὐτῷ δοκεῖ περὶ τοῖν ἀνδροῖν τούτοιν, πότερον ἀμείνω φησὶν εἶναι, ἐπειδὴ
C καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἡμῖν ἐπιδέδεικται καὶ περὶ ποιητῶν τε ἄλλων καὶ περὶ Ὁμήρου.

Cap. II. *ΕΥ*. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι οὐ φθονήσει Ἱππίας, ἐάν τι αὐτὸν ἐρωτᾷς, ἀποκρίνεσθαι. Ἦ γάρ, ὦ Ἱππία, ἐάν τι ἐρωτᾷ σε Σωκράτης, ἀποκρινεῖ; ἢ πῶς ποιήσεις;

III. Καὶ γὰρ ἂν δεινὰ ποιοίην, ὦ Εὔδικε, εἰ Ὀλυμπίαζε μὲν εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν,

B. *ὅσῳ ἀμείνων*] *ὅσον* Coisl. Vat. Par. EF. et pr. B. Dein ante *τῶν ποιημάτων* inserui *τούτων* ex Ven. Ξ. et Flor. x.

καὶ οὐδένα πώποτε ἀπεστέρησα χάριτος. οὐ γὰρ πώ-
ποτε ἔξαρνος ἐγενόμην μαθών τι, ἐμαυτοῦ ποιούμε-
νος τὸ μάθημα εἶναι ὡς εὕρημα, ἀλλ' ἐγκωμιάζω
τὸν διδάξαντά με ὡς σοφὸν ὄντα, ἀποφαίνων ἃ ἔμα-
θον παρ' αὐτοῦ. καὶ δὴ καὶ νῦν ἃ σὺ λέγεις οὐχ*
D *ὁμολογῶ σοι, ἀλλὰ διαφέρομαι πάνυ σφόδρα. καὶ
τοῦτ' εὖ οἶδα ὅτι δι' ἐμὲ γίγνεται, ὅτι τοιοῦτός εἰμι
οἷόςπέρ εἰμι, ἵνα μηδὲν ἐμαυτὸν μεῖζον εἴπω. ἐμοὶ
γὰρ φαίνεται, ὦ Ἱππία, πᾶν τοὐναντίον ἢ ὃ σὺ
λέγεις· οἱ βλάπτοντες τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀδικοῦν-
τες καὶ ψευδόμενοι καὶ ἐξαπατῶντες καὶ ἁμαρτάνον-
τες ἑκόντες, ἀλλὰ μὴ ἄκοντες, βελτίους εἶναι ἢ οἱ
ἄκοντες. ἐνίοτε μέντοι καὶ τοὐναντίον δοκεῖ μοι τού-
των, καὶ πλανῶμαι περὶ ταῦτα, δῆλον ὅτι διὰ τὸ*

E. *κατηβολὴ περιελήλυθε*] Coisl. Vat. Θ. Parr. Ven. Ξ. Flor. a. b. c. x. *κατηβολή*, quod pro vulg. *καταβολή* non dubitavimus hic revocare. De scriptura voc. v. Ruhnk. ad Tim. p. 154. Lobeck. ad Phryn. p. 699.

P. 373. *λόγον εἰ 'θέλεις λέγειν*] V. *ἐθέλεις*. Sed *εἰ θέλεις* codd. plerique omnes. v. Lobeck. ad Phryn. p. 7., qui recte statuit Atticos utramque formam promiscue usurpasse, quamquam enim a Latinis scriptoribus usurpari tralaticium est.

D. *ἵνα μηδὲν ἐμαυτὸν μεῖζον εἴπω*] ne quid maius s. magnificentius de me dicam. Proprium enim hoc sibi vindicat, quod non omnibus temere assentiatur.

οἱ βλάπτοντες τοὺς ἀνθρώπους — οἱ ἄκοντες] Repetendum ex antecedentibus est *φαίνονται* vel *δοκοῦσιν*. Apolog. Socrat. p. 25. B: *ἢ καὶ περὶ ἵππους οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν; οἱ μὲν βελτίους ποιοῦντες αὐτοὺς πάντες ἄνθρωποι εἶναι, εἷς δέ τις ὁ διαφθείρων;* intell. *δοκοῦσιν*. Ion. p. 541. A: *ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν δοκεῖ σοι; ὅςτις γε ἀγαθὸς ῥαψῳδός, καὶ στρατηγὸς ἀγαθὸς εἶναι;* De reliquis conf. ad Gorg. p. 450. A.

E. *ὥςπερ κατηβολὴ περιελήλυθε*] Gorg. p. 519. A: *ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας*, ubi hanc scripturam codd. tuentur. Schol. ad h. l. *κατηβολή, τὸ ἐπιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ καὶ Πελιάσι· λέγεται δὲ οὕτως ἡ τοῦ πυρετοῦ περίοδος, καὶ ὁρμή, καὶ μερίς, καὶ ἱερὰ νόσος, τὸ χρεών, τὸ καθῆκον, θυσία, τελετή, τὰ νομιζόμενα.* cfr. Ruhnk. ad Tim. p. 154.

αἰτιῶμαι δὲ — αἰτίους εἶναι] Loquendi genus satis frequens. Gorg. p. 518. D: *οἱ δ' οὖν δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἑστιῶντας αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι.* Phileb. p. 22. C: *αἰτιῴμεθ' ἂν ἑκάτερος ὁ μὲν τὸν νοῦν, ὁ δ' ἡδονὴν αἴτιον εἶναι.* Etiam omisso *εἶναι* dicitur *αἰτιόν τι αἰτιᾶσθαι*, veluti Legg. X. p. 886. Gorg. p. 519. A. Aliud quid est *τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι*,

E μὴ εἰδέναι. νυνὶ δὲ ἐν τῷ παρόντι μοι ὥςπερ κατηβολὴ περιελήλυθε, καὶ δοκοῦσι μοι οἱ ἑκόντες ἐξαμαρτάνοντες περί τι βελτίους εἶναι τῶν ἀκόντων. αἰτιῶμαι δὲ τοῦ νῦν παρόντος παθήματος τοὺς ἔμπροσθεν λόγους αἰτίους εἶναι, ὥςτε φαίνεσθαι νῦν ἐν τῷ παρόντι τοὺς ἄκοντας τούτων ἕκαστα ποιοῦντας πονηροτέρους ἢ τοὺς ἑκόντας. σὺ οὖν χάρισαι, καὶ μὴ φθονήσῃς ἰάσασθαι τὴν ψυχήν μου· πολὺ γάρ τοι μεῖζόν με ἀγαθὸν ἐργάσει ἀμαθίας παύσας τὴν ψυχὴν ἢ νόσου τὸ σῶμα. μακρὸν μὲν οὖν λόγον 373
εἰ 'θέλεις λέγειν, προλέγω σοι, ὅτι οὐκ ἄν με ἰάσαιο — οὐ γὰρ ἂν ἀκολουθήσαιμι, — ὥςπερ δὲ ἄρτι εἰ 'θέλεις μοι ἀποκρίνεσθαι, πάνυ ὀνήσεις, οἶμαι δὲ οὐδ' αὐτὸν σὲ βλαβήσεσθαι. δικαίως δ' ἂν καὶ σὲ παρακαλοίην, ὦ παῖ Ἀπημάντου· σὺ γάρ με ἐπῆρας

in pedestri sermone usus formae ἐθέλειν prope legitimus est. Itaque apostropho adhibito scripsimus εἰ 'θέλεις. Infinitivum λέγειν Steph. errore omittit, quod, ut fit, multis ansam praebuit suspicionibus inanibus.

καὶ σὲ παρακαλοίην] Vat. or. Ven. Σ. Vind. παρακαλοίμην, quod non edidit Bekkerus.

adiecto articulo: ea enim formula significat veram rei cuiuspiam causam afferre, ut Reipubl. I. p. 329. B: δοκοῦσιν οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι.

μὴ φθονήσῃς ἰάσασθαι τὴν ψυχήν μου] V. ad Protagor. p. 327. A. Remp. I. 338. A.

P. 373. μακρὸν μὲν οὖν λόγον —] Veretur Socrates, ne Hippias repudiata iam disserendi consuetudine ad longas illas et copiosas relabatur declamationes, quibus alias sophistae uti solebant. — Post λόγον quod infinitivum λέγειν vulgo neglectum ex codicibus nonnullis praeeunte Bekkero revocavimus, videmur ita coniectandi libidini in hoc loco grassatae finem posuisse.

καὶ σὲ παρακαλοίην] Quod Bekker. dedit παρακαλοίμην, id vereor ut se satis tueatur. Phaedon. p. 89. C: ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἔφη, τὸν Ἰόλεων παρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐστιν. Παρακαλῶ τοίνυν, ἔφην. Xenoph. Cyr. V. 5, 7: παρεκάλουν σε, ὅπως κοινῇ αὐτοὺς διώκοιμεν. Ibid. I. 5, 7: εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην, καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα. Sed quid multa? Veterem lectionem, praesertim codicum auctoritate adeo confirmatam, non prius damnandam censebo, quam παρακαλεῖσθαι, forma media, illa significatione usurpatum fuisse certis et indubitatis testimoniis demonstratum fuerit.

ἐπῆρας Ἱππίᾳ διαλέγεσθαι] Dictionem ἐπαίρειν τινὰ ποιεῖν τι, aliquem ad aliquid faciendum impellere vel inducere, ad Reip. III. p. 416. C. et Phaedr. p. 232. A. illustravimus.

Ἱππίᾳ διαλέγεσθαι· καὶ νῦν, ἐὰν μή μοι ἐθέλῃ Ἱππίας ἀποκρίνεσθαι, δέου αὐτοῦ ὑπὲρ ἐμοῦ.

ΕΥ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οἶμαι οὐδὲν δεήσεσθαι
B. Ἱππίαν τῆς ἡμετέρας δεήσεως. οὐ γὰρ τοιαῦτα αὐτῷ ἐστι τὰ προειρημένα, ἀλλ' ὅτι οὐδενὸς ἂν φύγοι ἀνδρὸς ἐρώτησιν. Ἦ γάρ, ὦ Ἱππία; οὐ ταῦτα ἦν ἃ ἔλεγες;

ΙΠ. Ἔγωγε. ἀλλὰ Σωκράτης, ὦ Εὔδικε, ἀεὶ ταράττει ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἔοικεν ὥςπερ κακουργοῦντι.

ΣΩ. Ὦ βέλτιστε Ἱππία, οὔ τι ἑκών γε ταῦτα ἐγὼ ποιῶ — σοφὸς γὰρ ἂν ἦν καὶ δεινὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, — ἀλλ' ἄκων· ὥςτε μοι συγγνώμην ἔχε·
C φῂς γὰρ αὖ δεῖν, ὃς ἂν κακουργῇ ἄκων, συγγνώμην ἔχειν.

ΕΥ. Καὶ μηδαμῶς γε, ὦ Ἱππία, ἄλλως ποίει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἕνεκα καὶ τῶν προειρημένων σοι λόγων ἀποκρίνου ἃ ἄν σε ἐρωτᾷ Σωκράτης.

ΙΠ. Ἀλλ' ἀποκρινοῦμαι, σοῦ γε δεομένου. Ἀλλ' ἐρώτα ὅ τι βούλει.

Cap. XVI. ΣΩ. Καὶ μὴν σφόδρα γε ἐπιθυμῶ, ὦ Ἱππία, διασκέψασθαι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον, πότεροί ποτε ἀμείνους, οἱ ἑκόντες ἢ οἱ ἄκοντες ἁμαρτάνοντες. οἶμαι οὖν ἐπὶ τὴν σκέψιν ὀρθότατ' ἂν ὧδε ἐλθεῖν· ἀλλ' ἀπόκριναι· καλεῖς τινα δρομέα ἀγαθόν;
D ΙΠ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ κακόν;

δέου αὐτοῦ ὑπὲρ ἐμοῦ] Editt. vett. et Bekk. περὶ ἐμοῦ. Veram lectionem, quam Heusdius coniectura assecutus erat, praebuit solus Flor. noster x.

δέου αὐτοῦ ὑπὲρ ἐμοῦ] Vulgatum περὶ ἐμοῦ corrigendum vidit rectissime Heusdius. Nam δέου περὶ ἐμοῦ foret roga eum de me, s. quod ad me attinet. Requiritur ὑπὲρ ἐμοῦ, quod significat pro me, meo nomine. Alia ratio est loci Xenoph. Cyrop. I. 2, 13: ἤν τι δέῃ περὶ τοῦ κοινοῦ, ubi recte dicitur περί, etsi §. 9. praecessit ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ.

B. οὐ γὰρ τοιαῦτα αὐτῷ ἐστι —] Nam quae antea ab eo dicta sunt, ea tale quid minime significabant; imo se ad omnes cuiuscunque quaestiones responsurum profitebatur. Mox κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις de disputatore captiosis rationibus agente aut verum malitiose occultante usurpatum notavit Wolf.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθὸς μὲν ὁ εὖ θέων, κακὸς δὲ ὁ κακῶς;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ βραδέως θέων κακῶς θεῖ, ὁ δὲ ταχέως εὖ;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἐν δρόμῳ μὲν ἄρα καὶ τῷ θεῖν τάχος μὲν ἀγαθόν, βραδύτης δὲ κακόν;

ΙΠ. Ἀλλὰ τί μέλλει;

ΣΩ. Πότερος οὖν ἀμείνων δρομεύς, ὁ ἑκὼν βραδέως θέων, ἢ ὁ ἄκων;

ΙΠ. Ὁ ἑκών.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ ποιεῖν τί ἐστι τὸ θεῖν;

ΙΠ. Ποιεῖν μὲν οὖν.

ΣΩ. Εἰ δὲ ποιεῖν, οὐ καὶ ἐργάζεσθαί τι;

ΙΠ. Ναί. E

ΣΩ. Ὁ κακῶς ἄρα θέων κακὸν καὶ αἰσχρὸν ἐν δρόμῳ τοῦτο ἐργάζεται;

ΙΠ. Κακόν. πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Κακῶς δὲ θεῖ ὁ βραδέως θέων;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς ἑκὼν τὸ κακὸν τοῦτο ἐργάζεται καὶ τὸ αἰσχρόν, ὁ δὲ κακὸς ἄκων;

ΙΠ. Ἔοικέ γε.

B. οὔ τι ἑκών γε] Vat. Θ. οὔτοι, probante Bekkero. Dein pro ἐγὼ ποιῶ, quod habent Vat. Θ. Par. BC. Barb. Coisl. Ven. ΞΣ. Flor. Vind., vulgo erat ἐγὼ ποιῶν.

ad Demosthen. Leptin. p. 334. Idem Socrati opprobrio vertit Callicles Gorg. p. 483. A: ὃ δὴ καὶ σὺ τοῦτο τὸ σοφὸν κατανενοηκὼς κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις.

οὔ τι ἑκών γε ταῦτα — ἀλλ' ἄκων] Bekkerus οὔτοι edidit, me quidem nón suffragante; v. ad Hipp. mai. p. 297. E.

C. Καὶ μηδαμῶς γε — ἄλλως ποίει] Schleiermacherus: „Sehr sonderbar steht diese Redensart voran, die wir sonst nur als beschliessende Ermahnung gewohnt sind." v. ad Remp. I. p. 328. B.

D. ἀλλὰ τί μέλλει] h. e. quidni? Formulam hanc approbantis ad Hipp. mai. p. 287. D. notavimus.

ΣΩ. Ἐν δρόμῳ μὲν ἄρα πονηρότερος ὁ ἄκων
κακὰ ἐργαζόμενος ἢ ὁ ἑκών;
ΙΠ. Ἐν δρόμῳ γε.
374 ΣΩ. Τί δ' ἐν πάλῃ; πότερος παλαιστὴς ἀμεί-
νων, ὁ ἑκὼν πίπτων, ἢ ὁ ἄκων;
ΙΠ. Ὁ ἑκών, ὡς ἔοικε.
ΣΩ. Πονηρότερον δὲ καὶ αἴσχιον ἐν πάλῃ τὸ
πίπτειν, ἢ τὸ καταβάλλειν;
ΙΠ. Τὸ πίπτειν.
ΣΩ. Καὶ ἐν πάλῃ ἄρα ὁ ἑκὼν τὰ πονηρὰ καὶ
αἰσχρὰ ἐργαζόμενος βελτίων παλαιστὴς ἢ ὁ ἄκων.
ΙΠ. Ἔοικε.
ΣΩ. Τί δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ πάσῃ τῇ τοῦ σώματος
χρείᾳ; οὐχ ὁ βελτίων τὸ σῶμα δύναται ἀμφότερα
B ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἰσχυρὰ καὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ τὰ
αἰσχρὰ καὶ τὰ καλά; ὥςτε ὅταν κατὰ τὸ σῶμα πο-
νηρὰ ἐργάζηται, ἑκὼν ἐργάζεται ὁ βελτίων τὸ σῶμα,
ὁ δὲ πονηρότερος ἄκων;

P. 374. *Ὁ ἑκών, ὡς ἔοικεν*] Additum *ὡς* e Ven. Σ. Flor. x. Bas. 1. 2. Vulgo aberat. Alioquin coniuncte scribendum *Ὁ ἑκὼν ἔοικεν*, quod minus placet.

οὐχ ὁ βελτίων τὸ σῶμα δ. ἀμφ.] Heusdius e Ficini vers.

P. 374. *ἐν τῇ ἄλλῃ πάσῃ τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ*] Bekkerum repetitus articulus adeo male habuit, ut alterum *τῇ* ante *τοῦ σώματος* positum tanquam vitii suspectum notaverit. Sed non putamus esse causam idoneam, cur quidquam loco movendum censeamus. De Rep. I. p. 328. D: *αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί*. Ibid. II. p. 368. B: *ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου*. Ibid. III. p. 407. B: *ἥ γε περαιτέρω γυμναστικῆς ἡ περιττὴ αὕτη ἐπιμέλεια*. VIII. p. 566. D: *περὶ τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερόν*. IX. p. 590. A: *τὸ δεινὸν τὸ μέγα ἐκεῖνο καὶ πολυειδὲς θρέμμα*, ubi v. ann. coll. not. ad Gorg. p. 194. Nimirum *τῇ τοῦ σώματος*, i. e. *ἥ ἐστι τοῦ σώματος*, propterea interposuit, quod deinceps corporis operae oppositurus est alia. — Mox *τὰ ἰσχυρὰ* et *τὰ ἀσθενῆ* sunt quae hominis sunt robusti vel debilis et infirmi: qui usus loquendi notatione dignus est.

B. *Ἔοικε κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν*] Vett. editt. *ἔοικε καὶ κατὰ τ. ἰσχ.* Codd. mss. longe plurimi *ἔοικε καὶ τὰ κατὰ τ. ἰσχ.* Sed *καὶ* illud omittunt duo libri optimae notae, nec illud dubitavimus protenus eiicere. Duo genera rerum memoraverat Socrates, in quibus qui corpore meliore uteretur excellere putandus esset, *τὰ ἰσχυρὰ καὶ τὰ ἀσθενῆ*, et *τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ καλά*. Largitur igitur Hippias

ΙΠ. Ἔοικε κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Τί δὲ κατ' εὐσχημοσύνην, ὦ Ἱππία; οὐ τοῦ βελτίονος σώματός ἐστιν ἑκόντος τὰ αἰσχρὰ καὶ πονηρὰ σχήματα σχηματίζειν, τοῦ δὲ πονηροτέρου ἄκοντος; ἢ πῶς σοι δοκεῖ;

ΙΠ. Οὕτω.

ΣΩ. Καὶ ἀσχημοσύνη ἄρα ἡ μὲν ἑκούσιος πρὸς ἀρετῆς ἐστίν, ἡ δὲ ἀκούσιος πρὸς πονηρίας σώματος. C

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τί δὲ φωνῆς πέρι λέγεις; ποτέραν φῂς εἶναι βελτίω, τὴν ἑκουσίως ἀπᾴδουσαν, ἢ τὴν ἀκουσίως;

ΙΠ. Τὴν ἑκουσίως.

ΣΩ. Μοχθηροτέραν δὲ τὴν ἀκουσίως;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Δέξαιο δ' ἂν πότερον τἀγαθὰ κεκτῆσθαι, ἢ τὰ κακά;

ΙΠ. Τἀγαθά.

legendum coniecit: οὐχ ὁ ἰσχυρότερος καὶ βελτίων τ. σ. Non opus.

B. Ἔοικε κατὰ τὴν ἰσχύν] V. ἔοικε καὶ κατὰ τ. ἰσχ. Recte καὶ om. Vat. Θ. Par. F. In Florr. Vind. Coisl. Ven. Σ. Par. BC. scriptum exstat ἔοικε καὶ τὰ κατὰ τ. ἰσχ.

de priore quidem genere, quod corporis robore contineatur, ita iudicari oportere. Sentiens vero Socrates eum de altero genere adhuc dubitare, statim deinde ita pergit disserere, ut idem etiam de turpitudine et honestate statuendum esse arguat. In hac igitur sententiarum consecutione equidem non video, quibus argumentis otiosum illud καὶ defendi queat, quod procul dubio e proximo κατὰ natum est. Indidem originem duxit quod habent plurimi codices καὶ τὰ κ. Fateor tamen me ad sententiae integritatem aliquid desiderare. Quum enim Hippias unam tantum partem eius, quam Socrates posuerat, sententiae veram esse concedat, vide, ne scribendum sit: ἔοικε κατά γε τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν, ut p. 375. B: ἐν τοξικῇ γε. ΣΩ. Τί δ' ἐν ἰατρικῇ; His vero ita exploratis non puto fore qui Heusdio assentiatur totum locum ita refingenti: — ὁ δὲ πονηρότερος ἄκων· ἔοικέ γε καὶ κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν. Hipp. Ἔοικε. Socr. Τί δὲ κατ' εὐσχημ. Quod enim vir egregius dicit Hippiam servata veteri verborum distinctione Socrati nimis officiose assentiri, concedit sophista profecto non plus quam propter superiorem argumentationem concedere coactus est: quod nondum erat exploratum, id pro vero ducendum esse etiamnunc dubitat.

πρὸς ἀρετῆς ἐστιν] h. e. virtuti tribuenda est.

ΣΩ. Πότερον οὖν ἂν δέξαιο πόδας κεκτῆσθαι ἑκουσίως χωλαίνοντας, ἢ ἀκουσίως.

ΙΠ. Ἑκουσίως.

D ΣΩ. Χωλεία δὲ ποδῶν οὐχὶ πονηρία καὶ ἀσχημοσύνη ἐστί;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ; ἀμβλυωπία οὐ πονηρία ὀφθαλμῶν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ποτέρους οὖν ἂν βούλοιο ὀφθαλμοὺς κεκτῆσθαι καὶ ποτέροις συνεῖναι; οἷς ἑκὼν ἄν τις ἀμβλυώττοι καὶ παρορῴη, ἢ οἷς ἄκων;

ΙΠ. Οἷς ἑκών.

ΣΩ. Βελτίω ἄρα ἥγησαι τῶν σαυτοῦ τὰ ἑκουσίως πονηρὰ ἐργαζόμενα, ἢ τὰ ἀκουσίως;

ΙΠ. Τὰ γοῦν τοιαῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν πάντα, οἷον καὶ ὦτα καὶ ῥῖνας καὶ στόμα καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις, εἷς λόγος συνέχει, E τὰς μὲν ἀκόντως κακὰ ἐργαζομένας ἀκτήτους εἶναι ὡς πονηρὰς οὔσας, τὰς δὲ ἑκουσίως κτητὰς ὡς ἀγαθὰς οὔσας.

ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

Cap. XVII. ΣΩ. Τί δέ; ὀργάνων ποτέρων

C. *Πότερον οὖν ἂν δ.*] ἂν ξοὖν ex uno cod. Utrumque quum usitatum sit, ubique meliorum codicum auctoritati obtemperandum censemus,

P. 375. *ἱππεύσει ἄμεινον, ἢ ᾗ ἄκων*] V. ἀμείνων, quod iam Cornar. recte emendavit. Habet ἄμεινον Venet. Σ. Dein ᾗ vulgo aberat, quod Corn. et Steph. merito desideraverunt Exhibuit nunc Venet. Ξ. et corr. Coisl.

τῇ δὲ τῆς πονηρᾶς ἀκουσίως] V. τὰ δὲ τῆς πονηρίας. Pro τὰ recte τῇ Ven. Σ. Par. BE. Barb. Vat. or. Florentini, Vind. Loco πονηρίας autem praebuerunt πονηρᾶς Ven. Σ. Vat. or. Ita-

D. *καὶ ποτέροις συνεῖναι*] Similiter postea: ὀργάνων ποτέρων βελτίων ἡ κοινωνία;

P. 375. *Τῇ ἀμείνονι ἄρα ψυχῇ — ἀκουσίως*] Legebatur olim — ἑκουσίως ἂν ποιοῖ, τὰ δὲ τῆς πονηρίας ἀκουσίως. At nunc non factorum genera, sed animorum naturae contrariae discernuntur. Quocirca Cornarius legendum putabat: τῇ δὲ τῆς πονηρίας. Schleiermach. autem coniectabat τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πονηρᾷ s. πονηροτέρᾳ. ἀκ. Omnem dubitationem sustulerunt libri manuscripti, quorum auctoritatem cum Bekkero sumus se-

βελτίων ἡ κοινωνία; οἷς ἑκὼν τις κακὰ ἐργάζεται, ἢ οἷς ἄκων; οἷον πηδάλιον, ᾧ ἄκων κακῶς τις κυβερνήσει, βέλτιον, ἢ ᾧ ἑκών;

ΙΠ. Ὧι ἑκών.

ΣΩ. Οὐ καὶ τόξον ὡςαύτως καὶ λύρα καὶ αὐλοὶ καὶ τἆλλα ξύμπαντα;

ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τί δέ; ψυχὴν κεκτῆσθαι ἵππου, ᾗ ἑκών τις κακῶς ἱππεύσει, ἄμεινον, ἢ ᾗ ἄκων; 375

ΙΠ. Ἧι ἑκών.

ΣΩ. Ἀμείνων ἄρα ἐστί.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τῇ ἀμείνονι ἄρα ψυχῇ ἵππου τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα ταύτης τὰ πονηρὰ ἑκουσίως ἂν ποιοῖ, τῇ δὲ τῆς πονηρᾶς ἀκουσίως;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ κυνὸς καὶ τῶν ἄλλων ζώων πάντων;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δὲ δή; ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκτῆσθαι τοξότου ἄμεινόν ἐστιν, ἥτις ἑκουσίως ἁμαρτάνει τοῦ σκοποῦ, ἢ ἥτις ἀκουσίως;

---

que hic quoque virorum doctorum coniecturae sunt supervacaneae. Verum restituit Bekk. Hirschig de suo dedit ποιοίη, τῇ δὲ [τῆς] πονηρᾷ.

ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκτῆσθαι] Sic Coisl. Vat. Θr. Ven. ΞΣ. Par. B C. Barb. Vind. Flor. a. b. c., qui paullo ante et mox etiam κεκτῆσθαι tuentur. Sed hanc formarum varietatem Plato non videtur refugisse, cfr. Theaet. p. 198. D. Legg. XII. p. 954. C. al. cfr. Pierson. ad Moer. p. 225. V. κεκτῆσθαι. Dein libri perverse: ἀμείνονός ἐστιν, quod correxit Cornarius. Usus Ven. Ξ. ex corr. habet ἄμεινον.

---

quuti. Inest enim in altero membro breviloquentia. Plenius dicendum fuit: τῇ δὲ (i. e. altera vero, quae τῇ ἀμείνονι est contraria) τὰ τῆς πονηρᾶς ἔργα ἀκουσίως.

ἀνθρώπου ψυχὴν — τοξότου] Phaedon. p. 87. B: ὥςπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου ἀποθανόντος λέγοι. Ita iam Homer. Odyss. XIII, 123: ὁδίτης ἄνθρωπος. Iliad. XVI, 263: ἄνθρωπος ὁδίτης. conf. Buttmann. Gr. §. 123. ann. 2. Matthiae Gr. §. 430. 6., ex quibus ille originem huius loquendi generis egregie monstravit.

B ΙΠ. Ἥτις ἑκουσίως.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὕτη ἀμείνων εἰς τοξικήν ἐστι;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ψυχὴ ἄρα ἀκουσίως ἁμαρτάνουσα πονηροτέρα ἢ ἑκουσίως.

ΙΠ. Ἐν τοξικῇ γε.

ΣΩ. Τί δ' ἐν ἰατρικῇ; οὐχὶ ἡ ἑκοῦσα κακὰ ἐργαζομένη περὶ τὰ σώματα ἰατρικωτέρα;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἀμείνων ἄρα αὕτη ἐν ταύτῃ τῇ τέχνῃ τῆς μὴ [ἰατρικῆς].

ΙΠ. Ἀμείνων.

ΣΩ. Τί δέ; ἡ κιθαριστικωτέρα καὶ αὐλητικωτέ-
C ρα καὶ τἆλλα πάντα τὰ κατὰ τὰς τέχνας τε καὶ τὰς ἐπιστήμας οὐχὶ ἡ ἀμείνων ἑκοῦσα τὰ κακὰ ἐργάζεται καὶ τὰ αἰσχρὰ καὶ ἐξαμαρτάνει, ἡ δὲ πονηροτέρα ἄκουσα;

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που τάς γε τῶν δούλων ψυχὰς κεκτῆσθαι δεξαίμεθ' ἂν μᾶλλον τὰς ἑκουσίως ἢ τὰς ἀκουσίως ἁμαρτανούσας τε καὶ κακουργούσας, ὡς ἀμείνους οὔσας εἰς ταῦτα.

B. καὶ αὐλητικωτέρα] Sic Vind. Flor. b. x. Coisl. Vat. Θr. Ven. Ξ. Par. BCF. Barb. Vulgo erat καὶ ἡ αὐλητ.

C. βελτίστην ἐκτῆσθαι] V. κεκτῆσθαι, quod e Flor. a. b. c. x. mutavi.

D. οὐχὶ ἡ δύναμις] V. ἡ aberat. Exhibuerunt Coisl. Vatt. Ven. ΞΣ. Par. F. Barb. Vind.

B. Ἀμείνων ἄρα — τῆς μὴ [ἰατρικῆς] Istud ἰατρικῆς argumentationis rationi adversari acute vidit Schleiermacherus. Nolumus tamen ipsi scriptori vitio dare, quod inertiae scioli alicuius acceptum referimus. Delendum potius arbitramur ineptum additamentum, quo sublato liquet ad τῆς μὴ ex praegressis intelligi oportere ἑκούσης κακὰ ἐργαζομένης.

D. οὐχὶ ἡ δύναμίς τίς ἐστιν — ἢ ἀμφότερα] Socratem virtutem voluisse contineri scientia praeter alios testantur Xenoph. Mem. III. 9, 5. Plat. Prot. p. 352 sq. Aristot. Eth. Eud. I. 5. Eth. Nicom. VI. 13, 3. ed. Zell. III. 8, 6. Magn. Moral. I. 35. Nec dubitamus eum δύναμιν quoque quandam animi ad eius naturam retulisse, quum virtutem vita et moribus exprimendam esse constanter docuerit. Ita-

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ; τὴν ἡμετέραν αὐτῶν οὐ βουλοίμεθ' ἂν ὡς βελτίστην ἐκτῆσθαι;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν βελτίων ἔσται, ἐὰν ἑκοῦσα κακουργῇ τε καὶ ἐξαμαρτάνῃ, ἢ ἐὰν ἄκουσα; D

ΙΠ. Δεινὸν μέντ' ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες, εἰ οἱ ἑκόντες ἀδικοῦντες βελτίους ἔσονται ἢ οἱ ἄκοντες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν φαίνεταί γε ἐκ τῶν εἰρημένων·

ΙΠ. Οὔκουν ἔμοιγε.

Cap. XVIII. *ΣΩ.* Ἐγὼ δ' ᾤμην, ὦ Ἱππία, καὶ σοὶ φανῆναι. πάλιν δ' ἀπόκριναι· ἡ δικαιοσύνη οὐχὶ ἢ δύναμίς τίς ἐστιν, ἢ ἐπιστήμη, ἢ ἀμφότερα; ἢ οὐκ ἀνάγκη ἕν γέ τι τούτων εἶναι τὴν δικαιοσύνην; E

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν δύναμίς ἐστι τῆς ψυχῆς ἡ δικαιοσύνη, ἡ δυνατωτέρα ψυχὴ καὶ δικαιοτέρα ἐστί; βελτίων γάρ που ἡμῖν ἐφάνη, ὦ ἄριστε, ἡ τοιαύτη.

ΙΠ. Ἐφάνη γάρ.

ΣΩ. Τί δ' εἰ ἐπιστήμη; οὐχ ἡ σοφωτέρα ψυχὴ δικαιοτέρα, ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα;

E. *ψυχὴ καὶ δικαιοτέρα ἐστίν*] *καὶ* addidi e Flor. x. *ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα;* HIPP. * *Ναί.* SOCR. *Τί δ' εἰ ἀμφ.*] *Ναί*, quod deerat in vett. editt., e Ficino restituendum Heusdius vidit. Exhibuerunt illud etiam Coisl. et Par. ex corr.

que Plato hoc etiam loco Socratico placito in rem suam usus est, nec opus fuit, ut, cur ita statueret, aliquo modo significaret.

E. *ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα; οὐχ οὕτως ἀνάγκη ἔχειν*] In his quia agitur de animo scientia pariter atque facultate praedito, mirum sane videtur quod tantum hoc subiicitur: *ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα*, ut verendum sit, ne quid exciderit. Non absona Heusdii est coniectura, scribendum suspicantis *ἡ δὲ ἀμαθεστέρα καὶ ἀσθενεστέρα*. Ficinus vero: Quid si utrumque? an non quae ambo haec habet, scientiam scilicet et potentiam, iustior erit? quae non habet, iniustior? Cuius si quid valet auctoritas, extruso illo *ἀμαθεστέρα* reponendum potius erit *ἡ δε μή*, *ἀδικωτέρα*. Sed quid verum sit,

ΙΠ. * Ναί.

ΣΩ. Τί δ' εἰ ἀμφότερα; οὐχ ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα, ἐπιστήμην καὶ δύναμιν, δικαιοτέρα, ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα; οὐχ οὕτως ἀνάγκη ἔχειν;

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ δυνατωτέρα καὶ σοφωτέρα αὕτη ἀμείνων οὖσα ἐφάνη καὶ ἀμφότερα μᾶλλον δυναμένη ποιεῖν, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, περὶ πᾶσαν ἐργασίαν;

376 ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ὅταν ἄρα τὰ αἰσχρὰ ἐργάζηται, ἑκοῦσα ἐργάζεται διὰ δύναμιν καὶ τέχνην. ταῦτα δὲ δικαιοσύνης φαίνεται, ἤτοι ἀμφότερα, ἢ τὸ ἕτερον.

ΙΠ. Ἔοικε.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε ἀδικεῖν κακὰ ποιεῖν ἐστι, τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖν καλά.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ δυνατωτέρα καὶ ἀμείνων ψυχή ὅταν περ ἀδικῇ, ἑκοῦσα ἀδικήσει, ἡ δὲ πονηρὰ ἄκουσα;

ΙΠ. Φαίνεται.

B ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθὸς ἀνὴρ ὁ τὴν ἀγαθὴν ψυχὴν ἔχων, κακὸς δὲ ὁ τὴν κακήν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἀγαθοῦ μὲν ἄρα ἀνδρός ἐστιν ἑκόντα ἀδικεῖν, κακοῦ δὲ ἄκοντα, εἴπερ ὁ ἀγαθὸς ἀγαθὴν ψυχὴν ἔχει.

ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν ἔχει γε.

ΣΩ. Ὁ ἄρα ἑκὼν ἁμαρτάνων καὶ αἰσχρὰ καὶ

quoniam codices omnes veterem scripturam servant, vix certo definiri poterit. Hoc unum vero deprecamur vehementer, ne quis talibus locis, librariorum culpa depravatis, ad huius scripti fidem et auctoritatem labefactandam abutatur.

P. 376. ταῦτα δὲ δικαιοσύνης φαίνεται] Videl. δύναμις καὶ τέχνη.

ὅταν περ ἀδικῇ] si quando iniuste facit. Diligenter haec animadvertas. Nam Socrates neminem volentem peccare statuebat. Itaque captiosa hac argumentatione utitur nonnisi sophistae ridendi gratia. Eodem referas quae mox dicuntur: ὁ ἄρα ἑκὼν ἁμαρτάνων, εἴπερ τίς ἐστιν οὗτος.

B. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ

ἄδικα ποιῶν, ὦ Ἱππία, εἴπερ τίς ἐστιν οὗτος, οὐκ ἂν ἄλλος εἴη ἢ ὁ ἀγαθός.

ΙΠ. Οὐκ ἔχω, ὅπως σοι συγχωρήσω, ὦ Σώκρατες, ταῦτα.

ΣΩ. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ Ἱππία· ἀλλ' ἀναγκαῖον οὕτω φαίνεσθαι νῦν γε ἡμῖν ἐκ τοῦ λόγου. C ὅπερ μέντοι πάλαι ἔλεγον, ἐγὼ περὶ ταῦτα ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι καὶ οὐδέποτε ταὐτά μοι δοκεῖ. καὶ ἐμὲ μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν πλανᾶσθαι οὐδὲ ἄλλον ἰδιώτην· εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς πλανήσεσθε οἱ σοφοί, τοῦτο ἤδη καὶ ἡμῖν δεινόν, εἰ μηδὲ παρ' ὑμᾶς ἀφικόμενοι παυσόμεθα τῆς πλάνης.

Ἱππία] h. e. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἔχω ὅπως ἐμοὶ συγχωρήσω. Etiam hic locus Astium avocare poterat ab ea opinione, qua multa statuit in hoc libro contineri, quae cum Socratica et Platonica doctrina pugnare iudicanda sint. Scilicet Socrates ipse colloquio extremo fatetur sibi alia omnia probari, quam quae superiore disputatione inventa sint, atque acerba cum irrisione sortem suam deplorat, quod ne a sapientibus quidem veram rei rationem edoceatur, ut cur sic vel aliter iudicandum sit, perspicue intelligat.

I O

PLATONIS DIALOGUS.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO ALTERA PLURIMUM EMENDATA ET
LOCUPLETATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE,

SUMTIBUS HENNINGS.

MDCCCLVII.

PROLEGOMENA

ad

I O N E M.

Socrates Ionem Ephesium, rhapsodum, sibi alicubi obvium factum, interrogat, unde Athenas venerit. Cui ille respondet, advenisse se modo Epidauro, ubi in Asclepiorum celebritate prima certaminis praemia reportaverit *). Ibi vero Socrates hortatur hominem, ut partas alibi laudes etiam Athenis in Panathenaeorum solemnibus tueatur, urbanaque cum irrisione felicitatem rhapsodorum praedicat, qui non modo corpore insigniter ornati procedant, verum etiam in poetis praestantissimis imprimisque Homero tractandis ita versentur, ut non tantum versus eorum recitent, sed etiam mentem ac sententiam illorum plane percipiant, quandoquidem bonum recitatorem cuiusque poetae conveniat etiam intelligentissimum esse eius interpretem **). Quam quidem Socratis sententiam Io protenus ita probat et amplectitur, ut ultro suam hoc in genere sollertiam et scientiam praedicet insolenti cum iactantia atque adeo sese omnium optime de Homero dicere posse profiteatur, non indignum corona aurea sibi ab Homeridis donanda ***). Itaque Socrates sese fatetur eius recitationes opportuno tempore et ipsum esse auditurum; nunc autem eum vult sibi ostendere ac declarare, utrum de Homero tantum,

*) P. 530. A.

**) P. 530. B. C.

***) P. 530. D. E.

an etiam de Hesiodo et Archilicho possit tam praeclare dicere. Qua interrogatione accepta ille sese negat in aliis poetis quam in Homero tractando versari solere, quoniam id unum sibi plane sufficiat *). Tum vero Socrates adversus eum sic fere disputat: Sicubi, inquit, Homerus et Hesiodus eadem plane cantant, ibi vero tu utrumque poetam iure profitearis pari facultate abs te exponi posse. Sin autem illi canant diversa, tum certe aliquis eorum, qui rerum ab iis memoratarum periti sint, ipsos te melius interpretaturus fuerit. Qui igitur fit, ut tu de uno Homero cognita habeas omnia, quum tamen is eadem fere canat, quae canunt poetae reliqui, bella, hominum ac deorum commercia, res apud superos atque inferos gestas, ortum heroum atque deorum, et quae sunt id genus alia? *) — Hic vero rhapsodus in angustias compulsus, ne ipse suam fateri cogatur artis ignorantiam, missa rerum consideratione, protenus confugit ad rationem atque viam, qua Homerus res tractaverit. Respondet enim hunc neutiquam res easdem perinde tractavisse atque poetas reliquos, sed longe illis melius ac perfectius. Quo responso accepto Socrates iam argute hunc in modum disputat. Si quis, inquit, ex multis existat, qui vel de numerorum rationibus vel de ciborum salubritate omnium optime verba faciat, certe futurum est, ut unus aliquis non modo eum, qui optime, sed etiam illos, qui minus bene dicant, cognoscat et a reliquis discernat, eritque ille arithmeticus et medicus. Ex quo perspicitur, unum semper eundemque esse, qui et male et bene dicentes cognoscat, quandoquidem sine pravi intelligentia et cognitione nec ullum potest esse recti iudicium. Iam vero Homerum censuisti Hesiodo et Archilocho melius de iisdem rebus dicere. Igitur perspectam habes Hesiodi et Archilochi rationem non minus quam Homeri virtutes. Ex quo consequens est, ut perinde in ceteris poetis explicandis quam in tractando Homero excellere existimandus sis ***). Qua argumentatione postquam homo rursus

*) P. 531. A.

**) P. 531. B. C.

***) P. 531. D. — 532. B.

ad incitas redactus est, quandoquidem praeter spem et opinionem ita evenit, ut ipsi concedendum sit artis suae amplitudinem aliquanto esse maiorem quam rerum veritati conveniat, ultro iam miratur, cur tandem, si quando de alio poeta verba faciat, neque animum ad propositum adtendat neque memorabile quiddam in medium afferre possit, sed revera dormitet; quando autem aliquis Homeri mentionem iniiciat, statim erigatur, e somno excitetur, adeoque in promtu habeat, quod dicendum sit. Ad haec vero Socrates ei deinceps respondet elegantissime sic, ut rei prima specie perquam mirabilis caussam et rationem aperire conetur. Etenim patere inde arbitratur, rhapsodum omnino destitutum esse arte ac scientia (τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ); quam si teneret, sine dubio futurum esse, ut etiam de reliquis poetis neque de uno tantum Homero declamaret; poesin enim unum quiddam esse; eum vero, qui artem aliquam, quaecunque demum sit, totam complectatur, etiam de partibus eius singulis posse iudicare et statuere *). Concedit haec rhapsodus, qui quo magis etiam in hoc iudicio suo confirmetur, Socrates eandem sententiam adhuc uberius illustrat exemplis ex arte pictoria, statuaria, musica repetitis **).

Sed quantumvis ille largiatur vera esse, quae modo demonstrata sint, tamen usque in ea perseverat sententia, ut se de uno tantum Homero laudabiliter dicere posse asseveret, quippe suam ipse facultatem e re et veritate aestimans ***). Quo facto Socrates ipsi veras rei rationes etiam dilucidius explanare orditur, quandoquidem dehinc accuratius exponit, quod antea breviter tantum significaverat. Nimirum est haec tua facultas, inquit, o bone, qua de Homero praeclare declamitare potes, neutiquam ars aut scientia appellanda, sed dicenda potius vis quaedam divina, tamquam lapide quodam magnete excitata et per longiorem extenta seriem connexorum. Res enim haec est. Primum quidem Musa poetarum animos incitat, siquidem poetae neutiquam arte et

*) P. 532. B. C.
**) P. 532. C. — 533. C.
***) P. 533. C.

scientia, sed potius divino afflati spiritu poemata sua canunt; sunt enim illi, dum ita faciunt, neutiquam mentis suae compotes, sed agitantur potius, mente alienata, tamquam furore quodam. Ex quo evenit, ut singuli poetae fere in singulis tantum poesis partibus versentur in iisque excellant; quod certe secus esset habiturum, si arte et scientia canerent: ita enim si de una parte possent bene dicere, etiam de reliquis omnibus possent. At enim vero agitantur illi, ut diximus, inscii numine divino carentque arte atque scientia *). Quemadmodum autem poetae ipsorum deorum numine et instinctu moventur, sic rursus rhapsodi tamquam vi magnetis aliqua, etiam secundos ac tertios annulos apprehendentis, poetarum spiritu corripiuntur, ita ut poetarum sint interpretes, sicuti hi ipsi deorum. Itaque ne rhapsodi quidem in carminibus poetarum recitandis et ornandis arte aliqua aut scientia utuntur, sed poetarum repleti spiritu tamquam coeco mentis impetu feruntur. Ex quo perspicuum fit, cur tu, o bone, in uno Homero celebrando verseris, de aliis poetis nihil in medium afferre possis. Nimirum hoc sorte quadam divina ita fieri existimandum est. Quemadmodum enim poetae ipsi, quoniam non arte et scientia valent, sed uno spiritu divino ducuntur, in uno fere poesis genere versantur, ita ne rhapsodi quidem, quoniam aliunde accipiunt spiritum et furorem, quo agitantur, compluribus poetis simul operam dare possunt; arte autem et scientia si pollerent, illos omnes atque singulos studio suo complecterentur, quandoquidem artis ac disciplinae haec vis atque natura est, ut quaecunque ipsi subiecta sunt, ea scrutari, cognoscere et intelligere doceat **).

His vero auditis Io fatetur quidem se in ciendis audientium affectibus et animi perturbationibus eiusmodi spiritu mentisque concitatione indigere; verum illud non concedit, quod Socrates ostendere studuerat, rhapsodiam, hoc est, operam rhapsodorum, artis et scientiae ratione plane esse destitutam. Quocirca iam inde a p. 536. E. postrema pars disputa-

*) P. 533. C. — 535. A.
**) P 535. C. — 536. D.

tionis exorditur, qua Socrates Ioni probare studet, ipsum nec ideo carmina Homeri videri satis intelligere, quia quae de variis artibus iis contineantur, ea non recte possint intelligi nisi ab hominibus harum artium peritis. Redit autem summa huius sermonis omnino huc.

Socrates posteaquam rhapsodum, iamiam artis suae specimem aliquod propositurum, ab hoc consilio suo prohibuit, quo certe futurum fuerat, ut omnis disserendi opportunitas prorsus auferretur, iam ex illo quaerit, num rhapsodi omnia, quae ab Homero dicantur, iudicare soleant. Affirmat hoc Io sibique stolidissima arrogantia omnium earum rerum scientiam atque cognitionem attribuit, quae a poeta memorentur. Quibus auditis Socrates unamquamque artem ostendit suam sibi habere tamquam ditionem ab aliarum artium finibus seiunctam, ideoque ea, quae Homerus de curribus regendis, de adhibendis medicamentis, de ducendis exercitibus, aliis rebus multis, canat, non a rhapsodis, sed ab artium peritis, hoc est, aurigis, medicis, imperatoribus, recte subtiliterque iudicatum iri *). Itaque Io iam interrogatur, quid tandem illud esse putandum sit, quod ars rhapsodorum sibi tamquam materiam subiectum habeat. Ibi vero ille non quidem iam amplius contendit, quod antea iudicaverat, omnia ei esse subiecta; ne tamen plane de possessione, quam modo occupaverat, depellatur, rhapsodos saltem novisse ait, quinam sermones viris et mulieribus, servis et liberis, parentibus et imperantibus conveniant. Horum igitur quid deceat, quid non, ipse quoque sibi videtur satis iudicare posse **). Dubitat tamen Socrates etiam de huius sententiae veritate, qui hunc in modum contra disputat: Quae quis imperat nautis, inquit, aut aegrotantibus, ea certe gubernator et medicus rhapsodo melius intelligent. Porro etiam ea, quae servi dicant, melius ab ipsis servis intelligentur, ut quum bubulcus audit ea, quae alius servus ad boves ferocientes placandos loquatur. Atque par etiam

*) P. 536. E. — 539. E.

**) P. 539. E. — 540. B.

ratio est mulierum *). Iam vero ubi Socrates de duce exercitus sciscitatur **), Io protenus mentem mutat. Audacter enim affirmat et contendit, artem imperatoriam plane eandem esse atque rhapsodicam, certe quidem sese profitetur novisse, quinam sermones ducem exercitus omnino deceant ***). Tum vero Socrates: Ergone qui bonus est rhapsodus, is etiam bonus dux erit? et vicissim, qui est bonus dux, idem erit etiam bonus rhapsodus? Ad quae homo ita respondet, ut illud affirmet, hoc neget. Nempe istud quidem continuo fateri coactus est, non omnes duces exercitus etiam esse rhapsodos. Tum vero Socrates alterum illud aggreditur, quod homo statuit, bonum rhapsodum eundem esse etiam bonum imperatorem. Nonne tu, o bone, inquit, Graecorum optimus rhapsodus es? Ait ille. Num ergo etiam optimus dux es Graecorum? Certe, respondet alter, idque ex Homeri carminibus didici. Ad haec vero ille: Quid igitur? inquit; cur tandem isto pacto ut rhapsodus peragras Graeciam, neque umquam dux exercitus creatus es? Excusat ille rerum conditionem, qua Ephesiorum civitas Atheniensium imperio subiecta sit neque ab Atheniensibus et Lacedaemoniis exteri aut peregrini duces creari soleant Hanc vero sententiam hominis postquam Socrates compluribus exemplis confutavit, iisque luculentissimis et partim ex recentissimi temporis memoria depromtis, denique graviter addit haec: Nimirum si firmiter asseveras te arte et scientia valere ad Homerum celebrandum, iniuste facis. Nam licet te multa et praeclara de Homero et scire et dicere posse professus sis, tantum tamen abest, ut aliquid proferas dignum promissis tuis, ut ne dicere quidem velis, quaenam illa sint, in quibus excellas; imo variis tamquam formis Protei instar indutis ad extremum mihi elapsus es ac dux evasisti, ne scilicet ostendas, quam insigniter de Homero sapias. Iam si arte potens me decipis, quippe quum promiseris te eam esse ostentaturum, profecto iniuste agis; sin autem non vales arte, sed divina sorte Homero tamquam incitatus, li-

*) P. 539. E. — 540. C.

**) P. 540. D.

***) P. 540. D. — 541. A.

cet nihil scias, tamen multa et praeclara de poeta declamas, certe non iniuste facis. Optione igitur inter utrumque relicta elige, utrum te existimari a nobis velis, iniustum an divinum (θεῖον). Quibus auditis bonus homo, qui non sentit omnino irrisionem cum divini nomine coniunctam, respondet, multo utique pulcrius esse pro divino haberi. Ad quae denique Socrates: Istud ipsum vero, quod pulchrius esse putas, tibi sane a nobis obtingit, quippe qui te divinum nec vero arte valentem Homeri laudatorem habeamus *).

En habes dialogi argumentum in brevi conspectu positum. Quo explicato paucis iam ostendisse iuvabit, quid de libelli consilio et fine deque eius fide et auctoritate existimandum sit. Quod quidem quo rectius fieri queat, primum iuvabit Platonis sententiam de scientia et poesi breviter explanavisse, qua demum cognita Ionis argumentum recte iudicari poterit. Qua in re imprimis etiam Socraticae doctrinae ratio habenda erit, quandoquidem pleraque omnia, quae in Ione disputantur, ex illius fonte manasse videntur. Deinde autem non inutile erit pauca de rhapsodis exposuisse, de quibus in hoc dialogo agitur potissimum. Quibus omnibus explicatis, ad quaestionem de primario libelli argumento et consilio accedemus, cui subiungetur etiam iudicium de eius fide et auctoritate.

Itaque primum quidem Socratis et Platonis de scientia ac poesi cognoscamus iudicium. Socratem igitur gravissimorum testium fide et auctoritate constat in ea fuisse sententia, ut non modo virtutis laudem sed etiam cuiusque artis perfectionem et excellentiam ex una maxime scientia, quam dicere solebat, aptam ac suspensam esse iudicaret, quandoquidem quicunque artem aliquam profiteretur, eum vim et naturam rerum tractandarum penitus cognitam habere oporteret. Quippe scientiam ille intellexit non rerum multarum aut singularum notitiam usu et experientia collectam, sed potius communium notionum tamquam conscientiam, cogitando atque me-

*) P. 541. A. — 542. B.

ditando comparatam et mente animoque ita susceptam, ut inde interiores iudiciorum atque consiliorum rationes repeterentur; v. Xenoph. Mem. IV. 5, 12 IV. 6, 1. coll. III. 9, 4. IV. 2, 24. Aristot. Met. XIII. 4. Eth. VI. 13. Etenim notionum scientiam hanc vim habere arbitratus est, ut qui eas teneret, quoniam quidque tamquam mente animoque suo totum contueretur, is etiam de bono, utili, pulcro, ceterisque rebus vitae felicitati inservientibus, certius rectiusque statuere et existimare posset. De qua re v. Xenoph. Mem. IV. 6. IV. 7. IV. 5, 12. et locum memorabilem Apolog. Platon. p. 20. C. sqq. ubi vir sapientissimus narratur viros civiles, opifices, poetas, alios, explorare atque ignorantiae et inscitiae coarguere consuevisse. Sed quamquam in omni vitae atque negotii genere plurimum scientiae tribuit, tamen fieri item posse iudicavit, ut quis vel inscius naturae quadam bonitate et nativo quodam animi impetu ductus tamquam divinitus ad id deferretur, quod esset laudabile atque utilitatis vel honestatis laudem mereretur. Etenim quum teste Xenoph. Mem. II. 6, 39. III. 9, 1. 2. IV. 1, 3. IV. 2, 3. firmissime sibi persuasisset, ad virtutem omnino haec tria requiri, naturam, disciplinam, exercitationem; tum ipsum nec praeterire potuit, nihil esse horum omnium, quod non item per se solum aliquid ad virtutem valeret. De quo ne dubitemus, facit idem ille locus Apologiae Platonicae, cuius modo mentionem iniecimus, p. 20. C. sqq. Ibi enim ipsum legimus ita statuisse, ut si quos repperisset, qui, licet scientia essent destituti, tamen recta et laudabilia peragerent, eos existimaret *οὐ σοφίᾳ, ἀλλὰ φύσει τινί* (p. 22. B.) ita facere. Haec igitur Socratis fuit de scientia pariter atque de nativa ad bonum rectumque indole et facultate sententia. Eam vero sententiam amplexus etiam Plato est, quamquam is illam tractavit aliquanto subtilius adeoque postea ad gravissimos universae philosophiae locos illustrandos adhibuit. Etenim ab hac magistri ratione profectus praeter virtutem civilem usu ac disciplina comparatam duplicem potissimum virtutem distinxit, idque ea fecit ratione, ut quam de ea re animo suo susceperat opinionem, eam arctius iungeret et copularet cum illa sententia, quam de discrimine scientiae veritatis (ἐπιστήμης) atque rectae opinionis (ὀρθῆς δόξης) quum alibi tum

nuper in Prolegg. ad Phaedrum p. XL. sqq. a nobis explicato, probandam iudicaverat. Quod quidem ab ipso iam mature ita factum esse satis certo argumento constat. Exposuit enim hanc rationem suam in Menone dialogo plenius atque distinctius. Eum autem librum dudum in editione Lipsiensi et brevius in editione Gothana Praef. p. 20. sq. docuimus scriptum esse, quo tempore Socrati iam imminebat quidem accusationis periculum nec tamen de infelici eius exitu quidquam metuendum videbatur; quam sententiam nostram sequutus nuper etiam Steinhartus est Opp. Platonn. Germ. II. p. 120 — 125. et qui unum Steinhartum eius auctorem nominat, Susemihlius Gen. Entwick. d. Platon. Philos. I. p. 89. Ex quo consequens est, ut Plato admodum iuvenis in istam rationem deductus sit, quamquam eam postea magis etiam perfecit et amplificavit. Statuit igitur philosophus, alios virtutem colere atque recte agere cum scientia (ἐπιστήμῃ), communibus rerum notionibus animo informatis, quas ipse postea ad idearum sublimitatem evexit; alios felicitate quadam ingenii adiutos et sustentatos rectam opinionem (ὀρθὴν δόξαν) amplecti, et tamquam vi quadam divina ad id, quod rectum esset, etiam cum animi quodam impetu et mentis inflammatione deferri. De qua re vide Menon. p. 96. D. — 99. E. collatis etiam locis Reip. V. p. 479. B. C. 476. D. sqq. Symp. p. 202. A. sqq. Theaet. p. 190. A. sqq. Phileb. p. 37. A. sqq. Sophist. p. 263. sqq. In quo sponte intelligitur nomen ἀρετῆς, sicuti etiam de virtute cum scientia coniuncta existimari debet, ita ab eo esse acceptum, ut non ad unam virtutem moralem, quam dicimus, pertineret, sed aliquanto latius pateret, quandoquidem ad omnem bene laudabiliterque agendi facultatem, prospero actionis eventu comprobatam, translatum est. Quo non animadverso multi sententiam Platonis aut plane non assecuti aut perperam interpretati sunt. Verum istud quidem mittamus hoc tempore; redimus potius in viam Operae pretium autem est animadvertere, qua ratione Plato de naturali ista bene ac laudabiliter agendi ratione loquutus sit. Etenim dixit philosophus eos, qui consiliorum factorumque suorum prosperitatem uni maxime felici opinationi et ingenii bonitati acceptam referrent, θείᾳ μοίρᾳ, divina sorte

vel divino munere, agere et quatenus tanquam instinctu quodam divino moverentur, ipsos etiam θείους s. divinos appellavit. Cuius rei exempla bene multa in uno Menone reperiuntur, ubi imprimis conferenda sunt illa p. 99. D. E. p. 81. B. p. 100. B. coll. Apol. p. 33. C. Phaedon. p. 58. E. Legg. XII. p. 951. B. III. p. 691. E. al. Ea vero loquendi ratio etsi proprie singularem quemdam talis virtutis ortum significat, qui captum hominum superet et divino beneficio acceptus referri videatur, tamen vi et potestate sua utique est ambigua, quandoquidem pro varia rerum conditione vel cum irrisione in malam partem vel etiam serio in bonam partem usurpari potuit. Nec vero desunt utriusque usus exempla. Etenim Plato ubi coecum istum animi tamquam instinctum cum scientiae laude atque excellentia comparat et tamquam in certamen committit, ibi eum fere cum irrisione atque cavillatione memorat, utpote vel philosophiae praestantiam extollens laudibus vel sophistas urbane coarguens inscientiae, sicuti fit fere in Menone, de quo diximus in Commentatione De gradibus virtutum secundum Platonem p. 24 sqq. Ubi autem nativam illam animi vim per se spectatam considerat vel utilitatis inde redundantis modulo metitur, ibi vero illi suum item statuit pretium atque iustam impertitur dignationem; cuius rei exempla sunt Legg. I. p. 642. C. Reip. II. p. 366. C. ubi θεία φύσις de bona animi indole dicitur, Ibid. VI. p. 493. A. 499. B. al. Quippe agnovit sane philosophus etiam nativam ingenii laudem, sine qua certe futurum esset, ut vita humana plurimis atque maximis ornamentis suis careret. Atque haec quum ita sese habeant ususque loquendi neutiquam unus semper idemque esse reperiatur, singulis in locis diligenter videndum est, quorsum spectet denique tota philosophi disputatio et quid ei omnino sit propositum. Quod ipsum etiam de Ione ita est iudicandum, in quo libro quamvis de poesi pariter atque de rhapsodia sic disputatur, ut utraque θείᾳ μοίρᾳ dicatur accepta referri eiusque cultores θεῖοι esse iudicentur, tamen multum fallatur, si quis id pari irrisione dictum esse existimet. Sed de hac re post paullo videbimus. Nunc illud imprimis animadvertisse iuvabit, quod cum re praesenti arctissime sane coniunctum

est. Statuit igitur Plato, sicuti vidimus, agendi quandam felicitatem vel ex ingenii felicitate vel ex animi mentisque motu insolentiore proficiscentem. Eam vero sententiam imprimis etiam ad poesin transtulit, quippe quam et ipsam divino cuidam afflatui et mentis animique insolentiori concitationi acceptam referri iudicavit. Nimirum non nova vel inaudita haee fuit opinio, quam philosophus ipse *παλαιοῦ μύθον* nomine insignire non dubitavit Legg. IV. p. 719. C. Celebraverant enim eam iam Democritus et Pindarus, de quibus docte exposuerunt Davisius ad Cic. De Divinat. I. 37. Tuscul. I. 26. et intpp. ad Cicer. De Orat. II. 46. atque Horat. Art. Poet. v. 297. sq. Neque ea improbata Socrati fuerat, quem Plato Apolog. Socrat. p. 22. C. facit haec profitentem: *ἔγνων οὖν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες ὥςπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί· καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν*, quae ad sententiam prorsus conveniunt cum illis Ion. p. 533. E. coll. Phaedr. p. 245. A. Legg. IV. p. 719. Nec vero vir sapiens aliter de viris civilibus iudicavit Menon. p. 99. C. D.: *οὐκοῦν — ἄξιον θείους καλεῖν τούτους τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι; ὀρθῶς ἄρ' ἂν καλοῖμεν θείους τε, οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας· καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἥκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι*. Itaque philosophum apertum est iuxta cum aliis etiam de poesi ita statuisse, ut eam divino cuidam furori deberi ideoque minime a scientia proficisci aut cum communium notionum notitia natura sua coniunctam esse iudicaverit. Quod quidem tenuisse ad Ionis dialogi intelligentiam sanequam plurimum referre mox nullo negotio intelligetur.

Verum satis de his pro consilio nostro. Subiungere pauca placet de rhapsodis, quales Socratis et Platonis temporibus fuerunt. In quibus exponendis grati fatemur usos nos esse iis, quae nuper Fr. A. Wolfius, Greg. Guil. Nitschius, F. G. Wel-

kerus, **alii**, de quibus v. **Bode**. Gesch. d. episch. Dichtkunst der Hellenen p. 353 sqq. et C. Fr. **Hermann**. Gottesdienstl. Alterthümer d. Griechen §. 54. ann. 22., doctissime commentati sunt. Quamquam in singulis quibusdam disputationis partibus nos item nostras secutos esse rationes profiteri licebit.

Fuerunt igitur illius aetatis rhapsodi carminum quum aliorum *) tum maxime Homericorum recitatores, qui poemata Homerica (nam de aliis iam consulto tacemus), licet ea dudum essent litteris divulgata, tamen veteri more et instituto in conventibus publicis ac fortasse etiam in circulis privatis ore celebrabant vimque eorum ad audientium animos tenendos iam per se mirificam declamandi artificio etiam apertiorem facere conabantur. In quo negotio obeundo illi, priscorum rhapsodorum imitati exemplum, sine dubio ita versati sunt, ut facto quodam delectu complura poemata breviora (ἔπη) modo et ordine publicae recitationi apto connecterent; recitationem autem illorum eo modo temperarent, ut grata vocis modulatione atque sollerti actione etiam artis ac scientiae laudem consectarentur. Quod quidem non obscure significatur apud Xenophontem Mem. IV. 2, 10., ubi Socrates eos vocat τὰ ἔπη ἀκριβοῦντας, et apud **Platon**. Legg. II. p. 658. B., quo loco carmina poetarum dicuntur καλῶς διατιθέναι, quod nuper minus recte de una pronuntiationis et actionis ratione intellectum est. Quamquam utique fatendum erit, eos imprimis id spectavisse, ut artibus histrioniis audientium affectus quam vehementissime cierent, sicuti ex Ione p. 532. D. et p. 535. E. satis perspicue intelligitur. Etsi autem carmina Homerica dudum erant litteris perscripta eaque ratione satis divulgata, tamen rhapsodiae usus etiam postera aetate usque permansit longe celebratissimus. Quod certe non est cur alicui accidat mirabile. Nam primum quidem meminisse debemus, quanta semper permanserit Homeri auctoritas, cuius carmina etiam postera aetate pro perenni omnis sapientiae fonte vulgo habita esse res est tralaticia, de qua v. **Plat**. De Rep. X. p. 599. D. 601. B. 606. E. **Xenoph**.

---

*) v. Legg. II. p. 658. B. D. Ion. p. 531. A. ibique ann.

Symp. IV. 6. al. Deinde etsi pueri ubique apud Graecos imprimisque Athenis studia sua in ludis litterariis ab Homeri maxime atque Hesiodi carminibus auspicati sunt, ut ea quotidie lectitarent, ediscerent, recitarent, sicuti etiam Plato indicat in Protagor. p. 325. C. sqq. et ibid. E. sqq. aliique multi confirmant, tamen vel sic rhapsodorum recitationes debuerunt esse gravissimae, quandoquidem neque credibile est omnibus aditum ad Homeri carmina per libros via adeo facili patuisse, neque ea, quae puerili aetate memoriae sunt mandata, in omne tempus tam firmiter infixa in animo haerent, ut nova eorum auditio aetate provectiore non suam vel utilitatem vel iucunditatem habeat. Denique nec inutile erit in hac caussa meminisse, quam crebrae in Graecia fuerint festorum ludorum solemnitates, in quibus musica agebantur certamina. In quibus quis quaeso est quin sponte videat quam exoptata etiam Homericorum carminum recitatio esse debuerit, quum summi poetae etiam apud plebem perpetuo summa esset auctoritas? Et testantur sane hodie quoque multa rhapsodiae usum per universam fere Graeciam fuisse admodum divulgatum. De qua re v. quae memorarunt Welcker Episch. Cycl. I. p. 371. et Nitsch. Hist. Homer. Meletem. II. p. 113. Quamquam autem rhapsodiarum usus sese continuit fere intra artificiosae recitationis cum actione coniunctae fines, tamen rhapsodi etiam maius quiddam affectaverunt, quandoquidem non modo artifices declamandi, sed etiam Homericae sapientiae consulti adeoque docti atque sapientes haberi voluerunt. Id quod maxime ex ipso Ione Platonis fit perspicuum. Neque enim sine caussa rhapsodus Ephesius iste, qui cum Socrate colloquens inducitur, identidem *ἐπαινέτης* Homeri appellatur. Ita enim p. 536. D. *ὅτι οὐ τέχνῃ. ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ Ὁμήρου δεινὸς εἶ ἐπαινέτης.* Ibid. extr. *θεῖον εἶναι καὶ μὴ τεχνικὸν περὶ Ὁμήρου ἐπαινετήν.* P. 541. E. *ὡς τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ οἷός τε εἶ Ὅμηρον ἐπαινεῖν.* Quibuscum contendas illa Protagor. p. 309. A. *οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει;* De Rep. X. p. 606. E. *ὅταν Ὁμήρου ἐπαινέταις ἐντύχῃς.* Nempe videntur Homeri *ἐπαινέται* non tam ii dicti esse, qui Homerum lauda-

bant, quam potius illi, qui unice eius sapientiam probabant eamque ita commendabant, ut inde etiam vitae recte sapienterque regendae ac moderandae praecepta haurienda esse arbitrarentur. In quorum numero certe imprimis etiam Homeridae habendi sunt, qui quum carminum Homericorum vel conservandorum vel celebrandorum curam in se suscepissent, sicuti ex Phaedro p. 252. D. et Ion. p. 530. D. probabiliter coniici licet, tum sine dubio etiam maximi sapientiae Homericae extiterunt laudatores. Cuiusmodi homines quousque progressi sint, facile ex eo perspicitur, quod adeo gravissimas quasque artes ac disciplinas, ne arte quidem civili aut imperatoria excepta, ex Homeri poematis repetendas esse iudicaverunt, adversus quam sententiam Plato graviter admodum disputat De Rep X. p. 599. B. sqq. His igitur viris sapientiae Homericae consultis sese adiunxerunt sine dubio etiam rhapsodi, qui quo constantius in declamitandis versibus Homericis versabantur quoque libentius subinde etiam a populo audiebantur, eo facilius sane in eam delabi potuerunt opinionem, ut sibi viderentur eorum omnium esse intelligentissimi, quae vel ad artem poetae recte aestimandam vel ad res ab eo memoratas cognoscendas atque iudicandas pertinerent. Ita vero mox ipsis accidit, quod talibus artificibus novimus etiam hodie non ita raro accidere solere, ut vana sapientiae opinio atque insolens superbia animos ipsorum invaderet, quae fieri non potuit quin tanto magis existeret ridicula, quod homines mero fere declamandi opificio emancipati atque singulari ornatu histrionio, splendido opificii teste, induti (v. Ion. p. 535.), sibi videbantur gravissimas quasque res plane perspectas habere, quum tamen ab accurata rerum cognitione et a philosophandi subtilitate essent longe alienissimi. Debuerunt igitur cordatioribus viris merito ludibrium atque derisi praeter ceteros sunt etiam a Socrate. De quo ipsorum contemtu luculentissima sunt Xenophontis testimonia. Is enim in Symposio III. 5. Antisthenem facit ex Nicerato haec quaerentem: *οἶσθα οὖν ἔθνος τι ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν*; ad quae ille: *Οὐ μὰ τὸν Δία*, respondet, *οὔκουν ἔγωγε*. In Mem. autem IV. 2, 10. Socratem inducit ita de iis iudicantem: *τοὺς γάρ τοι ῥαψῳδοὺς οἶδα τὰ μὲν ἔπη ἀκριβοῦντας*,

αὐτοὺς δὲ πάνυ ἠλιθίους ὄντας. Nimirum hominibus certe philosophiae studiosis facile intelligitur cur vani isti et inanes sapientiae variae ac multiplicis affectatores vel maxime displicuerint.

Verum satis haec de istis hominibus pro consilio nostro. Videmur enim rem iam eo deduxisse, ut quid de summa Ionis sententia denique existimandum sit, aliquando sic exponere liceat, ut iudicii nostri caussas et rationes propemodum sponte apparituras esse sperare liceat. Egit enim Plato, si quid iudicare possumus, hoc dialogo scribendo nihil aliud, quam ut doceret luculentius, rhapsodos in recitandis carminibus spiritu et affectu non suo atque proprio sed a poetis ad ipsos transfuso et mutuo assumto cieri, arte autem et scientia, quam sibi maximam arrogare soleant, plane destitutos esse, quandoquidem nec rerum notiones nec artium notitias habeant; ipsos poetas vero in canendis carminibus suis concitari quidem divino afflatu et proprii ingenii divina quadem vi agitari, sed nihilominus item in societatem inscientiae istius plane pervenire. Qua quidem ratione quum rhapsodi, genus hominum, sicuti vidimus, fatuum, ineptum atque temere superbum, acerbius exagitentur, tum etiam poetae, quorum illi quasi quidam administri erant, facete et urbane corripiuntur. Etenim scientiae quidem laudem apertum est utrisque pari fere modo eripi, quandoquidem communium certe notionum conscientia etiam poetis diserte abiudicatur, licet taceatur de rerum notitia ex vitae communis usu et experientia ducta; virtus autem mentis atque ingenii etsi poetis conceditur aliquanto praestantior, quippe quum ipsi divino afflatu concitati et ingenii sui felicitate sustentati carmina sua canere dicantur, dum rhapsodi enthusiasmo iudicantur uti aliunde tantum accepto et a poetis demum excitato, tamen ambo hoc habent commune, quod omnem laudabiliter agendi facultatem suam divino muneri sive *θείᾳ τινι μοίρᾳ* debent, ideoque etiam inscii, si quando ita fiat, ad pulcrum atque bonum deferuntur. Quamquam vel sic virtutem poetarum liquet aliquanto iudicari praestabiliorem quam virtutem rhapsodorum. Illi enim suo ipsi ingenio

gignunt et in lucem edunt ea, quae canunt, carmina; rhapsodi autem nihil aliud quam felici quodam animi impetu repetunt quae illi Musa inspirante ipsi cecinerunt. Ex quo sponte apparet, rhapsodorum enthusiasmum a spiritu poetarum tanto intervallo distare, quanto primitiva a secundariis, propria ab adventiciis, vera a ficticiis, denique germana ab adulterinis. Quin etiam dubitari omnino licet, num enthusiasmus poetarum a philosopho in hoc libro, in quo ille enthusiasmo rhapsodorum e regione ponitur, a philosopho tam humili in loco collocatus sit, ut revera cum maiore quodam contemtu describatur, quamquam illud neutiquam caret irrisione, quod p. 584. D. Tynnichi exemplo docetur, vel pessimo poetae subinde posse contingere, ut aliquando carmen laudabile fundat. Nimirum quod supra disputavimus, virtutem ingenii a Platone neutiquam semper cum contemtu, sed interdum etiam cum laude commemorari, id plane convenit etiam in nativam istam facultatem poeticam. Eam enim philosophus interdum etiam ita commemorat, ut furorem ipsi proprium minime contemnat, sed potius plurimi faciat. Cuius rei luculentum extat testimonium in Phaedro p. 245. A., ubi serio graviterque docetur, neminem quemquam posse arte poetam fieri furoremque divinum ad laudem poeticam plane esse necessarium. Ut igitur in Ione omnino poesis una cum rhapsodia reprehendatur, tamen divinioris quidem spiritus nomine admodum lenem et urbanam esse eius irrisionem sanequam concedendum erit. At enim vero ubi haec omnia diligentius apud animum perpenderimus, certe non dubitabimus, quin philosophus in hoc opere scribendo etiam maius quiddam atque amplius spectaverit, quam primo aspectu videatur atque nos ipsi argumentum libri pressius sequuti paullo ante indicavimus. Videtur enim de dialogi summo ultimoque fine et consilio denique ita statuendum esse, ut auctor libri docere vel potius ostendere voluisse existimetur, quo loco artes poesis administrae una cum ipsa poesi habendae essent. Nam quod philosophus artem rhapsodorum vanitatis coarguit eique nihil reliquit nisi animi quemdam motum aliunde adscitum, id profecto convenit etiam in universam histrioniam totumque chorum eo-

rum, quibuscum rhapsodi consociantur De Rep. II. p. 373. B. πολλοὶ δὲ οἱ περὶ μουσικήν (μιμηταί), ποιηταί τε καὶ τούτων ὑπηρέται, ῥαψῳδοί, ὑποκριταί, χορευταί, κ. τ. λ.

Verum haec omnia quo certius etiam perspiciatur quonam nitantur fundamento, faciendum videtur, ut tandem etiam aliquid de argumentatione, qua Socrates usus est, deque disputationis universae via et ratione adiiciatur, qua non satis cognita sanequam ita factum est, ut de Ionis scriptione statueretur iniquius. Itaque de his rebus haec fere addidisse iuvabit.

Constat totus libellus tribus partibus principalibus, quarum quaeque suum sibi argumentum proprium habet. Et prima quidem parte, usque ad p. 533. C. porrecta, id agitur, ut rhapsodos doceatur, quoniam in uno fere Homero occupati sint neque alios quoque poetas attingant, licet et rerum tractatio et artis existimatio pluribus poetis communis ad talem studiorum amplificationem invitare queat, omnino arte et scientia destitutos esse, quandoquidem si valerent scientia, sine dubio etiam futurum esset, ut non in uno aliquo poeta celebrando subsisterent, sed alios quoque vel rerum tractatione vel compositionis ratione cognatos opera atque studio suo complecterentur. Arguuntur igitur rhapsodi et reprehenduntur, quod studium suum artisque exercitationem intra nimis angustos fines contineant, eoque ipso etiam inertiae et inscientiae crimine petuntur. Quae quidem argumentatio est sane eiusmodi, ut prima saltem specie legentibus mira atque insolens videri debeat, quandoquidem ex nimia coarctatione studiorum, quibus rhapsodi dediti sint, protenus colligitur, eos arte atque scientia carere. Et haesit in hac ipsa re praeter alios imprimis etiam Goethius in libro: Kunst u. Alterthum. Vol. V. 3. p. 82. sqq. ubi sibi fidem et auctoritatem Ionis ideo suspectam videri ait. At enim vero sublata certe erit omnis haec dubitatio, ubi probe meminerimus, quidnam Plato, qui in his sine dubio Socratis vestigia pressius legit, scientiam esse voluerit, de qua re disputatum est in superioribus. Quippe facile est ad intelligendum, unamquamque notionem communem ac generaliorem semper totum aliquod complecti, ut qui eam animo suo bene informatam teneat, is etiam omnem rerum ea com-

prehensarum ambitum tamquam uno mentis obtutu contueatur. Inde igitur Socrates apud Platonem concludit, eum, qui artis alicuius scientiam imbiberit, hoc est notionem eius communem mente et animo suo informatam habeat, etiam totam illam atque integram novisse ideoque etiam unamquamque eius partem colere et exercere posse. Id quod ille secundum rationem suam tanto probabilius facere potuit, quod ipsi pariter atque Platoni scire et posse vel ars et scientia denique plane idem fuit. De qua sententia consulas Xenoph. Mem. IV. 6. §. 3. 4. 5. 6. — 10. ubi est: οἳ ἄρα εἰδότες, ὡς δεῖ χρῆσθαι, οὗτοι καὶ δύνανται, et: ὃ ἄρα ἐπίσταται ἕκαστος, τοῦτο καὶ σοφός ἐστιν. Quippe σοφός Socrati is demum est, qui et quid bonum honestumque sit, recte cognovit, et ad hanc scientiam mente comprehensam etiam vitae actionem componit; unde fit, ut sapientia sive ἡ σοφία universam denique virtutem complectatur (v. Xen. Mem. III. 9, 4. sqq.), quandoquidem scientia atque actio dissociari nequeunt. De Platone autem Socrati hac in parte adstipulante contulisse iuvabit quae leguntur in Lachete p. 194. D. sqq. Alcibiad. I. p. 125. A. sqq. De Rep. V. p. 477. D. ἐπιστήμην πότερον δύναμίν τινα φῄς εἶναι; κ. τ. λ. al. conf. C. Fr. Hermann. Hist. Philos. Plat. p. 692. annot. 264. Quocirca neminem iam fugiet, opinor, quidnam tandem illud sit, quod prima hac dialogi parte efficiatur. Quippe voluit philosophus ostendere, rhapsodorum operae utique plane deesse scientiam illam, quae communibus rerum notionibus contineatur, id quod vel inde patere iudicavit, quod perpetuo eodem tamquam gyro agantur neque complurium poetarum poemata tractare audeant. Qua ratione apparet rhapsodis una cum inscientia simul etiam illud verti opprobrio, quod ipsorum studia sint contractiora et angustioribus inclusa finibus, quam ut in homines vere sapientes conveniant.

Verum satis haec de parte operis prima; pergimus ad alteram, quae inde a p. 533. C. usque ad p. 536. D. pertinet. Quippe hoc quidem in loco etiam caussae et rationes aperiuntur, cur rhapsodus arte et scientia destitutus sit; quod quidem sollertissime eo modo fit, ut eadem opera quodammodo etiam poesis vis et natura recludatur, et quamobrem haec quoque

scientiae expers et angustioribus finibus inclusa videatur, subtiliter atque facunde explicetur. Etenim rhapsodos docetur uno maxime animi affectu vel enthusiasmo concitatos opere suo defungi, quem tamen animi motum per poetas demum acceperint, primitus a Musis profectum; poetas autem ostenditur ipso numine divino afflari eoque ad carmina canenda incitari solere. Inde vero evenire iudicatur, ut utrique, et rhapsodi et poetae, arte et scientia omnino careant, quandoquidem coecum quemdam sequantur animi impetum adeoque inscii faciant quidquid agant, quemadmodum imprimis etiam ex eo perspiciatur, quod poetae quoque in singulis tantum poesis generibus versari soleant, quum tamen scientia si essent instructi, omnem poesin ratione pariter atque tractatione essent comprehensuri. Haec igitur sunt fere quae altera libri parte explicantur. Quae quorsum pertineant, propemodum ultro patet. Elegantissime enim ita est institutum, ut dum caussae afferuntur, cur rhapsodi arte et scientia carere existimandi sint, simul etiam poesis rationem simillimam esse doceatur, eaque opportunitate etiam ostendatur, quodnam discrimen inter enthusiasmum poetarum atque rhapsodorum intercedat. Et de sententia quidem veterum, qua poesin, cui Plato nunc etiam rhapsodiam adiunxit, divino cuidam furori tribuerunt, satis explicatum est in superioribus. Itaque hoc loco sufficiet paucis admonuisse, quamobrem Socrates atque Plato vulgarem istam opinionem ita comprobaverint, ut poetis etiam s c i e n t i a m ereptam voluerint. Nimirum senserunt, opinor, homines sapientissimi, poetas enthusiasmo correptos fere species tantum atque imagines rerum externas animis suis concipere, una visa maxime intueri, denique solis fere sensibus et affectibus indulgere; unde continuo concluserunt, in tali mentis animique statu scientiae, qualem ipsi informavissent, omnino nullum locum concessum esse. Itaque poetis, si quid profecissent, unam rectam opinionem (ὀρθὴν δόξαν) tribuendam iudicaverunt, quippe cuius levitas et inconstantia cum enthusiasmi natura esset coniunctior; scientiam abiudicaverunt, quoniam eius constantia atque aequabilitas notionumque a visis diversitas id ita postulare videretur. Sed haec satis erit nunc quidem verbo tetigisse, quae fortasse alio

tempore accuratius persecuturi sumus. Eripitur ergo medio dialogo non modo rhapsodiae sed etiam poesi, utpote divinum numinis afflatum fontem habentibus, artis atque scientiae laus, qualem supra adumbravimus. Atque inde etiam poetis accidere iudicatur, quod antea rhapsodis accidere iudicari meminimus, ut operae suae finibus arctius contractis in singulis tantum universae poesis partibus colendis subsistant, ulterius progredi et complura illius genera sectari non audeant. Cuius sententiae caussas quum iam antea significaverimus, hoc quidem loco sufficiet paucis demonstravisse, etiam haec cum Platonis ratione planissime concordare, ut frustra fuerint qui hinc quoque malae suspicionis caussas et argumenta, quibus libelli auctoritas convelleretur, repeti posse existimaverunt. Etenim prodidit sane philosophus eandem plane opinionem etiam alibi. Pertinet enim huc manifesto memorabilis ille locus Symposii p. 223. D. nondum satis ab omnibus intellectus. Ibi enim quod Socrates contra Aristophanem et Agathonem contendit eiusdem esse poetae et tragoediam et comoediam scribere, et qui sollers sit tragicus, eum etiam comicum esse, certe ibi quoque poetae punguntur, admonenturque, inter varia poesis genera eam intercedere necessitudinem, ut, dummodo communi generis notione comprehensa fuerint, etiam unus idemque poeta in pluribus excellere posse iudicandus sit. Quibuscum contendas etiam ille Legum VII. p. 819. E. ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν μὲν οὐ δυνατόν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι. Neque vero huic sententiae adversatur locus De Rep. III. p. 395. A. ubi singulis poetis singula tantum poesis genera attribuuntur. Nempe ibi virium humanarum, quales fere solent esse, ratio habetur, ut inde iudicii caussae et rationes suspensae sint.

Sed accedimus ad tertiam partem dialogi, quae inde a p. 536. D. exorditur. Ea vero manifestum est acerbissime perstringi et exagitari rhapsodorum perversitatem, qui quum perpetuo in tractando Homero versarentur, continuo sibi videbantur omnium earum artium ac disciplinarum periti esse, quarum mentio apud poetam iniecta esset, licet ne eius quidem artis, quam ipsi profitebantur, certam exploratamque haberent no-

titiam. Quamquam isto modo non unos rhapsodos, sed universam cohortem artificum histrioniorum illis consimilium rideri longe est verisimillimum. Quum enim non modo Homerus omnis sapientiae humanae tam privatae quam publicae praestantissimus magister haberetur, de qua opinione v. De Rep. X. p. 598. E. sqq., sed omnes omnino poetae maxima animi erudiendi praesidia et adiumenta suppeditare crederentur, vanissimi homines, qui iis ministrabant et operam suam locaverant, sese protenus praeter ceteros mortales sapientes atque artium et disciplinarum cognitione instructos esse iudicaverunt. Totum igitur hunc gregem hominum venustiorum, vana doctrinae et rerum cognitionis opinione inflatorum, Plato hoc libro lepidissime atque acerbissime exagitavisse videtur. Quamquam fieri potest, ut eadem opera quasi obiter etiam illos urbane riserit, qui ex uno Homero omnem humanam sapientiam hauriendam esse arbitrabantur, de qua re De Republ. X. l. c. ita disputatur, ut philosophus ibi non tam ipsum Homerum, quam temerarios eius admiratores confutasse existimandus sit.

Atque haec quidem satis sunto de libelli argumento et consilio. Quod si consideraverimus paullo diligentius, vix poterit dubitari, quin liber scriptus sit a Platone, quo tempore usque fuit satis fideliter Socraticae addictus rationi ac disciplinae, quandoquidem omnia spirant sapientiam artemque mere fere Socraticam, sicuti videmur iam antea demonstravisse. Nam ideae quidem, quales Plato postea informavit, nullae dum in eo comparent; scientiae enim doctrina ad unas generaliores mentis notiones restringitur neque porrigitur ulterius. Disserendi ratio porro admodum simplex est, quamquam subinde aliquid perplexi et impediti refert, habetque etiam maiorem quandam exemplorum accumulationem, quae magis Socraticae consuetudini quam maturiori Platonis aetati convenit. Praeterea singula quaedam placita, sicuti vidimus, ita sunt comparata, ut prorsus redoleant doctrinam Socratis, qua neglecta aut non satis cognita ne fieri quidem potest ut iusta luce perfundantur. Denique irrisio, quae per totum librum dominatur, etiamsi urbanitatis laude minime destituitur, tamen item habet petulantiam quandam et protervitatem,

quae iuvenili aetati potius quam provectiori conveniat. Quamobrem non plane veridissimilem putamus coniecturam Astii, qui propter mentionem Phanósthenis imperatoris p. 541. C. *) iniectam libellum censuit non multo post Olymp. XCIII. 2. = 407. a. Chr. n. litteris consignatum esse, quo tempore Plato aetatem viginti ferme trium quattuorve annorum habuit, praesertim quum philosophus eiusmodi temporum indicia subinde consulto sermonibus suis intertexuerit. Sed hoc quidem utcunque se habet, illud certe apertum est, librum ante Olymp. XCIII. 2. evulgari nullo pacto potuisse. Neque vero eum verisimile est aut post Socratis supplicium aut quo tempore caussa eius iam in iudicium deducta erat, scriptum esse, quandoquidem istis temporibus poetarum irrisio sine dubio longe alia extitura erat. Ex quo consequens est, ut opusculi scriptionem intra Olymp. XCIII. 2. et Olymp. XCIV. 4. = 406—399. susceptam esse putare cogamur. Videtur tamen tempus, quo conscriptum est, etiam accuratius posse constitui. Habet enim Io non mediocrem cum Menone argumenti cognationem, ut huius unius demum libri adiumento et praesidio plenius videatur intelligi posse. In Menone enim novimus Platonis sententiam de recta opinione (ὀρθῇ δόξῃ) deque virtute, quae θείᾳ μοίρᾳ accepta referatur, primum dilucidius explanari. Ad hanc autem sententiam quae in Ione de poetis atque rhapsodis disputata sunt, ita accommodata esse vidimus, ut sine illius notitia omnibus plane obscura ac tenebricosa futura fuerint. Ex quo verisimile fit, Ionem post Menonem demum in publicam lucem prodiisse. Iam vero Menonem exploratum habetur scriptum esse quo tempore Anyti adversus Socratem inimicitiae ita exarserant, ut iamiam accusationem eius parasset, cuius tamen exitus tum non multum videbatur metuendus esse. Unde colligimus Ionem paullo post Menonem evulgatum esse, cuius argumentum cum illo dialogo arctissimo vinculo contineatur. Quod si ita est, tres dialogi illis temporibus a Platone sunt compositi, quibus magistri caussam adversus ipsius adversarios et inimicos gravissimos ita defendit, ut illos in eo ipso genere, in

---

*) ubi v. ann.

quo Socrates eos coarguisset inscitiae et ignorantiae, tamquam reos faceret. Nam in Menone quidem viros civiles docetur non scientia et arte, sed coeco quodam mentis impetu et sorte divina in agendo duci solere; quod quidem ita fit, ut colloquium ex parte cum Anyto, Socratis accusatore, habeatur. Similiter vero in Ione agitur cum poetis, quibus etsi urbane et ambigua cum laude divinus animi mentisque instinctus conceditur, tamen omnis scientiae virtus ita eripitur, ut hoc quidem nomine cum ridiculo fastuosorum rhapsodorum grege consocientur. Quod haud scimus an imprimis ad ridendos Meletos istos pertinuerit, qui viro sapientissimo propter ignorantiae opprobrium ipsis identidem obiectum vehementer succensuissent. Denique Euthyphronem, quem et ipsum verisimile est sub accusationis Socrati intentatae tempus scriptum esse, maxime eo spectare constat, ut sub Euthyphronis vatis persona vulgaris Atheniensium de pietate et rebus divinis opiniones rideantur atque confutentur utpote sanae rationi atque mentis notionibus subtilius exploratis, hoc est scientiae, qualem Socrates informavisset, plane contrariae. Quamobrem quam iam olim de hac re coniecturam prodidimus, eam etiam nunc tanquam verisimilem tuemur, quamvis aliis quam tum argumentis et rationibus confirmatam.

Atque haec quidem habuimus, quae in praesenti de Ione Platonico disputaremus. Quae si vera sunt aut saltem probabilia, fides et auctoritas libri satis, opinor, munita erit adversus dubitationes eorum, qui eam nuper labefactare et convellere conati sunt. Ex quibus imprimis nominandi sunt Schleiermacherus et Astius. Nam Schleiermacherus quidem licet Ionem Phaedro tamquam socium atque comitem adiungendum censuerit, qui illi quasi ferret suppetias, tamen quoniam nihil in eo contineri putavit Platonis ingenio dignum praeter unam illam divini furoris cum magnete comparationem, omnino quidem de libri fide dubitari posse arbitratus est. Astius autem confidentius aliquanto pronuntiavit, talem scriptionem nulla ex parte Platonis nomine dignam haberi posse, quippe cuius auctor quum rhapsodos arte et scientia privare voluerit, sinistre in rem suam usus sit locis Phaedri quibusdam, imprimis

p. 245. A. iisque male intellectis, itemque locis Xenoph. Mem. IV. 2, 10. et Sympos. III. 6. Ceterum de argumento. et consilio libelli quam varie ad hunc usque diem iudicatum sit, narrare longum est ac prope infinitum. Quamobrem hoc quidem loco satis erit, eos, qui de hac sententiarum diversitate edoceri cupiant, ablegare ad ea, quae nuper de hoc dialogo disputaverunt Tiedemannus Dilogg. Platon. Argument. p. 109. sqq. Schleiermacherus Opp. Platon. Germ. Vol. I. Part. II. p. 261. sqq. ed. 2. Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 465. Socher. De Plat. Scriptis p. 197. sqq. Greg. Guil. Nitschius Prolegg. ad Ion. ed. Lips. 1822. 8. p. 1 — 22. cuius sententiam breviter expositam invenies p. 12., Car. Fr. Hermannus Hist. Phil. Platon. V. I. p. 431. sqq. Car. Steinhartus Opp. Plat. ab Hier. Müllero German. Convers. Vol. I. p. 3—15. Susemihl. Genetic. Expl. Phil. Plat. Vol. I. p. 9. qui librum censet esse subditicium; Guil. Wiegand. in Diarr. Schol. Darmstadt. ann. 1828. Sect. II. N. 156. Hefftер. in Diar. Antiquit. Studior. Bergkii et Caesari cura edit. a. 1843. N. 90. qui Platonem arbitratur ostendere voluisse, qua ratione opera poetica tractanda sint et quo modo de arte poetica philosophandum.

CODICUM ELENCHUS.

Coislin. Vatican. Θ. r. f. Venet. ΞΣ. Paris. BCEF. Florent. a. b. c. x. Angel. Barberinus.

Editus hic liber separatim est et illustratus a Marc. Guil. Müllero Hamburg. 1782. 8. min. et Greg. Guil. Nitschio Lips. 1822. 8. mai., quos grato animo fateor mihi multis locis veri reperiendi duces exstitisse. Sydenhami interpretatione, quam Müllerus narrat multis et copiosis annotationibus instructam esse, vehementer doleo quod uti mihi non contigit. Itaque quae de Angli iudiciis quibusdam commemoravi, ea sola Mülleri fide et auctoritate retuli. Nec quae Arnaldus in Mem. de l'Academ. des Inscript. T. XXVII. p. 1. sqq. et T. XXXIX. p. 249. sqq. disputavisse narratur, inspicere ac diligentius examinare licuit.

ΙΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΩΝ.

Cap. I. ΣΩ. Τὸν Ἴωνα χαίρειν. πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας; ἢ οἴκοθεν ἐξ Ἐφέσου; 530

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐξ Ἐπιδαύρου ἐκ τῶν Ἀσκληπιείων.

P. 530. *πόθεν τὰ νῦν ἐπιδεδήμηκας*] Qua ratione fiat, ut *ἐπιδημεῖν*, apud populum versari et commorari, cum vocabulis motum in locum vel de loco significantibus copulari queat ideoque veniendi ac proficiscendi adsciscat notionem, satis videmur explicavisse ad Phaedon. p. 57. A. Sic Parmenid. p. 126. A: *ἐπεδήμησα δεῦρο*. Demosth. in Neaer. p. 1357: *ἐπιδημεῖν εἰς τὰ Μέγαρα*. Eundem usum habet *ἀποδημεῖν*, peregre versari, Aristoph. Rann. v. 48: *ποῖ γῆς ἀπεδήμεις*, quod componas cum talibus, quale est Eurip. Hercul. fur. 75: *ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς*; De hac loquendi forma dixerunt Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 321. Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 307. — Dativi *ἡμῖν* in familiari colloquio usurpati exempla ad Phaedr. p. 257. C, Remp. I. p. 343. A. Lysid. p. 208. D. et alibi adscripsimus. — *ἢ οἴκοθεν*, an domo Epheso? Corrigit enim rhapsodus quod modo dixerat *πόθεν ἐπιδεδήμηκας*; perinde ac si ita quaerat: an id quidem non interrogandus es, quum te Epheso huc venisse facile coniicere liceat? V. ad Protag. p. 309. A. Quod autem Io, Homeri praeco, Epheso, Ionica urbe, ortus esse dicitur, suspicari licet Ioniam praeter ceteras Graeciae regiones rhapsodorum Homericorum fuisse fertilissimam.

ἐξ Ἐπιδαύρου —] Urbe Argolidis Aesculapii cultu nobilissima, in cuius honorem Epidauria sive Asclepiea celebrata sunt, quae propter magnificentiam eximie *μεγάλα Ἀσκληπίεια* et *μεγαλοασκλήπεια* appellabantur. De iis docte disseruit Sprengel Geschichte d. Medicin I. p. 180 sqq. Musica certamina in iis commissa esse ex hoc uno loco novimus.

ΣΩ. Μῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀγῶνα τιθέασι τῷ θεῷ οἱ Ἐπιδαύριοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε· καὶ τῆς ἄλλης γε μουσικῆς.

ΣΩ. Τί οὖν; ἠγωνίζου τι ἡμῖν; καὶ πῶς τι ἠγωνίσω;

B ΙΩΝ. Τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἄγε δή, ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσομεν.

ΙΩΝ. Ἀλλ' ἔσται ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

P. 530. Τί οὖν; ἠγωνίζου τι —] Flor. x. τί οὖν ἠγωνίζων τέ τι ἡμῖν. Flor. a. c. τί οὖν ἠγωνίζου τί ἡμῖν.

B. ὅπως — νικήσομεν] Coisl. Ven. ΞΣ. Angel. Flor. x. νικήσωμεν, quod Steph. requirebat, Herm. edidit. — Mox Ven.

Ibi vero carmina Homerica videntur in maximo habita fuisse honore, quia Argivorum laudes maxime celebrabant. Testimonium rei luculentum exhibet Herodotus v. 67. quem legisse non poenitebit. De proximis conf. Menexen. c. 22. πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης.

καὶ πῶς τι ἠγωνίσω] In his ineptus fuerit qui πῶς τί scribendum arbitretur. Quum enim praecedat ἠγωνίζου τι ἡμῖν, rerepetit Socrates pronomen etiam in hac interrogationis parte, ut facile intelligatur, cur interrogandi vis nunc nulla in eo inesse possit. Huc accedit, quod non duae res interrogantur, sed una tantum, videlicet quo successu Io in Asclepieorum celebritate certaverit: id quod rhapsodi responsio aperte declarat. Itaque verba sic interpretamur Germanice: hattest du etwa einen agonistischen Wettkampf und wie etwa hast du ihn bestanden? Quod patet consulto ita interrogari, ut significetur sciscitantem aliqua saltem ex parte efficacem fuisse rhapsodi recitationem suspicari. Quocirca non iam assentimur Beckio alterum istud τι delendum indicanti. Cod. Flor. x. τί οὖν ἀγωνίζων τε τί ἡμῖν. Unde Hermannus Praefat. ad Sophocl. Antigon. p. X. ed. tert. suspicatur scriptorem dialogi sic dicentem fecisse Socratem: τί οὖν; ἠγωνίζου τέ τι ἡμῖν, καὶ πῶς; tum superbius se inflante glorioso rhapsodo priusquam responderet, amplius quaerentem: τὶ ἠγωνίσω; ecquid certavisti?

B. ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσομεν] Familiariter admodum cum Socrate loquitur rhapsodus prima utens numeri pluralis persona ἠνεγκάμεθα. Itaque Socrates eodem modo νικήσομεν, quasi sua multum intersit, utrum ille reportet victoriae praemium necne. Indicativum futuri ne quis cum Stephano in νικήσωμεν mutandum censeat, in eiusmodi formulis, quae ex omisso videndi curandique verbo pendere cogitandae sunt, futurum legitimo et constanti usu ponitur. Aristoph. Equitt. 1111. ed. Dind. ἄγε νυν, ὅπως αὐτοὺς ἀναγνώσεσθέ μοι. Nubb. 882: ὅπως δ' ἐκεῖνω τὼ λόγω μαθήσεται. Acharn.

ΣΩ. Καὶ μὴν πολλάκις γε ἐζήλωσα ὑμᾶς τοὺς ῥαψῳδούς, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης· τὸ γὰρ ἅμα μὲν τὸ σῶμα κεκοσμῆσθαι ἀεὶ πρέπον ὑμῶν εἶναι τῇ τέχνῃ καὶ ὡς καλλίστοις φαίνεσθαι, ἅμα δὲ ἀναγκαῖον εἶναι ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς κἀγαθοῖς καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν Ὁμήρῳ, τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἔπη, ζηλωτόν ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν C
γένοιτό ποτε ῥαψῳδός, εἰ μὴ συνείη τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιη-

Σ. θέλη.

C. γένοιτό ποτε ῥαψῳδός] Ven. Σ. Flor. χ. ἀγαθὸς ῥαψῳδός, quod ortum ex interpretatione. Dein συνείη recte Ven. Σ., quod restituit Bekk. Vulgo erat συνίῃ. Vat. Θ συνίει.

741: ὅπως δὲ δοξεῖτ' ἦμεν ἐξ ἀγαθᾶς ὑός. Equitt. 760: πρὸς ταῦτ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐς τὸν ἄνδρα. Avv. 131: πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου, ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία. Alia ad Menex. p. 249. extr. adscripsimus. Plene Aristoph. Equitt. 688: ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόντιζε τἀπίλοιπ' ἄριστα. — τὰ Παναθήναια νικᾶν dictum ut νικᾶν Ὀλύμπια et similia, de quibus Matthiae Gr. §. 409. 3. Rost. §. 104. 3. c. additam. c. p. 496. Ennius apud Ciceronem de Senect. c. 5. Olympia vincere. Horat. Epistol. I. 1, 50. Quis — magna coronari contemnat Olympia. Constat autem ex instituto Solonis vel Pisistrati eiusque filiorum Homeri carmina in Panathenaeorum celebritate a rhapsodis recitata esse, de qua re Lycurg. adv. Leocrat. c. 26. p. 209. ed. Reisk.: βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥςτε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. Scriptor. Hipparchi p. 512. C: τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν (Hipparchus) εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥςπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσιν. Isocrat. Panegyr. c. 42. Sed v. Wolf. Prolegom. ad Hom. p. 103. 140. Nitzsch. Quaestion. Homer. P. IV. p. 23 sqq. p. 35 sqq. et quos memorat Hermann. Lehrbuch der gottesdienstlich. Alterthümer d. Griechen. §. 54. ann. 11.

τὸ γὰρ ἅμα μὲν τ. σ.] Iungas hunc in modum: τὸ γὰρ κεκοσμῆσθαι τὸ σῶμα ἀεί, ὥςτε πρέπον εἶναι τῇ τέχνῃ ὑμῶν. De re infra p. 535. D: τί οὖν φῶμεν, ὦ Ἴων, — τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἂν κεκοσμημένος ἐσθῆτι ποικίλῃ καὶ χρυσοῖς στεφάνοις κλαίῃ τ' ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς κτλ. — Mox καὶ δὴ καὶ post τὲ illatum frequentis est usus, quam in rem conf. Phaedon. p. 112. E. Politic. p. 268. E. p. 270. C. Sophist. p. 16. A. p. 242. A. p. 259. E. Tim. p. 22. A. De Rep. IX. p. 585. E. X. p. 618. A. al. Rarius est καὶ δὴ καὶ μάλιστα. Legg. X. p. 888. D: παρά τε τῶν ἄλλων καὶ δὴ καὶ μάλιστα καὶ παρὰ τοῦ νομοθέτου. Ceterum

τοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσι· τοῦτο δὲ καλῶς ποιεῖν μὴ γιγνώσκοντα ὅ τι λέγει ὁ ποιητὴς ἀδύνατον. ταῦτα οὖν πάντα ἄξια ζηλοῦσθαι.

Cap. II. ΙΩΝ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἔμοιγ' οὖν τοῦτο πλεῖστον ἔργον παρέσχε τῆς τέχνης, καὶ οἶμαι κάλλιστ' ἀνθρώπων λέγειν περὶ Ὁμήρου, ὡς
D οὔτε Μητρόδωρος ὁ Λαμψακηνὸς οὔτε Στησίμβροτος ὁ Θάσιος οὔτε Γλαύκων οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομένων ἔσχεν εἰπεῖν οὕτω πολλὰς καὶ καλὰς διανοίας περὶ Ὁμήρου, ὅσας ἐγώ.

ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Ἴων· δῆλον γάρ, ὅτι οὐ φθονήσεις μοι ἐπιδεῖξαι.

ΙΩΝ. Καὶ μὴν ἄξιόν γε ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον· ὥστε οἶμαι ὑπὸ Ὁμηριδῶν ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι.

ἔμοιγ' οὖν τοῦτο] Vat. r. ἐμοὶ γοῦν, ut scripsit Bekker. sed v. Klotz. ad Devar. p. 351.

Καὶ μὴν ἄξιόν γε ἀκ.] γε vulgo omissum ex Ven. Σ. et Flor. x. restituimus. Sic Plato etiam Reip. p. 328. E Gorg. p. 471. D. ut miremur nuperum editorem γε post καὶ μὴν ita illatum

Boeckh. de simultate quae Platoni et Xenoph. intercess. p. 20. totum hunc locum censet expressum esse e Xenophont. Sympos. c. III. §. 6. De verbis τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν v. ad Lysid. d. 204. A.

C. ἔμοιγ' οὖν — τῆς τέχνης] h. e. τοῦτο τῆς τέχνης (haec artis meae pars) πλεῖστον ἔργον παρέσχεν. Fatetur autem rhapsodus satis ingenue intellectum carminum Homericorum sibi plurimum negotii exhibuisse, ut vel nunc suspicari liceat, qualem artificem simus cognituri. Facete igitur Plato eum fecit se cum Metrodoro Lampsaceno, Stesimbroto Thasio et Glaucone comparantem, ex quibus priores quidem certe novimus in Homeri interpretatione ita elaboravisse, ut eius narrationes ad allegoricam rationem revocarint. v. Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 155 sqq. Wolf. Prolegom. CLXI. Unde Socrates apud Xenophont. Sympos. III. 6. Stesimbrotum opponit indoctis stolidisque rhapsodis. Similiter Glauco versatus esse videtur, qui tamen quis fuerit quidve effecerit non constat. Plurimos Glaucones enumerant Fabricius Biblioth. Gr. II. 23. Ionsius Histor. phil. scriptor. p. 25. Fortasse Teius fuit: nisi forte vera est Sydenhami suspicio Γλαῦκος legendum iudicantis. Glaucum enim quendam Rhegio ortum illis temporibus vixisse atque librum περὶ ποιητῶν scripsisse vir doctissimus post Ionsium De Scriptor. Hist. Phil. I. 2, 4. ad hunc locum docere conatus est. Vereor tamen, ut quidquam mutandum sit.

D. οὔτε ἄλλος οὐδεὶς —] Etsi satis erat dixisse οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομέ-

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐγὼ ἔτι ποιήσομαι σχολὴν ἀκροάσασθαί σου. νῦν δέ μοι τοσόνδε ἀπόκριναι· πότερον 531 περὶ Ὁμήρου μόνον δεινὸς εἶ, ἢ καὶ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου;

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ περὶ Ὁμήρου μόνον· ἱκανὸν γάρ μοι δοκεῖ εἶναι.

ΣΩ. Ἔστι δὲ περὶ ὅτου Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος ταὐτὰ λέγετον;

ΙΩΝ. Οἶμαι ἔγωγε καὶ πολλά.

ΣΩ. Πότερον οὖν περὶ τούτων κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο ἃ Ὅμηρος λέγει, ἢ ἃ Ἡσίοδος;

ΙΩΝ. Ὁμοίως ἂν περί γε τούτων, ὦ Σώκρατες, B περὶ ὧν ταὐτὰ λέγουσι.

ΣΩ. Τί δέ, ὧν πέρι μὴ ταὐτὰ λέγουσιν; οἷον περὶ μαντικῆς λέγει τι Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος.

usui Platonis convenire negantem.

D. ἀκροάσασθαί σου] Sic Ven. Σ. Flor. x. pro vulg. ἀκροᾶσθαι σοῦ.

P. 531. περὶ Ὁμήρου μόνον] μόνον om. Vat. Θ Par. BFE. post εἶ infert. Ven. Σ.

νων, quo facto e superioribus intelligendum relinquebatur ἔλεξε περὶ Ὁμήρου, tamen nemo haerebit in eo, quod Io subiungit haec: ἴσχεν εἰπεῖν οὔτω πολλὰς — ὅσας ἐγώ, perinde ac si inde ab οὔτε ἄλλος οὐδεὶς novum enuntiati membrum exorsus sit. Nam ea loquendi forma et alias poterit animadverti et gloriosi rhapsodi loquacitati plane est consentanea.

κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον] recitationis gravitate et magnificentia. Homeridae autem omnino sunt sapientiae Homericae amici et laudatores, qui quo plus tribuebant patri poeseos, eo pluris aestimare debebant illos, qui carmina eius apte eleganterque declamitarent. Certe quidem De Rep. X. p. 599. E. et Phaedr. p. 252. B. Homeridarum ita mentio iniicitur, ut non alios intelligi appareat, quam qui Homeri carmina tanti faciebant, ut omnem rerum et humanarum et divinarum cognitionem et doctrinam inde repetendam esse arbitrarentur. Secta num fuerit an gens et familia, quae carmina Homerica more tamquam haereditario coluerit, scrutata sit, celebraverit atque in ludis et certaminibus musicis recitari iusserit, hodie quoque disceptatur. v. Bernhardy. Gesch. d. Griech. Literatur I. p. 228. sq. et Bode. Geschichte der epischen Dichtkunst der Hellenen. p. 269. sqq. Utut est, omnino quidem tenendum videtur, quod modo significavimus. Ab his igitur rhapsodus se dignum ait esse ut aurea corona honoretur. Hoc modo quominus locum interpretemur, minime impedit, quod aliis aetatibus alia fuisse videtur Homeridarum ratio atque munus.

Καὶ μὴν ἐγὼ ἔτι ποιήσομαι —] Atque ego sane

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί οὖν; ὅσα τε ὁμοίως καὶ ὅσα διαφόρως περὶ μαντικῆς λέγετον τὼ ποιητὰ τούτω, πότερον σὺ κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο, ἢ τῶν μάντεών τις τῶν ἀγαθῶν;

ΙΩΝ. Τῶν μάντεων.

ΣΩ. Εἰ δὲ σὺ ἦσθα μάντις, οὐκ, εἴπερ περὶ τῶν ὁμοίως λεγομένων οἷός τ' ἦσθα ἐξηγήσασθαι, καὶ
C περὶ τῶν διαφόρως λεγομένων ἠπίστω ἂν ἐξηγεῖσθαι;

ΙΩΝ. Δῆλον ὅτι.

ΣΩ. Τί οὖν ποτὲ περὶ μὲν Ὁμήρου δεινὸς εἶ, περὶ δὲ Ἡσιόδου οὔ, οὐδὲ τῶν ἄλλων ποιητῶν; ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί; οὐ περὶ πολέμου τε τὰ πολλὰ διελήλυθε καὶ περὶ ὁμιλιῶν πρὸς ἀλλήλους ἀνθρώπων ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουργῶν, καὶ περὶ θεῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλούντων, ὡς ὁμιλοῦσι, καὶ περὶ τῶν οὐρανίων παθη-
D μάτων καὶ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, καὶ γενέσεις καὶ θεῶν

C. ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων] V. ἤ. Emendavit Beckius.

adhuc otium mihi faciam, ut te audiam, videlicet ῥαψῳδοῦντα. Socrates enim hominis ambitioni adulatur, quo paratiorem et promtiorem eum habeat ad colloquium secum instituendum. Neque haec adversantur antecedentibus illis: δῆλον γάρ, ὅτι οὐ φθονήσεις μοι ἐπιδεῖξαι, quibus verbis Socrates significat velle se aliquid eorum audire, quae Io de Homero sit meditatus. Itaque non accedimus iudicio Schleiermacheri, qui in eo pravam artis vere Platonicae imitationem deprehendisse sibi visus est, quod Socrates, quum modo rhapsodum specimen aliquod interpretationis rogaverit, tamen nunc ipsam auditionem in futurum tempus differat. De Archilochi carminibus a rhapsodis recitari solitis v. Athenaeus XV. p. 620. C. et quae exposuimus in Comment. De Vita et Scriptis Horatii p. XXII. sq. praemissa Opp. Horat. ed. 1854. 8. ap. Bern. Tauchnitz. De Hesiodo v. Wolf. Prolegg. p. XLII, ann. et Heinrich Prolegg. ad Hesiodi Scutum Hercul. p. XLIV. coll. Platon. Legg. II. p. 658. D. De Republ. X. p. 600. D.

P. 531. B. πότερον σὺ κάλλιον κτλ.] Jure Nitzschius adversatur Schleiermachero, qui hanc quaestionem inepte e posteriore dialogi parte p. 539. E. anticipatam esse censuit. Ducit enim ea et veluti praeparat legentium animos ad proximam argumentationem, neque commode abesse potest.

C. περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ —] h. e. ἢ περὶ ὧνπερ. Theaet. p. 149. C. γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων.

καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουρ-

καὶ ἡρώων; οὐ ταῦτά ἐστι, περὶ ὧν Ὅμηρος τὴν ποίησιν πεποίηκεν;

ΙΩΝ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

Cap. III. ΣΩ. Τί δέ; οἱ ἄλλοι ποιηταὶ οὐ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων;

ΙΩΝ. Ναί, ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁμοίως πεποιήκασι καὶ Ὅμηρος.

ΣΩ. Τί μήν; κάκιον;

ΙΩΝ. Καὶ πολύ γε.

ΣΩ. Ὅμηρος δὲ ἄμεινον;

ΙΩΝ. Ἄμεινον μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων, ὅταν περὶ ἀριθμοῦ πολλῶν λεγόντων εἷς τις ἄριστα λέγῃ, γνώσεται δήπου τις τὸν εὖ λέγοντα;

ΙΩΝ. Φημί. E

ΣΩ. Πότερον οὖν ὁ αὐτός, ὅςπερ καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας, ἢ ἄλλος;

ΙΩΝ. Ὁ αὐτὸς δήπου.

D. Καὶ πολύ γε] Καὶ om. Coisl. Ven. Σ. et pauci alii cum Steph.

γῶν] Δημιουργοὶ sunt opifices et artis alicuius vel negotii periti atque gnari. Quibus opponuntur ἰδιῶται, i. e. artium et negotiorum imperiti. Huius enim vocabuli vis et significatio fere ex oppositionis ratione definienda est, de qua re v. ad Sympos. p. 178. B. Protagor. p. 322. C. De Rep. III. p. 389. A.

ὡς ὁμιλοῦσι] Hoc illustrationis gratia additum putamus praecedentibus, ut Germanice reddi queat: wie sie nemlich umgehen; unde comma ante ὡς neutiquam sustulerim. Hirschig. verba de Cobeti consilio uncis seclusit. Deinde οὐράνια παθήματα sunt, quae in coelo accidunt ibique geruntur. Maxim. Tyr. T. II. p. 216. ed. Reisk.: αὐτὸς δὲ πάντα ἐπεσκόπει, ὅσα οὐρανοῦ κινήματα, ὅσα γῆς παθήματα, θεῶν βουλάς, ἀνθρώπων φύσεις, ἡλίου φῶς, ἄστρων χορόν, γενέσεις ζώων, ἀναχύσεις θαλάττης, ποταμῶν ἐκβολάς, κτλ. In proximis mutatus est structurae tenor, quum dici debuerit καὶ περὶ γενέσεων. Sed nihil habet offensionis haec constructionis variatio, cuius alia exempla sunt De Rep. II. p. 378. D. V. p. 466. C.

D. ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων] Hoc Schleiermacherus censet male expressum esse ex Homerico illo: Τεῦκρε φίλη κεφαλή: rectius Phaedr. p. 264. B. dici Φαῖδρε φίλη κεφαλή, quia in talibus metri convenientia a Platone conservata sit. At Gorg. p. 513. C. habes, ὦ φίλη κεφαλή, neglecta metri similitudine. Nec ullo modo dubitari licet, haec formula quin in vitae quotidianae sermone ita fuerit celebrata, ut numeri Homerici imitatio supervacanea visa sit.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τὴν ἀριθμητικὴν τέχνην ἔχων οὗτός ἐστι;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Τί δ'; ὅταν πολλῶν λεγόντων περὶ ὑγιεινῶν σιτίων, ὁποῖά ἐστιν, εἷς τις ἄριστα λέγῃ, πότερον ἕτερος μέν τις τὸν ἄριστα λέγοντα γνώσεται ὅτι ἄριστα λέγει, ἕτερος δὲ τὸν κάκιον ὅτι κάκιον, ἢ ὁ αὐτός;

ΙΩΝ. Δῆλον δήπου, ὁ αὐτός.

ΣΩ. Τίς οὗτος; τί ὄνομ' αὐτῷ;

ΙΩΝ. Ἰατρός.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν, ὡς ὁ αὐτὸς γνώσεται ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν πολλῶν λεγόντων, ὅςτις
532 τε εὖ λέγει καὶ ὅςτις κακῶς· ἢ εἰ μὴ γνώσεται τὸν κακῶς λέγοντα, δῆλον ὅτι οὐδὲ τὸν εὖ, περί γε τοῦ αὐτοῦ.

ΙΩΝ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς γίγνεται δεινὸς περὶ ἀμφοτέρων;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ φῂς καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητάς, ἐν οἷς καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχός ἐστι, περί γε τῶν αὐτῶν λέγειν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ τὸν μὲν εὖ γε, τοὺς δὲ χεῖρον;

ΙΩΝ. Καὶ ἀληθῆ λέγω.

E. ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν] Sic Flor. a. b. c. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. CEF. Ang. Barb. Legebatur olim λέγομεν.
P. 532. ἀλλὰ τὸν μὲν εὖ γε] γε om. pr. Σ. probantibus

E. Οὐκοῦν ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν] Ex exemplis modo allatis colligit in universum ita statuendum esse, ut qui bene disserentem cognoscat, idem scire existimetur, quis male de quapiam re disputet, adeoque recti pravique iudicium uni eidemque homini tribuendum esse. Quod vero indidem etiam alia possunt concludi, quae ad Socratis argumentationem minus conducunt, id quia nunc nihil ad rem facit, nolumus scriptori cum Schleiermachero vitio dare multoque minus ad malam de eo suspicionem confirmandam alendamve adhibere.

P. 532. C. ἀδυνατῶ τε καὶ ὁτιοῦν —] nec vel tantillum conferre possim, quod sit mentione dignum. Formulam καὶ ὁτιοῦν ad Apolog. Socr. p. 35. B. Hipp. Mai. p. 291.

ΣΩ. Οὐκοῦν, εἴπερ τὸν εὖ λέγοντα γιγνώσκεις, καὶ τοὺς χεῖρον λέγοντας γιγνώσκοις ἄν, ὅτι χεῖρον λέγουσιν. B

ΙΩΝ. Ἔοικέ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ βέλτιστε, ὁμοίως τὸν Ἴωνα λέγοντες περὶ Ὁμήρου τε δεινὸν εἶναι καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν οὐχ ἁμαρτησόμεθα, ἐπειδή γε αὐτὸς ὁμολογεῖ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι κριτὴν ἱκανὸν πάντων, ὅσοι ἂν περὶ τῶν αὐτῶν λέγωσι, τοὺς δὲ ποιητὰς σχεδὸν ἅπαντας τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

Cap. IV. ΙΩΝ. Τί οὖν ποτὲ τὸ αἴτιον, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐγώ, ὅταν μέν τις περὶ ἄλλου του ποιητοῦ διαλέγηται, οὔτε προςέχω τὸν νοῦν, ἀδυνατῶ τε καὶ ὁτιοῦν συμβαλέσθαι λόγου ἄξιον, ἀλλ' ἀτεχνῶς νυστάζω· ἐπειδὰν δέ τις περὶ Ὁμήρου μνησθῇ, εὐθύς τε ἐγρήγορα καὶ προςέχω τὸν νοῦν καὶ εὐπορῶ ὅ τι λέγω; C

ΣΩ. Οὐ χαλεπὸν τοῦτό γε εἰκάσαι, ὦ ἑταῖρε, ἀλλὰ παντὶ δῆλον, ὅτι τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγειν ἀδύνατος εἶ· εἰ γὰρ τέχνῃ οἷός τε ἦσθα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἁπάντων λέγειν οἷός τ' ἂν ἦσθα. ποιητικὴ γάρ πού ἐστι τὸ ὅλον. ἢ οὔ;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὰν λάβῃ τις καὶ ἄλλην τέχνην ἡντινοῦν ὅλην, ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς σκέψεώς ἐστι D

Turicensibus.

B. ὅτι ἐγώ, ὅταν μέν τις] ἐγὼ om. Steph. cumPar. F. Flor. x.

D. illustravimus. Nec rari est usus, quod τε post οὔτε subiungitur.

Οὐ χαλεπὸν τοῦτό γε εἰκάσαι] Haec etsi vellem Socrates interrogando ex rhapsodo extorsisset, tamen quoniam coniectura ait posse attingi neque pro certis et exploratis ponit, eius personam non dedecere arbitramur. Neque illud reprehensione dignum putamus, quod ποιητικὴν dicit esse τὸ ὅλον. Nimirum hoc liquet eo referri oportere, quod qui de bono poeta iudicare potest, idem etiam de malis poetis, hoc est de ceteris omnibus, iudicandi facultatem habere existimandus est. Aliter haec accepit Schleiermacherus p. 450.

D. ἐπειδὰν λάβῃ τις καὶ ἄλλ. τ. —] si quis aliam

περὶ ἁπασῶν τῶν τεχνῶν; πῶς τοῦτο λέγω, δέει τί
μου ἀκοῦσαι, ὦ Ἴων;

ΙΩΝ. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, ἔγωγε· χαί-
ρω γὰρ ἀκούων ὑμῶν τῶν σοφῶν.

ΣΩ. Βουλοίμην ἄν σε ἀληθῆ λέγειν, ὦ Ἴων.
ἀλλὰ σοφοὶ μέν πού ἐστε ὑμεῖς οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ ὑπο-
κριταὶ καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ ποιήματα· ἐγὼ δὲ οὐ-
E δὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, οἷον εἰκὸς ἰδιώτην ἄνθρω-
πον. ἐπεὶ καὶ περὶ τούτου, οὗ νῦν ἠρόμην σε, θέα-
σαι, ὡς φαῦλον καὶ ἰδιωτικόν ἐστι καὶ παντὸς ἀν-
δρὸς γνῶναι ὃ ἔλεγον, τὴν αὐτὴν εἶναι σκέψιν, ἐπει-
δάν τις ὅλην τέχνην λάβῃ. λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ.
γραφικὴ γάρ τίς ἐστι τέχνη τὸ ὅλον;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ γραφεῖς πολλοὶ καὶ εἰσὶ καὶ γε-
γόνασιν ἀγαθοὶ καὶ φαῦλοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἤδη οὖν τινα εἶδες, ὅςτις περὶ μὲν Πο-
λυγνώτου τοῦ Ἀγλαοφῶντος δεινός ἐστιν ἀποφαίνειν

D. οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ ὑποκριταί] V. καὶ οἱ ὑποκριταί. Recte omittunt articulum Flor. x. Vat. r. Ven. Σ.; nam utrique nunc una notione comprehenduntur. Infra p. 535. E. σὺ ὁ ῥαψῳδὸς καὶ ὑποκριτής. Articulum tamen Herm. rursus revocavit.

quamcunque artem comprehenderit totam.

καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ π.] et ii, quorum canitis carmina, i. e. poetae. Mox nos quidem minime offendit istud οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, quod Socratis urbanitatem primo adspectu parum decere videatur. Nam callidus sapientiae suae dissimulator parum videri vult vera dicere posse, quo tamen revera maximum est. Inde se appellat ἰδιώτην, h. e. imperitum; v. ann. ad p. 531. C.

E. τὴν αὐτὴν εἶναι σκέψιν] Videlicet eius, quod rectum atque pravum est.

λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ] Haec ego sic interpretor: explorandum enim hoc disputatione nostra sumamus. Similem verbi ἀναλαμβάνειν usum illustravit Graeserus Adversar. p. 87.

περὶ μὲν Πολυγνώτου] De hoc dixerunt Sillig. Catalog. Artific. p. 22. 372. et Ottfr. Müller in libro: Archäologie der Kunst p. 117 sq. Etiam pater eius, Aglaophon, pingendi artem exercuit.

P. 533. ἢ ἄλλου ὅτου βούλει] Cratyl. p. 432. A: τὰ δέκα ἢ ὅςτις βούλει ἄλλος ἀριθμός. Gorg. p. 517. B: οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται. Deinde ἑνὸς μόνου dictum usu frequenti, ut Lat. unus solus; v. Apolog. Socr. p. 25. B. Criton. p. 47. B. Reip. VIII. p. 348. C. X. p. 597. C. Sympos. p. 184. C. ubi

ἃ εὖ τε γράφει καὶ ἃ μή, περὶ δὲ τῶν ἄλλων γρα-
φέων ἀδύνατος, καὶ ἐπειδὰν μέν τις τὰ τῶν ἄλλων 533
ζωγράφων ἔργα ἐπιδεικνύῃ, νυστάζει τε καὶ ἀπορεῖ καὶ
οὐκ ἔχει ὅ τι συμβάληται, ἐπειδὰν δὲ περὶ Πολυγνώ-
του ἢ ἄλλου ὅτου βούλει τῶν γραφέων ἑνὸς μόνου
δέῃ ἀποφήνασθαι γνώμην, ἐγρήγορέ τε καὶ προςέχει
τὸν νοῦν καὶ εὐπορεῖ ὅ τι εἴπῃ;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὐ δῆτα.

ΣΩ. Τί δέ; ἐν ἀνδριαντοποιίᾳ ἤδη τιν' εἶδες,
ὅςτις περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίονος ἢ Ἐπειοῦ τοῦ B
Πανοπέως ἢ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἢ ἄλλου τινὸς ἀν-
δριαντοποιοῦ ἑνὸς πέρι δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἃ εὖ
πεποίηκεν, ἐν δὲ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνδριαντοποιῶν ἔρ-
γοις ἀπορεῖ τε καὶ νυστάζει, οὐκ ἔχων ὅ τι εἴπῃ;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὐδὲ τοῦτον ἑώρακα.

ΣΩ. Ἀλλὰ μήν, ὥς γ' ἐγὼ οἶμαι, οὐδ' ἐν αὐλήσει
γε οὐδὲ ἐν κιθαρίσει οὐδὲ ἐν κιθαρῳδίᾳ οὐδὲ ἐν ῥα-
ψῳδίᾳ οὐδεπώποτ' εἶδες ἄνδρα, ὅςτις περὶ μὲν Ὀλύμ-
που δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἢ περὶ Θαμύρου ἢ περὶ C

P. 533. τοῦ Μητίονος] V. Μητίωνος, quod etiam Florentini servare videntur, ex quibus nihil varietatis est enotatum. Paullo ante Flor. b. Coisl. τί δαί; probante Bekkero.

v. ann. Aristoph. Plut. v. 1054. al.

περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίονος] Daedali statuae etiam posterioribus temporibus superstites ferebantur; unde Plato eius mentionem fecit etiam Hipp. mai. p. 282. A. Menon. p. 97 D. De Rep. VIII. p. 529. D. Euthyphron. p. 11. B. Plura de iis narrat Pausan. IX. 40, 2. Etiam Epeo complura opera eaque ξόανα attributa sunt, de quo v. Heynii Excurs. ad Virg. Aen. II. 264. et Frid. Thiersch. Ueber d. Epoch. d. Kunst. Comm. II. 29. De Theodoro Samio v. Herodot. I. 51. Plinius Hist. Nat. 34, 8. Diodor. Sic. I. 98. Breviter de vetustis his artificibus exposuit Ottfr. Müller Archaeolog. p. 47 sq. sed ita, ut Schleiermacheri dubitationibus abunde satisfecisse videatur. Huc accedit, quod antiquissimorum artificum atque vatum commemoratio egregie attemperata est ingenio et moribus rhapsodi, qui unice Homeri carmina solebat declamitare ideoque in summae antiquitatis studio omnem operam ponere.

B. περὶ μὲν Ὀλύμπου —] Olympi harmonias etiam recentiore aetate superstites fuisse tradunt Aristophan. Equitt. 9, ubi v. Schol. Aristot. Polit. VIII, 5. Plutarch. De music. p. 1133. C. sqq., id quod monuit Boeckhius in Min. p. 26. Idem igitur etiam de Tha-

Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ, περὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ἐφεσίου ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει συμβαλέσθαι ἅ τε εὖ ῥαψῳδεῖ καὶ ἃ μή.

ΙΩΝ. Οὐκ ἔχω σοι περὶ τούτου ἀντιλέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐμαυτῷ σύνοιδα, ὅτι περὶ Ὁμήρου κάλλιστ' ἀνθρώπων λέγω καὶ εὐπορῶ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες μέ φασιν εὖ λέγειν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὔ. καίτοι ὅρα τοῦτο τί ἔστι.

Cap. V. ΣΩ. Καὶ ὁρῶ, ὦ Ἴων, καὶ ἄρχομαι
D γέ σοι ἀποφαινόμενος ὅ μοι δοκεῖ τοῦτο εἶναι. ἔστι

C. οὐκ ἔχει συμβαλέσθαι] Ven. Σ. Flor. x. et rec. Coisl. συμβαλέσθαι. Vulg. συμβάλλεσθαι, quod teneut Bekk. Herm.

πάντες μέ φασιν] ἐμὲ Hirschig. non opus.

καὶ ἄρχομαι γέ] V. ἔρχομαι, quod habet Ven. Ξ. prob. Turr. Hermanno et Hirschig.

D. Ἡράκλειαν] V. ἡρακλείαν, pravo accentu, quod e Coisl. aliisque emendatum.

myra licet suspicari, qui teste Plinio Hist. Nat. VII, 36. primus cithara sine voce cecinit. Legendus de eo Homer. Iliad. II, 595 sqq. Plat. De rep. X, 15. De Orpheo quin similiter iudicari oporteat, multo etiam minus dubitari potest. v. Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 233 sqq. Unus superest Phemius, de quo num tale quid memoriae traditum fuerit, merito ambigitur. Illud vero luce est clarius, antiquissimorum vatum mentionem ita fieri, ut rhapsodus leniter rideantur.

C. τοῦτο τί ἔστιν] h. e. quaenam huius rei causa sit.

ἄρχομαί γέ σοι ἀποφαινόμενος] H. e. iamiam tibi ostendo, ita ut rei principium iam factum designetur. Aliud quid enim foret ἄρχομαι ἀποφαίνεσθαι. Itaque non videmus, quo iure Cobetus Varr. Lectt. p. 286. vulgatam olim lectionem unice veram, plurimorum optimorumque codicum scripturam turpiter soloecam esse pronunciaverit. Dicitur enim ἄρχομαι ἀποφαινόμενος non aliter quam ἄρχομαι διδάσκων.

